Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/1

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/2

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/3

Geschichtsquellen

der

PROVINZ SACHSEN

und

angrenzender Gebiete.

Herausgegeben

von der

Historischen Commission der Provinz Sachsen.

ACHTZEHNTER BAND.

Der Briefwechsel des Conradus Mutianus

von

Dr. Karl Gillert.

Zweite Hälfte.

HALLE,

Druck und Verlag von Otto Hendel.

1890.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/4

Der Briefwechsel

des

CONRADUS MUTIANUS.

Gesammelt und bearbeitet

von

DR. KARL GILLERT,

weiland Gymnasiallehrer in Barmen.

Herausgegeben

von der

Historischen Commission der Provinz Sachsen.

ZWEITE HÄLFTE.

HALLE,

Druck und Verlag von Otto Hendel.

1890.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/5

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/6

343. Eoban Hessus an Mutian. (Leipzig 1514. Januar 1.)

Ad Mutianum Rufum epistola Prussiae descriptionem continens.

Beschreibung Preussens und Begrüssung der Freunde.

Mittit[1] ab aequorio tibi littore, Rufe, salutem
Hessus amicitiae pars modo iusta tuae.
Hic ubi Parrhasium vicinior aspicit axem
Prussia Hyperboreo semiperusta gelu,
Hinc ubi Sarmaticum latus aequoris alluit orbem,
Quod de Germanis nunc quoque nomen habet,
Hic tuus ille Hessus vivit, quem saepe probabas
Ludere ad auratam verba canora chelim.
Qui licet et tantis et tot regionibus absit,
Numqam non praesens est tamen ille tibi.
Nam duo quae ratio distantia corpora fecit,
Haec animos vinclo proximiore ligat,
Et loca si nullum simul in diversa feratur
Corpus, ad hoc animum vincula nulla ligant.
Liber ut est, partes ita se dimittit in omnes,
Quo nil mobilius maximus orbis habet.
Non mare, non terrae, non astra nec igneus aether
Clauditur huic, penetrat corpora, numen habet.
Numen habet, si se partem de semine coeli
Inclusam lutea sentiat esse domo.
Sentit et ex istis ad te spaciatur arenis
Pars eadem nostri maxima, quando libet.
Ergo et adhuc animo non deficiente valemus
Fortunae dominae caetera credidimus.
Vivimus hic igitur non retroeuntibus astris
Uno te nobis posse carere grave est.

---

[1] Aus den Anfangsworten geht deutlich hervor, dass das Gedicht noch in Preussen, also vor Frühjahr 1513, begonnen wurde. Nach Krause (E. Hessus I. S. 121 Anm. 2) sind die Anfangsverse in dem ersten Drucke anders.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/7

Omnia praestiterit, si .te fortuna mihique
Barbara, quae visa est, patria terra foret.
Haec est Christiferae regio crucis ultima cultrix,
Praeter quam merito, Livo comose, tenes.
Regna dein servant pharetrati proxima Russi
Gens fera, sed nigrae saepe subacta cruci.
Prussia et insignis magno Livonia Christo
Sunt duo Teutonicae subdita regna cruci.
Parte, orientalem qua Prussia vergit in Eurum,
Livonum gentes et Lituana iacent.
Proxima, nymbosis quae flatibus irrigat Auster,
Mazovita et fortis rura Polonus arat.
Occiduum Saxones habent latus, unde remugit
Hirsutus Boreas, Balthica stagna tenent.
Prussia tam latas terrarum possidet oras
Inclyta, plena, potens cultibus, aere, manu.
Hanc cruce signatus nigra pallaque nivali
Teutonicus partam sanguine miles habet.
Scit vagus et magno fluvio par Vistula Rheno,
Sanguine quem totum subrubuisse ferunt,
Vistula Pannoniis oriens e montibus omnem hanc,
Quam longa est, terram perluit omne vago.
Inde vago lapsu magnum se condit in aequor,
Quod variis totam flexibus ambit humum.
Hic etiam vario naturae munere laetus
Omnibus ad victum rebus abundet ager.
Dum sinit et melior cum sole revertitur annus,
Has Cererem terras incoluisse putes.
Usque adeo plenis hos messibus aggravat agros,
Ut queat hoc credi copia nata loco.
Horrea saepe suo non sunt satis ampla colono
Lataque vix messis frugibus arva patent.
Est mare laudatae lucrosum munere gemmae,
Germanus glessum, succina Roma vocat.
Saepius hanc puerique legunt timidaeque puellae,
Nec stupet a prima pes tamen udus aqua.
Est mare, sunt fluvii, sunt stagna immensa lacusque,
Non magis est vario pisce superba Pharos,
Sunt et apum pulchris tenerarum examina sylvis,
Qualia vix unquam Sicelis Hybla tulit.
Saepe illis, res mira, loci satis esse negatur,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/8

Quo dulces possint accumulare favos.
Saepe sub arboribus mollique in graminis herba
Flava laborifero poplite mella locant.
Conferat huc Rhodopen Panchaeaque rura Lyeus,
Nesciet inventos se docuisse favos.
Sunt nemora et saltus, sunt non deformia Tempe,
Thessala cum fluvio dixeris esse suo.
Pinguibus alta feris stabula et venatio dives,
Menalon oderit hic ipsa Diana suum.
Hic poteras spreta, iuvenis Thesaee, noverca
Innocuos alio claudere fine dies.
Quid loquar ingentem pecorum vim, qualia nunquam
Armenta Arcadico germine pasta liquet?
Qualia non unquam colles videre Lycaei,
Non, quamvis dives, Delphice pastor, eras.
Maior in argento nusquam nec largior usus,
Vix tantum plumbi patria nostra tenet.
Pocula crassa Ceres Acheloia miscet aristis,
Hic bibitur nullo gratior orbe liquor.
Advehit huc eciam peregrinis vector ab oris
Per mare cum Rhodiis Cretica mista cadis.
Denique ad humanos quicquid convertitur usus,
Hic velut ex cornu liberiore fluit.
Sunt eciam praeclarae urbes opibusque superbae
Vix habet his, mirum, Teutonis ora pares.
In mare qua tacito demergitur Istula lapsu,
Nobile Dantiscum littora prima tenet.
Classibus haec portus, domus inclyta mercibus haec est
Urbs maris imperii parte beata sui.
Altera divitiis Monsregius, hanc quoque ditat
In mare velifera Bregela versus aqua.
Haec modo militiae sedes est alta Magistri,
Hoc in eo princeps ordine nomen habet.
Structuris domuum reliquas Thuronia vincit
Pulchra quidem, sed non dives, ut ante fuit.
Haec vetera excisae vestigia continet arcis,
Quam vagus undanti Vistula lambit aqua.
Praeterea Albingum reliquas imitata ruinas
Eximium captae diruit arcis opus.
Hinc Mariaeburgum quondam domus inclyta magnis
Principibus nullo crimine facta nocens,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/9

Sed tamen infoelix regi data serva Polono
Cum reliquis misere, sed sine labe iacet.
Ubere laeta solo Noganum sita propter amoenum
Extructa in terris non habet arce parem,
Non procul inde meis Riseburgum nobile Musis
Arx vetus in parvo condita colle iacet.
Omnia quis referat? sed et haec, quae pauca canebam,
Vix ea sunt minima parte relata mihi.
Vivit in his igitur, baculo qui primus agresti
Teutona Romanum duxit in arva gregem.
At tu, Rufe, meae formator prime iuventae,
Per te vocalis debita fama lyrae.
Quid facit amisso grex errabunda magistro?
Quam timeo saevos, monstra cruenta, lupos!
Quid facit is merito, cui pagina nostra dicata est?
Hei mihi, quam praeceps nostra carina fuit!
Quid mihi mentito Phileremus[1] nomine dictus?
Cessit an in sacra valle moratur adhuc?
Quid Crotus ingenio plus quam floriente beatus?
Haerens principibus quid Spalatinus agit?
Nobilis hunc animum Petrei cura relinquet,
Cum flammae glaciem, cum dabit unda faces.
Vivite, deliciae nostrae, dum vester amicus
Longius a vobis, quam decuisset, abest.
Qui tamen, ut vultis, vivitque valetque videtque.
Quam non vobiscum vivere triste nihil!
Quem precor ut solita semper virtute colatis,
Ipse sub hoc eciam sydere vester erit.

Gedr. 1) *in* Helii Eobani | Hessi. Sylvae duae nuper | aeditae Prussiae et | Amor *Leipzig 1514. 12 Bl. 4°. Leider habe ich trotz vieler Nachforschungen auf den mir zugänglichen Bibliotheken kein Exemplar dieses Druckes aufspüren können.* — 2) Helii Eba | ni Hessi Sylvarum Libri VI | Nuper primum aediti Anno MDXXXV. 8° fol. AA 8r – BB 2v. *Unser Text ist hieraus entnommen* — 3) Operum Helii Eoba | ni Hessi Farragines duae. 1539, 1549 *und* 1564 8° *(Vgl. Br 148 S 220 Anm.) Sollte mir vor der Beendigung des Druckes noch ein Exemplar von 1 in die Hände gerathen, so gedenke ich in einem Nachtrage die Textabweichungen der einzelnen Ausgaben nachzuholen.*

---

[1] Herebord v. d. Marthen. Man ersieht aus diesen Worten, dass E. Hessus eine Zeit lang ohne Nachrichten aus dem Erfurter Freundeskreise geblieben ist.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/10

344. Aesticampian[1] an Mutian. Kotbus 1514. Januar 1.

Aesticampian berichtet über die Gründung seiner Kotbuser Schule und erbittet sich Nachricht durch Kölner Studenten, welche nächstens in Gotha vorsprechen werden.

Mutiano Rufto, philosopho, Gothano canonico, amico suo praecipuo.

Salus, Mutiane doctissime amicissimeque! Suscepi provinciam non tantum duram, ut ille qui iuvenes dissolutos regere debebat, sed etiam difficilem, dum gentem meam rudem ac praeferocem cum ad eruditionis formam effigiare tum ad animi mansuetudinem revocare laboro. Tentabo tamen Dei benignitate adiutus utrunque[a]: literas enim docebo ad omneque virtutis officium, quoad fieri poterit, instituam. Oppidum mihi delectum est in media inferiori Lusatia marchioni Brandeburgensi subiectum, frumento, pisce carneque abundans et, quod mihi inprimis placet, coeli temperie saluberrimum. Huc advolant iuvenes et adolescentes ad fructum ingeniorum suorum decerpendum. Scholam autem latinam et Christianam, nisi tu dissentias, vocatum iri decrevi, ut ora latrantium canum obstruere valeam. Si quid habes vel nomini vel rei conducibilius, id mecum communica. Salutabunt te aliquot iuvenes[2] e Colonia ad me properantes. Eis committere literas tuto poteris: mandato enim meo te adibunt. Vale feliciter.

Datis Cotbusio Calendis Ianuarii anno Christi MDXIIII

Iohannes Aesticampianus[2]

Phachum[b 3] Vuitembergae, Eobanum[4] Hessum Francofordiae tuo nomine salutavi, saluta quoque tu Erphordienses nostrae farinae.

Gedr. 1) *in* Libellus | alter, epistolas | complectens Eobani | et aliorum quorundam | doctissimorum virorum | nec non versus varii | generis atque ar | gumenti . . . . Exprimebantur haec | Lipsiae in officina | papae An. | M. D. L. VII. 8° fol. 18v—Kr. 2) b. Karl und Wilhelm Krafft, Briefe und Documente. S. 143.

[a] utrumque *in 2.* [b] *Die Worte von hier bis* farinae *fehlen in 2.*

---

345. M. an Schalbus. (Gotha 1514). Januar 18.

Mut. versieht den Schalbus mit Aufträgen zu Bücherbesorgungen.

Literato disertoque Schalbo[5] suo

S. Egit tecum Tilonius[6] de Constantino[7] Capnionis nostri. Ita ut faceret, mandavi Pollicebare tum, que tua est facilitas, non venalem

---

1 Vgl. Br. 299 S. 385 Anm. 3.
2 Sobius, Borner und Mosellan. Vgl Krafft, Briefe und Documente. S. 141.
3 Vgl Br. 155 S 226 Anm. 6.
4 Also im Sommer 1513.
5 Vgl. Br. 294 S. 381 Anm. 4.
6 Wahrscheinlich Tilo von Eisenach. Vgl. Br. 245 S. 322 Anm. 5.
7 Vgl. Br. 303 S. 391 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/11

sive mercenariam operam contra usum et morem advocatorum, qui formulas magno vendunt, nihil gratis ant liberaliter clientibus impertientes, sed pro tua consuetudine, quasi mihi debeas. Facit autem hec tua dexteritas et obsequendi studium, ut non dubitem aliud super aliud tibi iniungere. Severi sacerdotes statuerant precationes[1] illas suas invulgare tradito calcographis archetypo. Conveniunt ille quidem sacro choro nostri huius collegii. Itaque visita bibliopolium Canapense[2] et scrutare, num sit operi pio extrema manus imposita. Precium indica, ut sciam, quanti sit novum breviarium. Utar tua fide in emptione facienda, ne Urbano nostro, viro polito, negocium exhibeamus presertim amplissima cenobii procuracione occupato. Dedisti[3] iam olim Instituciones oratorias doctissimi Batavorum Erasmi. Gratissimo gratius est hoc mihi tuum munus. Verum ne tibi desit dicendi supellex et orationis copia, mitto nummos argenteos, quibus opus tanti doctoris coemas. Lege et relege et habe in deliciis verborum et rerum schemata. Par est enim, ut meritum merito dispungam. Vale.

Datum luce Priscina.[4]

Handschriftl. F 143 fol. 109v—110r.

---

346. M. an Urban. (Gotha) 1514. Januar 21.

Mut. hat eine astronomische Tafel durch einen unverschämten Boten erhalten.

Ad humanissimum patrem Henricum Urbanum in vaticinium Leonis Bergensis[5] Mutiani Rufi epigramma notam cursori questuario quasi inurens.

Si quid id, Astrorum brevis est mihi redditus, illud,
Quod genuit docti cura Leonis opus.
Gratulor et tanto merito gaudemus amici
Presagi, quamquam sarcina parva foret.
Sarcina fastorum cupidos orientis et ęvi
Tempora lectores inspicienda docet.
Irus egens magno nummos clamore poposcit
Et data cursori sunt sua dona tuo.

---

[1] Vgl. Br. 247 S. 325.
[2] Des Johann Knapp. Vergl. S. 210 Anm. 1.
[3] Vgl. Br. 326 S. 420 Anm. 1.
[4] D. h. am Priscentage. Er fällt auf den 18. Januar.
[5] Henricus Leo de Bercka, wie ihn die Studentenmatrikel nennt, war ein Studiengenosse Mutians und wurde Ostern 1486 immatrikuliert, 1489 Bacularius und 1491 Magister. Er lehrte Mathematik und Astronomie, den humanistischen Studien scheint er geneigt gewesen zu sein.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/12

Credidit ambrosiam cum dulci[a] nectare mitti.
„Paule[1] pater," dixit, „munere munus eme.
Hoc tua sedulitas ferat officiosa benigne,
I celer et Ruto (sed precium mihi) da."
Vix ea fatus erat, cartham ego protinus emi.
Sic nihil est umbris vilius a pedibus.
Cursor edax sitit et triplici mercede paratur,
Quo plus prestiteris, postulat ille magis.
At modo lucra petat, canent dum tecta, viator,
Despuis et gelidas, Iane bifronte,[2] nives.

Datum natali virginis Hagne. Anno Christiani genii MDXIIII.[3]

Handschriftl. F 236 fol. 156v – 157r. Gedr. b. Tz S. 133. *Vollständig.*

[a] *Tz* dulci cum.

---

347. M. an Herebord v. d. Marthen. (Gotha) 1514. Februar 9.

Kurzes Billet an Herebord v. d. Marthen, über welchen Urban Günstiges gemeldet hat.

Herebordo Margarito, iurisprofessori docto, diserto, perito, amico colendo.

S. Urbanus noster predicavit tuum studium et industriam. Gaudeo et letor. Ego te stimulis exhortari soleo ut amicus. At quia non eges calcaribus, te rogo, mihi ut ignoscas. Amicum agam, quoad vixero. Vale.

Die Apollonie edentule MDXIIII.

Handschriftl. F 152 fol. 115v.

---

348. M. an Urban. (Gotha 1514. Nach dem 8. Februar.)

Mut. betrauert den Tod des Erzbischofs Uriel von Gemmingen.

Semper mihi venerando patri Urbano, viro humanissimo et integerrimo, Mutianus Rufus.

S. Et nos eadem hora, qua tuas literas adspicimus, nostras hasce obsignamus. Heu dolor! proh nefas! Veh miseris ovibus enecto pastore. Testor tua, Christe Jesu, tormenta luctuosam mihi fuisse et esse immaturam tanti luminis[4] extinctionem. O fluxam spem! O infirmum

---

[1] Die Persönlichkeit lässt sich nicht bestimmen. An den früheren Diener dieses Namens ist wohl nicht zu denken.

[2] So die Handschrift.

[3] Darunter: Ἀντιπελαργεῖν, (eigentlich Αντιπελαριτειν) Gratitudinis testimonium.

[4] Erzbischof Uriel von Mainz war am 8. Februar 1514 gestorben.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/13

vel sapientissimi hominis consilium! Quis sibi crastinum polliceatur? Siccine subiectos tuebare, ut tibi novissima fata non provideres? Hei tuis, hei tuis! O dolor, dolor! Tu eternum vale et in pace quiesce, quoad nos tecum, pater, ad tribunal iusti iudicis evocabimur. Tibi has lachrimas[a], hos gemitus effundo. Tuis manibus merore sacrifico, forsan imprudenter, tamen devote et pia sollicitudine[b]. Miraberis ita me[c] agere virum severum et sane in adversis fortem. Fateor me victum[d] nature potencia recordantem, quo in statu fluctuet multorum salus et libertas. Olim in gymnasio Dauentriensi audito parentis obitu flevi. Erat Iohan[e] Mudt, decurio nostri oppidi primarius, vir comis et innocens, gratus suis civibus, patronus pauperum. Habuit uxorem Annam von Crutzpurgk[f] ex illa nobili familia equitum der von Crutzpurgk[f]. Hec matrona nunquam satis laudata me genuit. In cuius vite exitu flebam. Postea moritur Iohannes, Engelmanni antecessor, meus frater. Tum item flebam. Demum alter germanus vita excessit. Non continui eiulatum. Ante id tempus, id est, ante decessum patris et post in hunc diem non memini flevisse[g]. Nunc deflevi fatum repentinum pontificis prudentissimi teste panniculo, quo tergebam hos oculos.

Handschriftl. F 358 fol. 228v—229r. Gedr. b. Tz S. 173 – 174. *Bis auf die Adresse vollständig.*

[a] *Tz* laerymas. [b] *Tz* solicitudine. [c] *Tz* me ita. [d] *F* fictum. [e] *Tz* Johann. [f] *Tz* Crutzburgk. [g] *Tz* me *vor* flevisse.

---

349. M. an Urban. (Gotha 1514. Ende Februar oder Anfang März.)

Mut. hält das Fasten für eine Erfindung der Pfaffen. Er stellt Betrachtungen über Reuchlins Kampfesweise an.

Henrico Urbano, amico singulari.

S. More docti maceramus nos inedia. Vincit naturam consuetudo et ne parum esset excruciare corpus, mordetur eciam conscientia, dum quę penitenda feceris, memoria repetuntur. Qua in ré libet illud Homericum[1] de asino famelico proponere, qni nullis verberibus a pabulo abigi potest. Homines absterrentur verbis perterricrepis.

Ut cum per segetes ignavus transit asellus
Invitis pueris, cui multus tergora circum
Iam crepuit fustis, neque segnius ille profundam
Ingreditur segetem, pueri sed fustibus illum
Cedentes studio, tandem ac puerilibus arvo
Viribus eiiciunt, ubi pastu expleverit alvum.

---

[1] Ilias XI, 558 — 562.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/14

Quanto minori negotio Zeno Stoicus famem discipulos docuit, non usus fustuario, sed exemplo! Erat enim in victu temperantissimus. Cruciatus vero animi videtur ad refrenandam licenciam introductus. Apud Afranium cum dissolutus filius „heu, me miserum“ dixisset, tum severus pater inquit:[1] „Dummodo doleat aliquid; doleat, quod lubet.“ Sic theologistę faciunt humiles animos formidine divum non solum pęnitenciam, sed eciam dolorem et ieiunia instituentes. Durum iter, sed durissimum illis, qui tractant vomeres, marras, sarcula, dentalia. Nobis sufficit resecare vicia, penitus evellere non est necesse. Alioqui dicerem peccare Capnionem nimis acriter proscindentem adversarios. Plus enim acrimonie habet titulus[2] teutonice scriptus maioribus literis in fronte citacionis quam totum illud instrumentum Non sine stomacho et rabie loquitur. Et procul dubio Capnionis est, non trivialis notarii, nam oratoria calliditate tenuiter nominat den bruder Jacob[3] et de se dicit, ut Crotus meus de Hartmanno scripsit, in honorificabilitudinationibus. Utcunque sit, magnus est in quinque maximis linguis hebraica, greca, latina, sueva, malelatina. Sed illud ridiculum, quod se barbarum appellat a devictis barbaris. Adducit Torquatum, qui hoc cognomen invenit, quod Gallo torquem detraxisset. Sic Accursius in titulis Iustiniani Gothicum Alanicum vocat a Gothis et Alanis bello subactis. Si hoc ratum erit, cur se non scribit pedicatorem. Libet enim iocari, nam predicatores una litera spoliat, nisi superiacens nota designet r. Vicit pedicatores. Quid sequitur? Sed hec non sunt huius temporis. Ego Constantinum[4] videre cupio, non perlegi. Legi tantum, ut fieri solet, vellicatim et intervallatim. Vale.

Concerpe.

Handschriftl. F 279 fol. 179 r — 179 v. Gedr. b. Tz S. 147 *von* More docti *bis* expleverit alvum.

---

350. M. an Urban. (Gotha) 1514. März 23.

Mut. lobt den Adamus Publius, verspricht sich viel von Nepotians wissenschaftlichen Ausbildung durch Matthias Kaumler und bittet den Urban, bei dieser Gelegenheit an Gregor Agricola zu schreiben.

Disertissimo magistro Errico Urbano, economo, amico optimo, Mutianus Rufus.

---

[1] Cicero, Tuscul. IV. 20. 45.

[2] Die hier in Rede stehende Streitschrift Reuchlins gegen die Kölner, im Besonderen gegen Hochstraten, hat sich nicht erhalten. Sie erschien, wie aus Mutians Worten sich ergiebt, anonym. Wahrscheinlich ist sie identisch mit der von Geiger, Reuchlin S. 302, erwähnten.

[3] Hochstraten.

[4] Vgl. Br. 303 S. 391 Anm. 3 und Br. 345 S. 5 Anm. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/15

S. Salem urbanum et dulces facecias habuere tue litere atque eo nomine gratissime mihi fuerunt, nisi quod propinqui tui exilium paulo impatientius ferebas. Adamum[1] tuum, puerum valde emendatum, vidi libenter. Multo est, pace tua dictum velim, Nepotiano placidior, quamvis ingeniosissimo. Sed de summa fide et eruditione preceptoris Vuratislaviensis nihil erit dubitandum, quin uterque fiat amabilior et perfectior. Est enim in Matthia[2] ludimagistro egregia voluntas bene merendi de studiosis literarum. Est singularis cura et sollicitudo tuendi pudoris et pudicicie suorum. Est preterea politior illa doctrina non solum copiosissima, sed etiam sanctissima, ut natus mihi videatur ad tradendum scholasticis ingenii cultum et splendorem virtutis. Huic tu optimo doctori recte commendaveris duos Adamos Asciburgios[3] et filium[4] sororis tibi merito carissimos. Proficient tua scripta, quorum subtilitati cedit literatissimus quisque, proficient, inquam, et plurimum valebunt in causa trium puerorum, cum tui sit amans Matthias, eciam Muciani tui studiosus, ut ordini nostro semper sit servandus. In eadem civitate magnus et honestus est communis amicus Gregorius[5] Agricola, vir summus et eloquentissimus, ad quem occupatus scribere non audeo, ne castigatissimas aures rudis offendat epistola. Detinet[a] me chorus[b] et ociosorum preces. Totos dies supersticio sibi vindicat. Trahor ad aras veluti victima immolanda. Tibi datum est plus ocii. Dic tu salutem et persuade homini humanissimo, ut Thuringiam aliquando invisat, ut ędes nostrę tanto hospite adornentur. Da operam, ut valeas.

Decimo Calendas Aprilis, quo die Christus olim sub Caesare Tiberio in crucem sublatus efflavit animam MDVIXX[a 6].

Handschriftl. F 277 fol 178r—178v. Gedr. b. Tz S. 146—147. In eadem *bis zum Schlusse.*

[a] *F* destinet. [b] Tz foras. [c] *F und Tz* MDVIIXX.

---

[1] Adamus Publius zuerst in Diensten Urbans, dann Mutians Famulus. Er ist identisch mit dem O. 1512 immatrikulierten Adam Buob de Fischenburgo. Den Namen Publius hat Mutian aus Buob gebildet.

[2] Vgl. Br. 277 S 363 Anm. 2.

[3] In Brief 358 wird nur einer dieses Namens erwähnt.

[4] Nepotianus sonst genannt.

[5] Vgl. Br. 278 S. 365 Anm 1.

[6] Die Aenderung ist nötig, weil 1513 Kaumler sich noch in Erfurt befand.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/16

351. M. an Urban. (Gotha 1514. Um 23. März.)

Mut. äussert sich über das thörichte Fasten, lobt die Schreibweise Urbans und spricht seine Verwunderung über die jüngsten Vorgänge in Georgenthal aus.

Urbano suo, viro doctissimo.

Salus. Paravi epistolam eo consilio, ut eam legeres, non solus, sed tuę involutam traderes legendam Matthię[1] nostro. Sic desidię meę consulo. Sum enim piger et tardus. In causa est cibus stultorum, ne quid gravius dicam. Stulti, certe stulti, qui preteritis lautis edundis obsoniis rhaphanum et stockfisch devorant. Qui sapit et stomachum habet, mire cuciatur, sed famę consulendum, eciam cum salutis detrimento, quamvis bardi salutem ieiunio querant. Tu forti sis animo et audaci, neminem vel nasutissimum pertimescas lectorem. Nam satis munditer scribis et doctissimo poteris satisfacere sive Capnioni, sive Agricole[2]. Unum verbum excidit tibi: Apostatare non probandum, sed ita loqui volebas, ut apte diceres. Ego quoque usitatis interim utor, ut intelligar. Tuus ille iterum exul non est desertor cęnobii, sed indice et delatore Herebordo (proh sancte Iupiter!) cecidit et Duronii maiestatem offendit. Ego miror tantam patris severitatem. Alii ultro deficiunt a regula et errant ut fugitivi, alios abigit pater, quos ob modestiam amplecti deberet. Ita tandem fiet (sim falsus propheta), ut aspere multetur. Nam et qui remanserunt, baubantur et lacerant mores non ferendos. Saluta Hallensem nostrum[3].

Handschriftl. F 278 fol. 178v—179r. Gedr. b. Tz S. 147 *von* Sum piger *bis* ieiunio querant.

---

352. M. an Urban. Gotha (1514. Vor 27. März).

Mut. richtet eine Reihe von Anfragen an Urban, teils über Persönlichkeiten teils über Bücher. Er will den Janus Urbicus, da er ihm nicht recht gefällt, gern dem Freunde überlassen. Dem Musardus sei nicht zu trauen.

Prestantissimo patri Henrico Urbano, Christi et philosophie socerdoti optimo.

S. Etsi pigerrimus in scribundis epistolis, videor enim mihi obtorpuisse, meretur tamen Triboniani hoc opus, ut Atticas egrediar angustias. Iucunda lectio est plus habitura voluptatis, si Gallica manus non peccasset. Scripsit enim impressor depravatissime. Quero, num sit illius officine, cuius est illud ante mihi visum, quod erat Gecusi[4] Digestum novum, item an Deibacchus[5] adhuc recentiorem habeat edi-

---

[1] Vgl. Br. 350.
[2] Vgl. Br. 350.
[3] Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.
[4] Vgl. Br. 315. 316. Das Werk erschien 1513 u. 1514 (Panzer VII, 304. 228).
[5] Vgl. Br. 327 S. 120 Anm. 6.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/17

tionem. Is suum corpus iuris Agrippine emptum admirabundus predicabat. Ohe, iam satis est! Neque enim eulogium texo. Dic, vir optime, num satis sit factum Sebastiano Rhodio [1]. Schylo tacet, veteratorum pessimus. Iam percipit mea, callet ad suum questum, mihi dabit nebule cyathum vnd eyn karn vol sprewe, ir merckt mich wol. Quid tradidit Titus Marius? Dixit [2] se debere IIII aureos. Iussi, ut tibi adnumeraret. Schalbonem [3] accepi, favet supra modum theologistis. Id tu non animadverteras. Laudasti nihil pensi habens, quod Schalbos totus sit melancholicus. Ad Petreium [4], si frater dabit literas, iungemus et nostras. Ille latinus et acutus homo non gratis serviet domine Rome. Impetrabit Vaticanas gratias et gratus erit primoribus Martie turbe. Ianus noster nondum rediit [5]. Si vis, habebis eum ad festa paschalia. Ostendit mihi tuam ad se epistolam, in qua promiseras officium, nisi dissentirem. Qui possum a te dissentire amico certissimo? Habe, habe tibi municipem [6] acerrimum, cuius animus ita abhorret a tranquillitate, quod in ludo scholari ad alienas opiniones sodalium moribus et vita bacchancium preformatus esse videatur. Hoc tamen de eo iudicium meum celabis. Ego dabo operam, ut de mercede conqueri non possit. Bene vale. Ex Gotha.

Expecto syngrapham vineti [7] abrupto sigillo, Nam veniet emptor ad me. Item redde epistolam Degenhardi et Petrei. Quid sentis de Musardo? Tu es bonus homo, sed minus recte iudicas de hominibus. Omnes tibi similes putas. Mihi alia mens est. Novi candidos, novi nigros. Parce, pater et domine noster, et vive felix.

Handschriftl. F 357 fol. 228r—228v.

---

353. M. an Urban. (Gotha 1514. Ende März.)

Mut. beleuchtet das Gebahren der Bettelmönche gegen Reuchlin und freut sich, dass der Prozess dem Speirer Bischof übertragen ist. Er macht Mitteilungen über Janus Urbicus, Duronius und Musardus

Amico benemerenti Herrico Urbano, docto inprimis magistro et circumspecto.

S. A bonis autoribus memorie proditum est optandam esse quietem et mentis tranquillitatem, contra vero lites, odia, rixas veluti malam

---

[1] Vgl. Br. 323 S. 417 Anm. 2.
[2] Vgl. Br. 323 S. 417.
[3] Vgl. Br. 294 S. 381 Anm. 4.
[4] Petrejus hatte sich im Herbst d. J. 1513 nach Italien aufgemacht.
[5] Er war nach Hessen gesandt. Vgl. Br. 353.
[6] Von beiden heisst es in der Erfurter Matrikel „de Urba".
[7] Vgl. Br. 14 S. 22 Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/18

scabiem et remis et velis fugiendas. Agere autem leniter et mente tranquilla quos magis decet quam monachos, presertim mendicantes, qui Christi paupertatem profitentur et frugi homines haberi gestiunt? Sed aliter, proh nefas! usu venit. Usque adeo enim fraterculi quidam insanire cepere, ut quia Christianis armis adversarium perdere non poterant, bellatricem fori battologiam assumere et cum prudentissimis, gravissimis, dignissimis iure consultis pedem in harena quasi digladiatoria conferre non dubitent. Estne hoc salutis et boni monachi institutum? Nonne foret equius in cella latere ac secum loqui quam provocare doctos, lacessere disertos, contrahere litem cum viro clarissimo neque cesaris neque pontificis authoritate deterreri. Nimis sunt arrogantes isti pedicatores[1], hem predicatores. Iracunde nimis rabioseque agunt. At multi sunt numero. Quid tum? An ego, quos singulos ut futiles et barbaros contemno, universos putem veritati obfuturos? Rationis est expers et plane rudis, qui non bene velit Capnioni, quem dignum misericordia censeo, quod unus a multis et quidem temerariis modis omnibus vexatur. Consideranti mihi casus et quibus undique circumfusis molestiis exercetur angores, metuendum videtur, ne tandem animo curis defatigato succumbat. Quanquam solus non cadet tot superstitibus Rome et alibi amplissimi ordinis partim ob hebraicas, partim grecas et latinas literas, quibus ille noster ornatissimus est, fautoribus. Mihi tametsi fori stilus videatur languidus et agrestis, placet tamen admodum breve[2] apostolicum in graciam Capnionis impetratum. Paucis enim ad vota respondet et causam delegat non solum probo, sed eciam illustrissimo episcopo[3], cuius sapiencia et pietas haud dubie claudicantes theologistas in barathrum ad ambas usque aures demerget servato nobis Capnione, communi magistro. Abba[4] et Crotus sua desiderabunt. Itaque propere legas et intra paucos dies remittas velim. Hodie vidimus equitatum satis splendidum ducis Ioannis. Sed hec publica. Heri, quod mea interest, rediit Ianus[5]. Dixi serio abhorrere eum a tranquillitate. Abfuit IIII hebdomadibus III diebus. Precepi abituro ταχέως σπεῦδε, non fuit dicto audiens. An surdaster? Fortasse. Sed fedius ob vanitatem male audire. Opem eram laturus, sed repudiat et ceteri, ut nunc sunt mores, imposturis et malis artibus herent, quasi preclarum sit astu dolisque niti et sibi placere. Hec querela. Duronius

---

1 Vgl. Br. 349 S. 9.
2 Vom November 1513. Vgl. Geiger. Reuchlin S. 298.
3 Dem Bischof von Speier, dem jungen Pfalzgrafen Georg.
4 Hartmann von Fulda.
5 Vgl. Br. 352 S. 12.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/19

hic biduo dedit operam genio. Nos nostra, illum sua delectant. Non me vocavit, sed Figulum[1], suas delicias, et id genus fecem homunculorum. De Musardo[2] iudicas ante comesum una salis modium. Si dissimulas iudicium, non falleris, cum ille simulet amorem. Si ex animi sententia loqueris, cecus es, cum assentatores et derisores nosse debeas. Quis suffectus est in locum Urielis[3]. Nos contra ritum philosophi merore sacra fecimus. Risissent Thraces, quibus ἰαλεμίζειν[a] in funere ridiculum est. Meum pectus urgebat illa recordacio, quod aurum violasset sanctum. O caput malorum pecunia! Atqui mortuis parta quies. Nos alia ex aliis in fata vocamur. Vale et famem inedia, quod Socrates ambulando fecit, obsona. Fames enim optimum est condimentum. Χαῖρε.

Handschriftl. F 280 fol. 179v—180v. Gedr. b. Tz S. 147—148 *von* Placet ad modum *bis* communi magistro *und von* Hodie vidimus *bis* hec publica.

[a] *F* ἰαλεμισειν.

---

354. M. an Urban. (Gotha 1513 oder 1514. Ostern.)

Der vielbeschäftigte Mutian meldet, dass er mit Duronius Urbans wegen gesprochen habe und nächstens Genaueres darüber mitteilen werde.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Multa scribenda, ceterum minime vacat propter occupaciones iam obortas. Tantum a te, mi carissime pater et domine, petimus, ut Iano[4] sarcinulam mittas. Locutus sum cum Duronio satis oportune. Vir est optimus, sed stultus, id est, imperitus vulgaris vaframenti. Gaudeo et tu gaudebis me fuisse collocutum, postea narrabo rei seriem. Servet te primogenitus ex mortuis, primitie dormientium, auctor nostri dogmatis, qui resurgendo vitam nobis patefecit, quanquam ab Hebreis diceretur malefactor et planus et rudis fabri filius et Belzebob. Nobis est sapientia Dei. Valeant, qui nesciunt allegorie nubilum serena interpretacione discutere et ob id per trabem suam festucam meam vident velut subdoli Lotiani. Tu autem, domine, bene valeas.

Handschriftl. F 270 fol. 174v.

---

[1] Vgl. Br. 286. 292.

[2] Das M. in der Handschrift ist durch eine Randbemerkung zu Musardo ergänzt.

[3] Vgl. Br. 348.

[4] Dem Janus Urbicus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/20

355. M. an Urban. Gotha 1514. April 1.

Mut. schildert den Janus und seine Brauchbarkeit als Famulus Urbans, andrerseits auch, welche Ansprüche er an seinen Famulus stellen müsse.

Venerabili Urbano praesbytero, viro cordato et inprimis erudito, suo amicissimo.

S. Si de tua fide et iudicio dubitarem, neque Ianum penori et marsupio pręposuissem, neque hunc ipsum cum Adamo[1] te hortatore mutarem. Tibi credo et credidi semper et tum credere desinam, cum spirare. Caput autem est hoc, quod te meminisse ac trutinare velim: gratum fore novum administratorem, si scorta non attigit. Nam castus sit necesse est, qui tranquille volet vivere At ubi canis intestina gustavit[2], momento vergit in imum dulci malo delinitus. De Iano vero sic tibi persuadeas eum omnia, que ad rem familiarem tuam pertinebunt, summa vigilancia et infatigabili procuracione diligentissime facturum. Sive enim domi tuę tornanda dolandaque sit materia, fabrum habebis quasi Dędalum, sive pagatim census et annona cenobialis exigenda, circumvolabit alatis pedibus, denique ad omnia munia paratus erit atque armatus. Neque illud idcirco tibi dico, quod Iani mores inexplorati, sed ut perspicias negociis tuis quam meis inertissimis ociis aptiorem. Eo est natus ingenio, ut semper aliquid agat usuique domestico inserviat. Non igitur exturbamus, sed honoratum laudatumque dimittimus, presertim ad te pietatis ducem et signiferum, Romane facundie principem atque architectum, cui non minus iucundus erit et carus quam optimo domino servus optimus. Quod autem timidior est Adamus quam ut feroces equos domare ac terroribus et minis compescere possit, nullum inde damnum aut sibi aut mihi emerserit. Non in fortitudine equi voluntatem habebit neque in tibiis viri beneplacitum erit ei. Satis officio respondebit, si sanctus et mansuetus et mitis nutus et renutus heriles observaverit. Proprium munus est, ut obsonet bona fide. Nihil sui commodi gratia, sed communiter emat et sciat Christianam et Pythagoricam scenam instruere et amicorum omnia esse communia[3]. Bene valeas.

Gothe. Ad Calendas Apriles MDVIXX.

Handschriftl. F 284 fol. 182v—183r.

---

[1] Vgl. Br. 350 S. 10 Anm. 1.
[2] Theokrit, Idyllion X. 11: Χαλεπὸν χορίῳ κύνα γεῦσαι. Vgl. darüber Erasmus, Adagia p. 472.
[3] Cicero, De officiis I, 16. 51.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/21

356. M. an Urban. Gotha 1514. (Einige Zeit vor 4. April.)

Mut wird gern nach Breslau im Interesse des Nepotian schreiben. Er will demnächst feierlich die Messe lesen. Endlich bittet er um schleunige Besorgung einiger Einkäufe.

Ornatissimo patri Urbano, magistro et economo.

Mi domine. Ianus mecum egit cupere te per me fieri commendatissimum et Agricole[1] et Matthie[2], viris egregiis, Nepotianum, timere vero, ne me quasi suspicacem pueri mores a scribendo alienent, cum sit molestum nugas agere, quarum te peniteat inposterum. Ego tuorum amplificator, mi pater, cur non velim esse, qui mei sunt observantissimi et tibi rem gratam minus facere, cui me carum esse scio? Scribam igitur et scribam summa fidelitate et, si nondum ingenii flumen exaruit, profundam, quod intima liniat. Credebam et cum causa mihi persuadebam tam longe abesse puerum inutile fore et nimis sumptuosum, presertim cum Neoburgi et Ihennis schole nobiles a multis frequentissime celebrentur. Quid queris? Si Vuratislaviensis aer et Matthie eruditio ceteris gymnasiis anteferenda est, faciam, quod te velle intelligo. Schilo[3], homo sordidus et sui commodi gnarus, nihil dedit Iano, quod est mihi peracerbum. Nam empturus erat Ianus obsonia huius temporis ad mensam opipare parandam. Dabo vicariis pontificalem cenam et ipse solemni more sacrorum cantabo carmen Domino Deo nostro mysticum et divinum. Neque enim salva pietate diutius ab aris et victimis abstinere manus possum, fui spectator potius quam conviva. Visitavi hostiam tantum, non tractavi ut popa. Nunc Deo meo propitio gustabo partes Dominicę cęnę et pro vivis et defunctis memoriter, ut fit, orabo. Impera domesticis, ut statim tuis emant nummis ea, quę annotavi. Empta die lunę huc perferant, ut habeam in meridie. Destinavi enim offerendis Deo primitiis diem Ambrosii[4]. Hoc te ita rogo, ut ardentius rogare non possim. Remetiar officium hoc tuum grata benevolentia et pueris, quantum erogaveris, confestim retribuam Nunc ad propolas. Ein quartal Maluisire in nova lagenula, quinque pondo dor laß, item totidem guts stors. Baiulus sit Nepotianus, ut me doceat, quid potissimum a me scribi pro se velit. Interea philosophos audiat Adamus. Vale et salve. Sitientes.

Gothę. MDVIXX.

Handschriftl. F 288 fol. 184r—184v.

---

1 Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 1. Zur Sache vgl. Br. 350 S. 10.
2 Vgl. Br. 277 S. 363 Anm. 2.
3 Mutians Erfurter Bevollmächtigter.
4 Der Ambrosiustag fällt auf den 4. April.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/22

357. M. an Johann Hessus. Gotha 1514. April 5.

Mut. empfiehlt sich dem Adressaten und bittet ihn, an Petrejus zu schreiben.

Suo Hesso[1] Norico, pontificis Vuratislaviensis a secretis, oratori et philosopho disertissimo.

Hesse, mi Hesse, salvus sis. Ego vero te diligo et me a te diligi certo scio. In causa est tam mutui amoris coniunctio studiorum, dicerem morum eciam, nisi tu me vinceres officiis et humanitate. Si tamen mea consuetudine uti tibi familiariter liceret, profecto sentires neque officii nos esse neque humanitatis expertes. Faxit immortalis Deus, ut tandem aliquando conveniamus. Petreius noster, quam ingeniosus, Deus bone, quam doctus et disertus iuvenis! Romę agit inter scribas apostolicos futurus in urbe procul dubio (modo fortuna votis subscribat) et magnus et honestus hierophanta. Is te iubet a nobis salutari. Si credis, bene habet; si non credis, testor Fidem, Concordiam et cęteras deas atque deos. Quamquam et tabulas proferre possum testimonii loco. Lege tu, vir facundissime: „Saluta“, inquit Petreius, „verbis meis Spalatinum item ac Urbanum et si qui alii sunt mei amantes.“ Audin' „mei amantes?“ Quis nesciat Hessum Noricum esse amantissimum et observantissimum Petreiani nominis? Tuum est igitur resalutare et ituris isthinc Romam dare literas ad carissimum et suavissimum Petreium, Romanę linguę delicias.

Ex Gotha. Raptim, cum Urbani nostri Nepotianus mitteretur ad ludum Matthię[2], magistrorum candidissimi.

Nonis Aprilibus Anno MDXIIII.

Handschriftl. F 289 fol. 184v–185r.

---

358. M. an Matth. Kaumler. Gotha 1514. April 5.

Mut. kündigt dem Matthias Kaumler an, dass sein Freund Urban ihm zwei Schüler nach Breslau zu senden gedenke.

Matthię Comiliario, magistro optimo et doctissimo, amico non vulgari, Mutianus Rufus.

S. Citius opinione mea desiderare cepit Matthiam Erphurdia. Manere enim diutius debueras, ut studiosi elegantie latine maiorem de tua eruditione fructum perciperent. Nunc te amisso (ut planissime

---

[1] Der spätere Reformator von Breslau, der zu dem grössten Teile des Mutianschen Kreises in nähere Beziehungen getreten ist.

[2] Vgl. Br. 350, 356.

[3] Latinisierte Form für Kaumler. Vgl. über ihn Br. 277 S. 363 Anm 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/23

dicam) etsi habent, quos sequantur, authoritate fortasse pares, diligencia tamen in profitendis literis ęqualem prope neminem. Hoc ipsum crebri doctorum sermones tuis referti laudibus declarant. Motus eciam hac tua gloria vir inprimis acutus et literatus Heinricus Urbanus tui observantissimus mittit in ludum tuum, qui celeberrimus esse dicitur, ut fideliter instituatur, Nepotianum[1], sororis filium, et item Adamum Asciburgium, pueros ingeniosos. Dabis igitur operam (si me amas), ut fiat uterque te prędceptore cultior, quod Urbano nostro, nedum mihi gratissimum erit. De me poteris tibi omnia constanter ut de amicissimo polliceri.

Nonis Aprilibus MDVIXX. Gothai.

Handschriftl. F 290 fol. 185r—185v.

---

359. M. an Gregor Agrikola.[2] Gotha 1514. April 5.

Mut. berichtet, dass Reuchlins Prozess in Speier schwebe; er habe in Erfurt ein grosses Heer gegen die Reuchlinfeinde gesammelt.

Gregorio Agricole sive Lengsfelt, pretori sacrorum, viro clarissimo, amico optimo, Mutianus Rufus.

S. De Ioanne Reuchlin, magno Germanię miraculo, scripsi ad te alias et credo pro nostra familiaritate vel potuis fraterna concordia mandavi, ut dares ad eum epistolam et promitteres fidem et adiumentum, quantum in te esset, adversus palliata mendicabula. Si id nondum feceris, tamen facturum te confido. Instat et urget quidam Iacobus[3], caput barbari gregis, cum suis Theobardis et Arnobardistis[4], quos universos uti singulos susque deque habet Capnion noster, magni vir animi et fortis et propter hebraicas et grękas literas, in quibus mirabiliter excellit, merito venerabilis et colendus. Lis in causa appellacionis inter utramque partem oborta pendet Spirę[5]. Favet Capnioni prędstantissimus quisque. Habet hic vir optimus et undecunque doctissimus eciam Romę patronos amplissimi ordinis tres cardinales Ego quoque, ut inquit ille, minimus apostolorum contraxi satis validam manum et possum in cohorte nostra ostentare duces et principes viros et de sacris abbas et magnos Iovis epulones, ex ordine literario quasi quosdam cataphractos et antesignanos, quos agmine facto educemus, si necessitas postulaverit contra fraterculos

---

[1] Vgl. Br. 350. 356. 357.
[2] Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 1.
[3] Hochstraten.
[4] Vgl. Br. 325.
[5] Vgl. Br. 353.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/24

casearios[1] et phanaticos pędicatores[2], hem prędicatores dicere volui. Nos si probaveris, te constituemus imperatorem. Hęc scribenda putavi, cum puer Nepotianus, Urbani nostri nepos, ad scholam Vuratislaviensem ablegaretur[3]. Vale.

Nonis Aprilibus MDVIXX. Gothe.

Handschriftl. F 291 fol. 185 v — 186 r.

---

360. M. an Urban. (Gotha) 1514. April 5.

Mut. hat dem Nepotian Briefe nach Breslau mitgegeben und sendet das Geschenk zurück, welches ihm jüngst Urban aus Anlass der Messfeier dargebracht. Urban solle die Gödische Angelegenheit im Auge behalten. Er zeigt, wie er das Messopfer auffasst.

Suo perpetuo vindici Henrico Urbano.

S. Nolo tibi preiudicium faciat, quod dedi literas Nepotiano,[4] sed quia idem delegit Vuratislaviam, paravi commendationes vel potius introductiones ad benevolenciam. Itaque tibi sit integrum vel ablegare vel retinere gentilem. Ego quod felix faustumque sit, dedi Deo munus[5] non tam secundum ordinem Melchisedech quam pro Christi instituto et ritu nostrorum dixi: „Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; cantabo et psallam tibi, Domine Deus.“ Honorarium vero pietatis in me tue remitto non veluti contemptor, sed ne putares ideo scripsisse me tibi, ut donares. Confertur enim semper aliquid in novos sacrificulos ad officium tale sanctarum primiciarum. Non te vocavi. Si vocassem, locum haberet fortasse largicio. Utcunque res ea sit, tibi gratias ago. De Henningo[6] nihil certi habeo. Vigila tu, ut soles. Mihi senatus (Deo sit gloria) suffragabitur. Parce occupacionibus. Alii per lusum mactant hostiam, putant rem esse parvam immolare pocillum et popanum. Sed fugit eos latens significancia verborum et divinissimi mysterii ratio: „Recepi te in memoriam vivorum,“ in qua diutissime (Deus faxit) te conservabo. Vale. Raptim.

Nonis Aprilibus MDXIIII.

Handschriftl. F 294 fol. 188 v.

---

[1] So wurden die Bettelmönche vom Volke spottweise genannt, weil sie Käse einsammelten.

[2] Vgl. Br. 349, S. 9.

[3] Vgl. Br. 350. 356. 357. 358.

[4] Vgl. die vorige Bemerkung.

[5] Vgl. Br. 356.

[6] Mutian wollte sich die Anwartschaft auf Gödes Pfründe in Gotha sichern.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/25

361. M. an Urban. (Gotha) 1514. (Kurz vor 28. April.)

Die Kölner haben die Augenspiegel verbrannt. Dem Schalbus sei nicht zu trauen, Crotus sei mit seinem Pfaffenstande unzufrieden

Ornatissimo patri Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Predicatores Colonienses combusserunt Speculum Oculare[1]. Quo iure quave iniuria, non attinet dicere. Reuchlin magno sub iudice victor[2] insultat adversariis et quasi exultat ob litem secundum se datam. Vide, quanto conatu nugas deblaterant. Qua in re subit mihi Terentianum[3] illud: „Quid cum illis agas, qui neque ius neque bonum atque equum sciunt? Melius, peius, prosit an obsit, nihil vident nisi quod lubet.“ Legi quedam capita, que nigro carbone notavit Iacobus[4]. Ea mihi ostendit ventosus et arrogans, in quo laudando tu multum et misere errasti, magister Schalbos[a 5]. Neque enim inertem et superbum gerronem satis cognoveras, etsi te centies monueram, ut fugeres contagionem theologicam. Bene potus assensit theologistis, eciam cum gestu favoris antiqui. I nunc et dic: Noster est iste. Sed hec me non perturbant tanquam improvisa. Crotus vero me contristat suis querelis modo sacerdotium accusans modo culpans consilium sibi datum a nobis. Was er sich zcihe, das er pfaffe wurde[6]. Ohe! Quid hoc? Vah! nunc ego intelligo desipere utrumque. Hem, quantum impietatis credentibus patefit, si docti sacra nauci faciunt! Scio fundationem nostram in solidum esse fossam et stabilem. Neque fieri potest, ut ecclesia confundatur auctore Christo, vero Deo, perpetua claro gloria. Quid novi habes de Spalatini diplomate[7]. Auguror tantam moram non vacare technis. Fac valeas et Adamum Faustinum[8] ad nos mittas, nisi mutaris sentenciam.

Ex edibus meis .... Calendas[b] Maias MDXIIII.

Handschriftl. F 410 fol. 260r—260v. Gedr. b. Tz S. 188—189 *von* Predicatores Colonienses *bis* noster est iste.

[a] *Tz* Schalbus. [b] *In F ist vor* Calendas *eine Ziffer ausgefallen.*

---

[1] Vgl. Geiger. Reuchlin, S. 301, die Verbrennung hatte am 10. Februar zu Köln stattgefunden.

[2] Durch die zu Speier gefällte Entscheidung.

[3] Heautontimorumenos IV, 1, 29—30.

[4] Hochstraten.

[5] Vgl. Br. 352.

[6] Crotus war erst vor kurzem in den geistlichen Stand getreten; bis dahin war er Klosterlehrer gewesen.

[7] Das von Rom kommen sollte.

[8] Adamus Publius. Vgl. den folgenden Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/26

362. M. an Urban. (Gotha) 1514. April 28.

Mut. berichtet von der rechtzeitigen Ankunft des neuen Dieners und den drolligen Redensarten in den Briefen des Crotus.

Henrico Urbano, magistro insigni latine lingue peritissimo, economo tam sagaci quam fido, amico extra aleam collocato, Mutianus Rufus.

S. Peropportune venit Faustinus[1] felicibus tuis auspiciis. Atque utinam Faustinus permaneat neque fiat de Faustino Lentulus, ut geminata lentulitas heriles iussus retardet. Hec iocans. Vide Croti salutacionem; nuper dixit „bonus dies," nunc scribit „bona vespera." Lepidus homo id sibi permittit. Recte facit. Par est enim, ut amicus cum amico familiariter, ne dicam audacter, agat. Vale, virorum sapientissime et amicorum sincerissime.

Ex tranquillo, die Vitalis MDXIIII.

Handschriftl. F 153 fol. 116r.

---

363. M. an Urban. (Gotha 1514. Um 2. Mai).

Die Kölner haben durch die Verbrennung des Augenspiegels nichts erreicht Adamus Pub sei in Adamus Publius Vitalis verwandelt worden.

Egregio viro nostrique studiosissimo Henrico Urbano, magistro, economo.

S. Si saperent palliata et concionaria mendicabula, certe profiterentur se et operam et oleum in comburendo[2] Speculo perdidisse. Sed ita moribus comparatum, ut ista cucullata portenta, ut sunt homines inertes et barbari et sediciosi, non valeant splendorem et graciam adversarii, viri eloquentissimi et undecunque doctissimi, vel intueri vel patiet, quod est proprium invidorum, obliviscuntur mantice, quod in tergo. Tantum vero abest, ut ignis ille ab obtrectatoribus et malevolis conflatus aliquam dignitati et glorie Capnionis notam inusserit, ut ciniflones et incendiarios perpetua consciencie face, qua scelerati crutiantur, exurat. Legisti, quantis argumentis ostendat author[a] Speculi nihil egisse Colonarios pedicatores[b], nullo iure flammam excitatam. Tempus est, ut formulas[3] Croto datas ad Crotum remittamus. Adamus, familiaris tuus et iam noster promus condus fidelem agit obsonatorem; me precipue observat et nutus atque renutus meos. Meretur hoc officio, ut dignus sit, cui tandem a me gratia referatur. Cognomen hominis

[a] *Tz* autor. [b] *Tz* praedicatores.

---

[1] Vgl. Br. 361.
[2] Vgl. Br. 361.
[3] Vgl. Br. 353.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/27

ridiculum est, ideo mutandum, non tamen omnino: feci ex Pub Publium[1] vetus nomen ex antiquitatis memoria repetendo. Iulio Cęsari gratus fuit Publius poeta mimographus. Extant huius preclare sententie in Cenis Macrobianis[2] et in Noctibus Atticis[3]. Scribit T. Livius Publium[4] quendam nobilem adulescentem, quod stuprum pati nollet, contumeliis et plagis affectum a L. Papirio. Quis nescit Vergilii pronomen? Quis non decies perlegit ad Publium Lentulum Ciceronis epistolas? Tu habes Aldi[5] cura emendatas illas ad Atticum, quas videre cupio. Invenies in quadam, cuius est initium[6]: „Subito cum mihi dixisset Cecilius questor“ (precedit folium pp) ita scriptum: „Nam nos quidem, si per istum tuum sodalem Publium licebit“ et cetera. Hactenus de Adamo Publio, quem trinomium, (?) si vis salutare, dicito Lentulum. Non ita. Excidit hoc mihi, quamvis re ipsa sit lentus et tardus; sed dicito Vitalem, quod natali die Vitalis advenerit. Vale.

Handschriftl. F 154 fol. 116 r — 116 v. Gedr. b. Tz S. 107 *von* Si saperent *bis* flammam excitatam.

---

364. M. an Urban. (Gotha) 1514. Mai 15.

Mut. meldet dem Urban, dass ein Gothaer Kanoniker gestorben sei und man Schritte thun müsse, um diese Pfründe dem Petrejus zu verschaffen.

Amicissimo et impensioribus verbis laudando patri Urbano Mutianus Rufus.

Salus. Cum tu hoc temporis in Valle sis, non potui tibi non significare, quid expediat. Dorfeldus Nicolaus[7] hodierno matutino spirare desiit. Vacat canonicatus in ede Mariana. Para, queso, breves saltem literas et da Mattheo[8] ad Petreium, virum amicum et eximium.

Iacobus Sagsa[9] misit Thomam[10] officialem[a] pro suo necessario ad

[a] *Tz* officialem Thomam.

---

[1] Die Namengebung fand am 2. Mai statt. Publius schreibt nämlich an Urban (Frankfurter Hands. Br. 155. fol. 116 v — 117 r): VI Nonas Maias appellatus sum Publius Vitalis, die Erfurter Matrikel nennt ihn Buob.

[2] Lib. II, 6 — 11.

[3] Lib. XVII, 14.

[4] Lib. VIII, 28. Der Name daselbst lautet C. Publilius.

[5] Ciceronis epistolarum ad Atticum, ad Brutum, ad Quintum fratrem libri XX, Venet. in aed. Aldi MDXIII.

[6] Ad Atticum lib. II, ep. 9.

[7] Kanoniker am Gothaer Marienstift. Die Erfurter Studentenmatrikel (Ostern 1481) nennt ihn Nicolaus Dorrefeld. de Gotha. Vgl. Registrum Subsidii S. 86.

[8] Wahrscheinlich Matthäus Meier, ein Pfründner in Gotha und zugleich Kanonikus in Erfurt.

[9] Vgl. Br. 286 S. 375 Anm. 1.

[10] Wie es scheint, ein mainzischer richterlicher Beamter, der noch einige Male erwähnt wird.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/28

Mattheum. Id nihil nocet. Scribe et tu, nam Rome et concurrentes locum sepe nanciscuntur et est prelacionis non exile privilegium, quod Petreio, uti spero, non deest. Vale.

Edibus Maiis MDXIIII.

Handschriftl. F 381 fol. 246 r. Gedr. b. Tz S. 182 *von* Dorfeldus Nicolaus *bis* sepe nanciscuntur.

---

365. M. an Urban. (Gotha 1514. Um 19. Mai.)

Mut. hat einen ihm gewordenen Auftrag ausgeführt und wünscht den Erfurter inhaftierten Verrätern alles Böse. Er freut sich, dass Herebord v. d. Marthen und sein Begleiter glücklich von ihrer Gesandschaft zurück sind.

Henrico Urbano.

S. De nummis, quid sentiam, singulatim explicare non est huius temporis. Gratum munus est. Quod autem Osimundus[1] et tu, carissime, mihi iniunxistis, effeci. Non tamen sum ausus licenciam nominare, vocabulum infaustum et rem atrocem et neque monaste neque consulto congruentem. Plus laudatur ista Calaguritana[2] simia quam sit unquam merita. Quantas mendaciorum nebulas hortatu tuo excitavi! Sed temporum perturbaciones[3], uti iusseras, videor mihi non inepte deplorasse. Legi perditorum[4] nomina. Quando leditur maiestas rei-

---

[1] Georg Hallensis. Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3. Er und Urban haben zwischen Mutian und Matthäus Sturz (siehe Anm. 2) die Vermittler gemacht.

[2] Eine Randbemerkung in der Frankfurter Handschrift bezeichnet ihn als einen monachus ordinis predicatorum. Er ist, wie aus der Beilage hervorgeht, der Dominikanermönch und gelehrte Theologe Matthäus Sturz aus Freiberg i. S., für dessen Promotion zum Lizenziaten und Doctor der Theologie Mutian, nach diesem Briefe, eine Rede verfasst hat. Derselbe wurde Michaelis 1513 in Erfurt immatrikuliert als „Matthias Sturtz Fribergensis, ord. predicatorum“ und erhielt laut Angabe von Motschmann (Erfordia literata continuata, Erste Sammlung Sect. I, S. 25) am 19. Mai 1514 die Doctorwürde. Kalaguritanischen Affen nennt ihn Mutian nach Calarvego, dem Geburtsorte des Dominikus. Der wegwerfende Ausdruck hat wohl mehr seinen Grund in Mutians damaliger Stimmung gegen die Dominikaner als Reuchlinfeinde denn in der Missachtung gegen Sturz.

[3] Der Erfurter Grosssyndikus Bobenzan (er wurde Mich. 1477 immatrikuliert als „Bartholdus Bobenczan de Heligenstad“ und zahlte 7 Jahre später den Rest seiner Immatrikulationsgebühren), obwohl durch die Volksparte in diese Stellung gelangt, sollte sich in verräterische Unterhandlungen mit Sachsen eingelassen haben. Man setzte ihn, anfänglich aus Anlass eines geringfügigen Streites mit einem demokratischen Handwerker, fest, später aber, nach erfolgter Denunciation wegen Verrates an dem „Volke“ und an Mainz, behielt man ihn im Gewahrsam und liess ihn am 24. Mai aburteilen und hinrichten. Vgl. Falckenstein, Historie von Erffurth S. 514—518 und Burkhardt: Das tolle Jahr zu Erfurt und seine Folgen in Webers Archiv für sächsische Geschichte Bd. XII, S. 411—412.

[4] Andreas Tuchhefter, Lorenz Stolz zur Bluhme vor den Graden, Caspar Fischer zum Turnier.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/29

publice, severitas legum exerceatur oportet. Nec sufficit vita carceraria, eculeus adhibendus. De quo Seneca[1]: „Doloribus“, inquit, „distortus et in eculeo longior factus.“ Neque cessandum, quin eculeo producantur in culleum. Ita censura peragatur in eos, quibus Erphurdia non mater est, sed noverca. Nullum ex nominatis peperit. Novi omnes. Hec sunt asperiora, quam ut legas aliis, tamen verissima. Gaudeo legatos salvos rediisse et amo temerarium Herebordum[2]. Sic nevos eciam et mendas in amatis corporibus non culpamus favore iudicium tegente. Vale. Ante solis exortum.

Handschriftl. F 164 fol 121 r—121 v.

Beilage zu Nr. 365 (siehe Anm. 2 S. 23).

Oratio.

Cum sepe alias tum maxime his nostris temporibus publice perspectum, viri docti et sapientes Deoque devoti, quam sit tutum et honestum vacare rebus divinis, studere Christiane theologie in hac hominum effrenata temeritate et intolerabili petulancia. Quis enim mentis compos dubitaverit utiliter et recte precari sanctam ecclesiam, ut inter humanas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia? Nusquam autem inviolata et perpetua securitas nisi in sola Ihesu Christi imperatoris nostri pietate ac vita beata, quam, ut inquit divus Ambrosius, efficiunt tranquillitas conscientie et securitas innocencie. Quid igitur opus est, o viri sapientissimi, rebus inhiare terrenis et magis avaricie quam sanctitatis instrumentum comparare? Nonne foret satius inferre Deo pro munere pectus plenum virtutibus et, ut utar Persii carmine, „compositum ius fasque animi sanctosque recessus mentis et incoctum generoso pectus honesto?“ Atque utinam non verissime diceretur: „nulla in quoquam virtus est viciis ubique dominantibus, nulla fides, nulla pax, nulla concordia bellis ubique sevientibus privatis inimicitiis[a] usque ad sanguinem furentibus.“

[a] *F* inimiciis.

---

[1] Seneca, Epistolae VII, 5. 3.

[2] Herebord von der Marthen hatte in Gemeinschaft mit Dr. iuris Utisberger im Auftrage der Stadt Erfurt eine Gesandtschaft nach Mainz unternommen und zwar ohne besonderes Geleite. In Fulda, das die Gesandten auf ihrem Wege berührten, wusste Crotus sie zu verbergen. Ob ihnen daselbst Nachstellungen seitens hessischer Adliger bereitet oder ob die Macht der verbannten Erfurter Patrizier so weit reichte, dass auf ihre Veranlassung hin die Volksvertreter Erfurts in Hessen gefährdet waren, bleibt unklar. Vgl. Br. 372.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/30

Sunt qui sydereis tribuant haec omnia fatis,
Ast ego fortune, que vis incognita quedam
Est homini, seu sit Deus ipse vel altera virtus
Inferior subiecta Deo, cui cesserit ipse
Tale ministerium tantique negocia regni.
Quicquid agit, iuste fieri concredere fas est.
Sed cur scire nefas? Preceps cohibere necesse est
Iudicium. Deus hunc tali regit ordine mundum.

O quantam vim possides, fortuna! Sed apud vos religiosissimos homines ac theologie studiosos verba faciens Deo potius immortali quam fortune tribuo rerum humanarum gubernacula imitatus Augustinum, quem penituit in libris Retractacionum laudasse virum nobilem ex fortune dotibus, que procul dubio divine sunt assignande providencie. Videtis, reverendi patres, nullum adeo felicem esse, quem multa mala non circumsiliant. Verum ipsa religio nostra vere illibata, sincera et quasi virilis concubitus expers sanctissima virgo quietissima fert omnia fronte tota paciens, tota mitis et tranquilla, nisi cum eam levissimi quidam theobardi illotis, ut ita dicam, manibus Harpyarum more attrectant et contaminant. Adversus quorum importunam audaciam et inauspicatam garrulitatem intrepidus semper stetit Mattheus Storcius, patria Fribergius, ordinis Calaguritani Dominici, vir non minus vite sanctimonia quam disputandi legendique assidua vigilancia insignis. Non enim ad religionem desperabundus, ut solent infelices et interdum rei capitis querende salutis gratia, se recepit, sed afflatus, ut credo, Dominico spiritu et captus amore sancte simplicitatis paternas argentifodinas et seculi pompas deserens doctissimos ecclesie doctores non uno in loco audivit. Testes sunt Parrhysiani, Ticinenses, Patavini. Quid? eciam Rome, ubi Petri sedes, theologicas professus est sententias. Gratus Trevirensibus, qua in civitate donatus fuit sacrarum literarum venerando baculo. Que cum ita habeant, merito gloria Mattheum nostrum sequi debet, ut non vulgari dulcedine laudis tot labores tot vigilie ac peregrinaciones remunerentur. Cape nunc coronam et licitam et tuis virtutibus debitam, qua decoratus contra rudem insciciam quasi adversus Leonem et Hydram velut Hercules auspiciis et ductu divi Thome Aquinatis literarium excita certamen. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Handschriftl. F 301 fol. 192r—193r.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/31

366. M. an Herebord v. d. Marthen. (Gotha 1514.) Mai 22.

Mut. macht dem Herebord v. d. Marthen ernste Vorwürfe wegen seines Benehmens dem Rector gegenüber. Bei den Verhandlungen mit den Philosophen habe er seine einstigen Lehrer in kecker Weise verletzt.

Herebordo Margarito.

S. Post Deum suum cuique animum colendum esse non ignoras. Animi autem cultus est multiformis. Theologi habent sua instrumenta, quibus sese faciant meliores Iureconsulto satis est ea cultura, que precepta legum et instituta longo[a] tempore comprobata continet. In legibus autem tuis sepenumero legitur et civiliter agendum et humanitatis habendam esse rationem. Quod cum ita se habere intelligas, redde rationem, cur rectorem[1], virum primarium et inprimis eruditum, verbo presseris. An tibi parva videtur impressio, ne dicam iniuria, sic publice bonum magistrum confundere: „Perdat te Deus, rector inlyte!“ Imitatus es, arbitror, divum Paulum, qui consimiliter maledixit nescio quem obiurgans: „Percutiet te Deus, paries dealbate.“[2] Putaram vos singulari mutuaque benevolentia devinctos, credebam te iusticie regulam nosse. Proh sancte Iupiter! preceptores protervus discipulus contristat. Legant te college tui ad philosophos. Persuadere debueras, ut professores illi venerabiles vestros bacularios honorifica pompa dignarentur. Tu vero minas et iurgia, non civilia verba et modestas blandicias, ut fieri solet, proposuisti. Si hec tibi falso obiicimus — potest enim fieri, ut hominum quamvis plurimorum sermo mentiatur — at certe te ipsum admirari et tam impudenter laudare apud prestantes viros non debueras. Rident, qui audiunt et ineptum gloriosumque doctorem non possunt non sequi postice sanne. Quare, mi Hereborde, si autoritatem tueri et gratiam servare volueris, de te ipso in aula Moguntina neutram in partem loquaris. Urbanus et ego, que honori tuo noxia sunt exitiosaque fore putamus, tibi tanquam viatori foveam ostendimus. Id ipsum boni consule et age prudenter, presertim hac tempestate, qua respublica Erphurdiensium in summo discrimine fluctuat[3]. Vale et me, quod facis, ama.

XI Calendas Iunias.

Handschriftl. F 283 fol. 182 r — 182 v.

[a] *F* longe.

---

[1] „Conradus Widelingk, contubernii Porte celi collega medicine indagator et baccalaureus sollertissimus“ nennt ihn die Erfurter Studentenmatrikel.

[2] Apostelgesch. 23, 3.

[3] Vgl. Br. 365 S. 23 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/32

367. M. an Urban. (Gotha 1514. Vor 24. Mai.)

Mut. lobt den Urban, giebt Erklärungen über Antonius und Regulus, die Spalatinfeinde, und lässt sich über Bobenzans Lage und bevorstehendes Geschick aus.

Urbano suo Mutianus Rufus.

S. Exultat animus tua in amicos officia percurrens. Mihi commentarios in Baptistam,[1] qui nescio an sibi, certe doctis videtur poetarum princeps, ab Italo collectos et recens editos indicas. Petreio et Spalatino, rare fidei et admirabilis industrie iuvenibus, uno die diversis argumentis epistolas transmittis et nihilo secius, que tuarum sunt partium domi forisque, sapienter, ut soles, omnia exequeris natus videlicet ad omnia. Quod autem hesitas in Regulo et Antonio, scire te volumus per Regulum intelligi den hern von Wildefels[a 2], Luneburgiorum primarium contubernalem, virum modestum et authoritate[b] insignem, eciam gratia apud nostros Mecenates inter aulicos bene florentem. Nosti mores Spalatini. Si quis uno dicterio ledat eius studia, hunc statim ipsum gravissimis verbis accusat et suam quasi iniuriam deplorat. Non obest Regulus Spalatino. De Antonio[3], quem vere coniectura deprehendis, peius sentio. Sed quid potest homo sua consciencia perditissimus, quia nocentium mentes occulto semper supplicio crutiantur, de Spalatino cogitare? Ita puto suus terror, suum scelus vexat, ut facile aliorum bonorum obliviscatur. Scribis de Bobezano[4] ea, que mihi videri solent vero simillima. Non est ratio, non consilium in imperita rerum pelbecula. Unde Plato dicebat nullo modo iustum imperium vel civitatem appellandum, in qua popularis[5] improbitas summa queque rei publice munera tractare presumat. Itaque si hanc beluam[6] multorum capitum Herebordus sequitur, profecto ad ruinam et cladem inclinat. Timendum est, ne accidat Bobezano, quod Rome Manlio, qui fortiter a se defensam libertatem nefarie opprimere conatus est. Iu cuius ultione legebatur hec prefatio[7]: „Manlius eras mihi, cum precipites agebas Se-

[a] *Tz* Herrn. [b] *Tz* autoritate.

---

[1] Wahrscheinlich die 1513 in Paris erschienene Ausgabe, wozu Murrho, Brant und Ascensius die Kommentare geschrieben. Vgl. Panzer, Ann. typ. VIII, 3. 620.

[2] Anarg von Wildenfels, in einem Briefe Melanchthons an Spalatin vom Oktober 1522 (Corpus Reformatorum p. 578/9) als Aulicus Wimariensis bezeichnet. Er schrieb Luthers Predigten nach.

[3] Hennig (d. h. Henning Göde) nach einer Randbemerkung in der Frankfurter Handschrift. Derselbe hatte 1509 aus Erfurt flüchten müssen und lehrte seitdem in Wittenberg.

[4] Vgl. Br. 365 S. 23 Anm. 3.

[5] Mutian sympathisiert sonst mit den Erfurter Demokraten.

[6] Horaz, Episteln I, 1. 76.

[7] Valerius Maximus VI, 3. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/33

nones, postquam imitari cepisti, unus factus es ex Senonibus.“ Vidi hodie tyaratum palliatumque Duronium ad festa pulvinaria sanctosque Veste focos. O quantum est in rebus inane![1] Quis hoc? ἐκ τῶν Διὸς δέλτων[a] ὁ μάρτυς[b][2]. Vale et novicios libros ostende. Iterum vale cum incremento salutis et dignitatis.

Handschriftl. F 163 fol. 120v—121r. Gedr. b. Tz S. 109—110 *von* Quod autem *bis* factus ex Senonibus.

[a] *F* δελτῶν. [b] *F* μάρτιρος.

---

368. M. an Urban. (Gotha 1514. Um 25. Mai.)

Mut. erzählt, wie Spalatin mit Ungeduld sein Diplom erwarte und Heinrich Eberba·h als Arzt überall gesucht werde.

Urbano papai sanctissimo.

S. Miratur ut qui maxime Spalatinus et ego demiror, quid retardet diploma[3]. Eius verba, que sunt in literis heri mihi redditis ita habent: „Sed ubi diploma est, Iesu bone! quo non testudo[a] tardius graditur?“ Henricus Aperbacchus, nobilis medicus, brevi fiet procul dubio nobilissimus. Celebratus a magnis viris[4], notus Gunthero[b], notus Wilhelmo, potentissimis comitibus[5]. Vidi, mi Urbane, vidi his quinque diebus, quibus familiariter mecum vixit, frequentari eum et consuli velut alterum Apollinem, id quod ideo scribendum putavi, ut insinuares Herebordo[6], communi amico, qualem et quantum habeat habiturusque sit affinem. Atque utinam, quod ego semper optavi, mutuo se amarent! Uter utrumque famigeratum faceret ac sic tibi mihique iucundiores essent. Vale.

Handschriftl. F 167 fol. 122r. Gedr. b. Tz S. 110 *von* Miratur est ut *bis* alterum Apollinem.

[a] *Tz* qua non testudine. [b] *Tz* Gynthero.

---

369. M. an Urban. (Gotha 1514. Kurz nach 25. Mai.)

Mut. meldet den Tod des alten Reinbot und seine Begegnung mit der Herzogin von Sachsen.

Humanissimo suo Urbano, magistro et economo fidissimo.

---

[1] Persius I, 1.
[2] Nach Lucian. De merc. cond. cap. 12.
[3] Vgl. Br. 361.
[4] Er scheint an das Hoflager des Herzogs Johann gerufen zu sein, der sich, wie aus Brief 369 hervorgeht, in jenen Tagen in Gotha aufgehalten hat.
[5] Es sind wahrscheinlich die Grafen Wilhelm von Henneberg und Günther von Schwarzburg gemeint.
[6] Gerlach v. d. Marthen, Herebords Bruder, hatte eine Schwester der Gebrüder Eberbach geheiratet.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/34

S. Ego, ut decet philosophum, imo Mutianum, audacter de vetulo Rheinboto ad filium iurisconsultum[1] dixi audiente Henrico Aperbaccho[2]: „Der alt vater sterbe in dem namen gots. Es ist am allerbesten. Pax Domini sit cum eo. Addebam illud Boetii[3]:

„Mors hominum felix, que se nec dulcibus annis
Inserit et mestis sepe vocata venit.“

Obiit sub officio vespertino die ascensionis Dominice. Pax vivis, requies defunctis. Nihil aliud occurrit inpresentia, quod scribam. Tu fac laute belleque valeas. Vidi ter pulcherrimam reginam Ioannis[a 4]. Ipsa despexit, ego suspexi uti spectator formarum. Erat tota margaritis et auro tecta preter faciem; gracilis est et candida et Deum colit. Deum colit quem? Priapum. Hec ioco effudi. Parce, pater.

Raptim.

Handschriftl. F 168 fol. 122r—122v. Gedr. b. Tz S. 110 *von* Vidi ter *bis* deum colit.

[a] *Tz* Iohannis.

---

370. M. an Urban. (Gotha 1514. Zweite Hälfte Mai).

Mut bittet den Urban um eine Besorgung für Adamus Publius

Validissime diligendo et honestissimo patri nostro Henrico Urbano.

Si vales, amantissime pater, bene est. Nos in tranquillo, qui tui sumus, bene valemus. Publium[5] tibi commendo. Scio, dices: „Publium tu mihi?“ Habet hoc sollicitudo, ut studiosos eciam suis sive patronis sive fautoribus commendem. Decet adulescentem et Mutiani obsonatorem decora tyara, ut instructus nitore capitis et ornatu visendo herum et se ipsum publice cohonestare pergat. Itaque non expectabis celebrem mercatum et eorum mercimonia, qui festo Trinitatis tentoriola figunt pro gradibus[6] Marianis. Sed e vestigio preciosum eme galericulum eciam duodeviginti vel eo amplius boemis. Nam prodire vult vestitu magnifico et euntem in celum et descendentem spiritum et ambarualia[7] decoratus invisere. Vale, amicorum sanctissime.

Handschriftl. F 165 fol. 121v.

---

[1] Vgl. Br. 70 S. 97 Anm. 3.
[2] Bei seinem fünftägigen Aufenthalt in Gotha. Vgl. Br. 368.
[3] Philosophiae consolatio lib. I, 1. v. 13—14.
[4] Sie war seit einem Jahre verheiratet.
[5] Adamus Publius, Mutians Famulus seit 28. April 1514.
[6] „Vor den Graden“ der Erfurter Marienkirche.
[7] Der feierliche Umzug am Bonifaziustage (5. Juni).

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/35

371. M. an Urban. (Gotha 1514. [Nach] Mai 25.)

Mut. findet die Strafe des Bobenzan hart und grausam.

Preclaro patri Henrico Urbano magistro, amicorum primo.

S. Etsi omnes cruciatus minores plerique quam facinora ex coniuracione deprehensorum arbitrentur, nec iniuria, cum parata incendia insontes sicuti sontes, nisi Deus prohibuisset, in periculum traherent, moderacione tamen et clemencia uti plebs deberet in viros insignes neque quadrifariam nocentes[1] dividere, quos vel acer punitor satis putaret gladio succubuisse. Quamquam olim Romani semper fuerint coniuracione aliqua patefacta severi, ne ingeniosi et audaces cupidi essent dominacionis et rerum novarum. Heu, heu, quantum abusus est Bobezan dominacione! quam multiplici flagrat invidia, quanta, uti rumor ait, torsus crudelem in modum ferro et igni detexit! Sed hec viderint superbi causidici: vitent nocturna conciliabula, non invadant dominacionem, non sint importuni. Sciant esse optimum, ut loquar Horatii verbis, „nil conscire sibi, nulla pallescere culpa“[2]. Vale et saluta Herebordum.

Ad gaudia Christi triumphantis in celo.[3]

Handschriftl. F 166 fol. 121v — 122r.

---

372. M. an Urban. (Gotha 1514. Einige Zeit nach 24. Mai.)

Mut bespricht zwei Briefe von Crotus, welche Nachrichten über die jüngsten Fuldaer Ereignisse enthalten. Herebord v. d. Marthen prahle schon mit der noch nicht feststehenden Nachfolge in Bobenzans Stelle. Der Briefschreiber ist gespannt auf den Ausgang des Streites zwischen den Erfurter Verbannten und der Gemeine.

Henrico Urbano.

Verba prius an factum estimem, nescio. Verbis inest robur forense plenum altitudinis, factum ut est admirabile, ita partim pravis partim sagacibus refertum consiliis. Et nisi Hassia lacerasset Hartmanni[4] spem

---

[1] Bobenzan war am vorletzten Mittwoch vor Pfingsten (24. Mai) gevierteilt worden. Vgl. Br. 365 Anm. 3. Ein Mitangeschuldigter „Georg zum Roche“ wurde erst am 26. Juli mit dem Schwerte hingerichtet. (So berichtet Falckenstein, Historie von Erffurth S. 518, dessen Angabe aber betreffs des Bobenzan'schen Todestages (31. Mai) sich mit der bei Burkhardt (24. Mai) nicht deckt. Mutian spricht von mehreren Gevierteilten, scheint also nicht genügend unterrichtet zu sein.

[2] Horaz, Ep. I, 1. 16.

[3] Man kann dies Datum nur als Himmelfahrtstag deuten, doch scheint mir der Inhalt des Briefes auf einen späteren Tag hinzuweisen.

[4] Er hatte unter Zustimmung des Abtes Volpert von Rietesel das Stift Hersfeld mit Fulda vereinigt, wurde aber von Hessen veranlasst, die Vereinigung wieder aufzuheben. Vgl. Arnd, Gesch. des Hochstifts Fulda S. 101 — 104.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/36

et curam presumptam, datum videlicet fuisset toto orbe terrarum inclyte providencie. Sed fit more quodam, ut illum, cui male succedit, minus providisse iudicemus, quamvis iure nitatur. Hic est ille Schallis[1], quem in literis ad te olim notavi, perfidus et arrogans, ut fere sunt Hersfeldienses et Lotiani. Ausus est cuidam Georgio[2] subscribere non sine infamia in patrem Hartmannum „Gleich so wern die Sigel des Stiffts unbillicher gestalt ubergeben.“ Hanc falsam et ementitam publicationem invadit Hartmannus veritate in medium prolata. Urget duos monachus. Prosternit mendacia Schallis. Et puto in hoc genere nihil scribi posse nervosius et gravius. In altera epistola — duas enim exhibeo legendas — continetur simplicitas legatorum[3], die on geleit gen fulda komen sein. Multa scit Herebordus, versutus et callidus est Utisbergius. Novi probe utrumque. Non tamen omnia sciunt. Perdidissent se et civitatis salutem, si in manus nobilium incidissent. Aspiravit temeritati celeste presidium et instanti periculo Crotus securitatem reddidit. Ita fraudi non fuit stultis oratoribus ira nobilitatis. Hec melius narrantur a Croto. Tu occultabis rem, ne civitas tibi et tuis velit esse inimica, sed sit pocius propitia et fautrix. Promittit noster ille legatus grandia et locum[4] infelicis Bubezani presumit hoc prefatus, si velit, fore ut fiat successor. Eadem frater[5] iactat. Quanta hec insania? Ante prelium canit hymnum victorie. Illud expecto, qualem lis sit exitum habitura. Litigant debitores cum creditoribus, negare sortem non possunt, usuras vero non reddere fidem bonam infirmat. Tametsi Fides hodie aras et templa non habeat, adeo deam Fidem negligunt mortales. Vale.

Die Iovis.

Handschriftl. F 161 fol. 120r—120v.

---

[1] Vgl. Br. 309 S. 398 Anm. 2.

[2] Georg von Weitershausen, Praepositus von Frauensee.

[3] Vgl. Br. 365 S. 24.

[4] Den Posten hat Herebord von der Marthen nicht lange nach diesem Briefe in der That erhalten.

[5] Wahrscheinlich Gerlach von der Marthen (vgl. Br. 229 S. 307 Anm. 7).

[6] Die Erfurter Gemeine hatte die Besitzungen der geflohenen Patrizier eingezogen, wogegen diese protestierten und allmählich gerichtlich auftraten. Das von Herebord v. d. Marthen verfasste Gutachten (vgl. Br. 301 S. 387 Anm. 3) bezieht sich auf diese Angelegenheit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/37

373. M. an Herebord v. d. Marthen. (Gotha 1514. Einige Zeit nach 24. Mai).

Mut benutzt die jüngsten Erfurter Ereignisse, um dem Freunde zu zeigen, wohin hochmütige und verwegene Advocaten wie Bobenzan und Göde schliesslich gelangen.

Non omnibus pateat, tantum selectis. Si vales, bene est. Ego valeo. Ἄγαμος Agamestor[1], homo semigrecus, mittit ad Baldum[2], huius evi celebri fama causidicum, ne peccet, commonitionem hanc gravem per exempla duorum rabularum[3] prime classis, qui pares erant dicendi gloria, similes ingenio et moribus, utpote fastu, avaricia, perfidia, temeritate, malefactis notabiles et famosi, quamvis a populo multum honoris pro sua utrique celebritate haberetur.

Ad nobilem et audentissimum Baldum, ne importunus fiat importunior.

Aegrę animi turbę tranquillo cedite, falsum
Submoveat veri digna favore fides.
Nec rabule pergant tenebras preponere luci.
Nos commenta fori novimus esse nugas.
Imo aliquid lites insanaque iurgia, nummos,
Multa tamen cupidis damna necemque dabunt.
Ut sceleris placuit populo damnare Sinonem[4]
Quattuor a trabibus triste pependit opus.
Profugus exilio latitat Catilina[5], nec unus,
Sed latratorum turba molesta simul.
Laude pares fandi, titulisque superbus et auro,
Si scelus addideris, Graccus uterque fuit.
Aufer et insidias et fraudes, Balde, nocentes.
Sincerum faciat poena severa virum.

Habes, quibus finibus coerceatur audacia et perfidia. Sue quisque faber est fortune. Nunquam sancta simplicitas statuit trophea perfidie. Audax sit oportet, qui id sequitur, quod assequi sine periculo nequit. Nemo plus audeat, quam ut possit tolerari. Quando ius et dignitas sacrorum subvertitur, eciam quies et salus civitatis elevatur. Documento sunt Sinones et Catiline, qui adversus imperium Martini[6] nefariam

---

[1] Vgl. Br. 375.

[2] Herebord v. d. Marthen, wie in der Frankfurter Handschrift über Baldus vermerkt worden ist.

[3] Henning Göde und Bobenzan, wie eine Randglosse besagt.

[4] Bobenzan, nach der Randglosse.

[5] Henning Göde, nach der Randglosse. Er lebte damals in Wittenberg.

[6] Die Herrschaft von Mainz.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/38

operam sumpserunt. Sed Deus optimus maximus salutem ad multos, penam ad paucos redundare voluit.

Agamos Agamestor.

Handschriftl. F 169 fol. 122 v — 123 r.

---

374. M. an Urban. (Gotha 1514. Kurz vor dem 5. Juni).

Mut. lehnt für sich eine Einladung zum Feste des h. Adelár und des h. Eoban ab, nimmt sie aber für seinen Famulus an. Leo X. sei ein Gönner Reuchlins.

Officioso, probo, sancto Urbano patri, domino, tutori.

S. Invitas me ad solemnissimam celebritatem pompamque septennalem[1] neque solum, sed et Publium et Vulcanum[2], neque sine causa, sed ut cupidos rerum novarum. Debemus, mehercle, tibi viro bonorum amicissimo et amicorum optimo et inter utrosque probatissimo. Facis enim non ut plerique, qui tantum divites amant vel potius amare se simulant, sed eciam nos sortis infime constantissima benevolentia prosequeris et, ut plane, quod sentio, enunciem, patrem agis omni ex parte indulgentissimum et pientissimum. Quod autem ad me attinet, sciendum est non omnibus eadem placere nec convenire quidem. Vellem tam ferax esset lectioribus libris forum, ut sicut aliis alia, ita mihi quedam placerent. Nam de ossibus tenes probe, quid mihi videatur. Nihil moror vita functos, nisi sibi nomen immortale studiis et ingenio peperisse dicantur. Illud vero verius puerorum esse et feminarum et mancipiorum spectaculum, nostros eciam domesticos nihil magis cupere quam videre id, ad quod tu eos evocas. Verum enimvero mihi longe alia mens est. Vagari enim non decet probos adulescentes, vix tamen retineri poterit Publius et votis huius annuam, ut toto deinceps anno ad mensam mihi fabellas referat de tanta spectacione. Dicet tibi Ianus[3] de barba Christi. Ohe, qualis barba! Detestatur Christus mendacium et tamen nemo mentitur magis impudenter quam Christi sacerdos. Ego tunicam et barbam et preputium non colo, Deum colo viventem, qui neque tunicatus neque barbatus neque ullum terris preputium reliquit. Vale.

---

[1] Vgl. Br. 375.

[2] Ein Diener Mutians, von dem wir zum ersten Male in einem Briefe des Publius an Urban (vom 15. Mai 1514) etwas hören.

[3] Ianus Urbicus, der Ostern 1514 aus Mutians Diensten nach Erfurt zurückgekehrte Landsmann Urbans. Vgl. Br. 249 S. 327 Anm. 1.

[4] Mutian hatte gewiss die besten und sichersten Nachrichten über den Reuchlinschen Process und die Stimmung in Rom durch Petrejus, der lebhaft mit seinem Lehrer und Freunde korrespondierte. Leo X hatte auf die erfolgte Appellation hin die Parteien auf den 8. Juni geladen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/39

Errant theologiste. Leo X. assertor est vel maximus Capnionis et Musarum.

Handschriftl. F 175 fol 126r—126v. Gedr. b. Tz S. 113 *von* Dicet tibi *bis zum Schlusse.*

---

375. M. an Urban. (Gotha 1514. Kurz vor dem 5. Juni).

Mut. benutzt die gebotene Gelegenheit, um dem Urban mancherlei Aufträge zur Besorgung zu übermitteln.

Henrico Urbano.

S. Etsi dubium mihi non fuerat, quin procurares in foro rerum venalium omnia, que me aut velle aut ad me pertinere putares — cognovi enim me tibi carissimum esse et in amicorum negotiis singulari fide et diligencia — tamen, cum Publius meus vel potius noster visurus esset urnam Eobani et Adelarii[1], non potui non movere hunc tardissimum et ineptum calamum et eo magis, ut que te cura sollicitat bene merendi de nobis, ea literis quasi stimulis incitata vehementer accenderet. Primum velim queras, vel si non vacat, Iano[2] demandes, ut inquirat uummos apud Schilonem,[3] deinde, si quid erit novi allatum, celeri transitu (solet enim non incedere, sed volare Ianus) circumspiciat. Atque hec erunt insigniter rimanda: ab schon arbeit zu marckt[4] qweme et, ut intelligas, habere cupio deaurata vasa potoria. Item, si erunt libri nominis excellentis, interroga, quo pretio estimentur, et rescribe. Nam ideo non erit properandum, quia nundine diu durabunt. Ut primum occasio dabitur, respondebo. Item hoc, quod nunc dicam, arcanum habeto. Ich wolle gern dem Hersfelde[5] ein herlich kermes keufen. De hac cura scribas et consulas mihi quam fidelissime. Gratus esse volo et mihi et Spalatino et consequenter tibi et nostris conservare palatinam gratiam. Novi, quid sit fovere amicicium, novi quid bonis, quid graciosis debeatur. Sed quia Spalatinum nominavi, rogo Cotioni[6] per Osimundum[7] persuadeas, ut instet[8] et aspiret Nithardo[9] instantissime. Qualis vecordia! non refert graciam. Semper petit. Quid retribuit? Eant ad Orcum, qui officia et studia amicorum nullis meritis remunerantur. Ego inposterum non utar illorum

---

1 Vgl. Br. 374.
2 Vgl. Br. 374 S. 33 Anm 3.
3 Mutians Erfurter Bevollmächtigter. Vgl. Br. 121 S. 167 Anm. 1
4 Für den Trinitatis-Markt. Vgl. Br. 370.
5 Vgl. Br. 304 S. 391 Anm. 2.
6 Johann Sömmering. Vgl. Br. 11 S. 17 Anm. 1.
7 Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.
8 Wegen seines päpstlichen Diplomes.
9 Vgl. Br. 234 S. 313 Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/40

auxilio contentus divino presidio. „Assumite“, scribit Paulus Ephesiis[1], „arma Dei, ut possitis resistere in die malo“. His telis armatus, quid horreat? Vale, salve.

Handschriftl. F 174 fol. 125v—126r.

---

376. M. an Urban. (Gotha 1514.) Juni 5.

Mut. knüpft an einen früheren Brief sammt Gedicht über die jüngsten Erfurter Wirren an und erklärt die fingierten Namen. In jetziger schwerer Zeit fühle er sich in seiner Lage um so glücklicher. Der Kasseler Bürgermeister lebe in der Verbannung. Von Osmunds Freundschaftsdienst und allen Sömmeringianern wolle er nichts wissen. Publius komme zu den Feiertagen nach Erfurt.

Dilecto sibi Urbano iuxta perito rerum atque literarum S. p. d.

Notavi eos, Urbane, qui abusi furiosa dominatione puniti sunt ultore Martino[2]. Catilina[3] est Antonius[4] laloteros, Sinon[5] fuit Bertholdus, Baldum, opinor, nosti. Ego mihi ficticium nomen, ne malum stilus parturiat, indidi. Nihil vividius ac verius dici potest, quam dictum est in causidicos sontes et leves vel potius impie noxios. Quibus dant fraudes emolumenta, dederunt et supplicia. „An ulla putatis“, inquit Vergilius[6], „dona carere dolis?“ Gratulor mee desidie, que nullis corrumpi potest largitionibus. Tuta res est ultronea et leta paupertas et vite innocencia. Dicat momus inglorium et socordia hebetiorem me factum. Fatebor tardum esse, sed adeo stultum minime, quin humana negocia norim et consulto, non casu vivam. Sum, Deo gracia, mentis compos. Miser ille, quisquis in summa dicendi gloria et honoribus amplissimis infelicem sortitur exitum. Minus, hercle, miser, cui in sepulchro contigit humari. Neque enim illud probo: „Facilis iactura sepulchri[7].“ „Celo tegitur, qui non habet urnam“.[8] Nisi par sit ratio humi et sublime putrescere, vermibus et corvis escam fieri, quando post vite tempus nihil sentiamus. Sed de calamitosis hactenus, si unum addidero verbum. Iob Schrindisens habet equum Seianum,[9] ut est in proverbio. Exulat et, quamquam male de me sit meritus, non

---

[1] Epheser 6, 11.
[2] Vgl. Br. 373.
[3] Vgl. Br. 373.
[4] Vgl. Br. 367.
[5] Vgl. Br. 373.
[6] Aeneis II, 43—44.
[7] Aeneis II, 646.
[8] Lucan. VII, 819.
[9] Vgl. Erasmus. Adagia p. 352. Schrendeisen war Kasseler Bürgermeister und von der Partei der „Rectores Hassiae“, welche seit Kurzem gestürzt war. Vgl. Rommel. Philipp der Grossmüthige I, 39—45.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/41

tamen inclementem me habet. Parco ut misericors, ignosco ut qui sciam vices rerum. Superbus erat et tyrannice fecit omnia, tamquam esset dominus Hassie. Pulsi sunt tyranni[1], sed imperiosis adhue comminationibus et metu perturbant novum regimen. Bonis omnia bene ac prospere cedant per omnia secula seculorum. Amen. Nolo mihi donet Osimondus simulachrum[2] viri fortis. Si absolutum non est, non inchoetur. Posthac nihil scribam Cotianis et Cotioni[3]. Male audiunt. Verone an falso, incertum, fama tamen eos proditorie mentis accusat· Severum et acre iudicium habetur de perfidia et nos non solum vacare, sed eciam omni suspicione volumus adiuvante Deo et Christo magistro tam reverendo quam amando. Instant ferie solemnes[a]. Retineri Publius[4] non potuit quasi gestaturus urbe tota reliquias et ossa situ atque senio obliterata, sed, ni fallor, semiassa. Er sal die bischoff[5] helfen[b] umbtragen.

Datum natali Bonifatiano.

Handschriftl. F 170 fol. 123r – 123v. Gedr. b. Tz. S. 110 *von* Instant ferie *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* solennes. [b] *Tz* helffen umtragen.

---

377. M. an Urban. (Gotha 1514. Kurz vor 7. Juni.)

Mut. urteilt über Joh. Damascenus und seine Theologia in der Faberschen Ausgabe und erwähnt sonstige literarische Arbeiten des gelehrten Franzosen. Der Kommentar des Clichthoveus zum Damascenus verdiene Anerkennung.

Urbano, domino erudito, viro unice doctis omnibus amato.

Salve, meorum signifer, Urbane, preses oeconomici magistratus. Aspectavi non sine admiracione nitentem habitum Iohannis Damasceni,[6] quem homo Gallus dedit exuto tabernario amictu, quo ante vestitus erat a barbaris. Ita autem magnifice poenulatus videtur, ut eum penitere non debeat mutasse toga pallium. Usure mihi, quas cepi ex hoc literato foenore, incredibilem voluptatem attulere. Videbam enim in hoc greco pedagogo modestam, sobriam, utilem, salubrem et castam eruditionem, que Christianis opinionibus omnimodo favet, que hereticorum aculeos hebetat, Origenis[a] delyramenta elevat et ubique Deum

[a] *Tz* quae Origenis.

---

1 Vgl. Br. 302. 339.

2 Georg Osmunde (Hallensis) scheint dem Mutian ein Bild zugedacht zu haben, welches den Herkules darstellte und seine Nachbarn ärgern sollte. Vgl. Br. 254.

3 Johann Sömmering und seine Anhänger, wozu auch Osmunde gehörte.

4 Vgl. Br. 374.

5 Eoban und Adelar. Vgl. Br. 374 u. 375

6 Iac Faber Stapulensis. Theologia Damasceni. Paris 1507. Vgl. Br. 387 S. 48 Anm. 5. Eine andere Ausgabe erschien 1512.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/42

auctorem citat. Fuit ille natione Hebreus, professione et voto monachus, dignitate abbas, gratus admodum ut intimus a secretis Theodosio iuniori. Fortuna iocari voluit, fortuna, inquam, quę glorię carnifex[1] appellatur. Abstulit illi dextram propter suspitionem epistolę proditorię. Tandem clara veritas emersit voluntate Dei et purgavit falsam culpam. Si ergo dextra caruit, dictavit exceptoribus, nisi Scevolam imitatus sinistra manu scripsisse dicatur. Interpres[2], si queris, quid sentiam, sacrarum literarum consultus est et optime meritus de ecclesia latina, sed et de ipsa philosophia peripathetica. Traduxit enim Aristotelem[3] de greco in latinum et quia subobscurus erat, illustravit enarracione. Vidi Pauli epistolas[4] ab eo curiose satis emaculatas. Psalterium[5], quod castigasse dicitur, non vidi. Dignus, ita me Deus amet, quem auro donent et colant theologi velut augustum numen. Unum in eodem desidero, quod literas humaniores primoribus tantum digitis pertractaverit longe in hac laude Erasmo inferior. Sed de Clichtoveo[6] et eius in divinum patrem[7] paraphrasi nihil dicam aliud quam lectu dignum videri opus, primum quod Thomas et Scotos et omnem theobardorum scholam contempserit, deinde quod illa Gallica loquacitus non sit omnino frivola et inanis. Tunc enim probatur oratio pinguior et grandis, quando prurientes sententie et quasi irritaciones quedam legendi non desunt. Vale.

Handschriftl. F 171 fol. 123v—124v. Gedr. b. Tz S. 110—111 *von* Aspectavi non *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* peripatetica.

---

378. M. an Urban. (Gotha) 1514. Juni 7.

Mut. bittet, ihm Lesenswertes zu verschaffen und übermittelt dem Johan Kirchberg seinen Dank für geliehene Bücher. Er berichtet über den Besuch des J. Sobius und was ihm dieser mitgeteilt. Die „Gerechtigkeit" werde die Feinde Reuchlins ereilen.

Henrico Urbano, rectori domus Georgiane, magistro eximio, amico presentis, preteriti et futuri temporis, Mutianus Rufus.

S. Qui vult honeste vivere, velitari necesse habet adversum errores et vicia. Munitus igitur doctrine armis atque subsidiis et rerum usu

---

[1] Plinius, Nat. Hist. XXVIII, 4. 7.

[2] Den Namen „Stapulensis" giebt eine Randglosse in F.

[3] In Aristotelis octo Physicos libros Paraphrasis. Impr. Parisii 1492. Vgl. Hain, Repert. 6839. Unter Nr. 6835—6838 daselbst wird Fabers Introductio in X libros ethicorum Aristotelis angeführt.

[4] Sie erschienen 1512 in Paris. Vgl. Panzer VII. 565. 557.

[5] Vgl. Br. 306 S 399 Anm. 4

[6] Vgl. über ihn Trithemii opera I, p. 405.

[7] Zum Aristoteles. Der Kommentar zur Physik erschien 1501 in Paris, der zur Ethik 1502 und 1506 ebendaselbst.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/43

septus non desino te urgere, ut semper mihi, quod egregium sit et singulare, legendum offeras. Quocirca perge, obsecro, ut instituisti, via et uberes age gratias Kyrchbergio[1], theologie candidato, viro castioris discipline tam professori quam amatori et patrono pro liberalitate sua, quam librorum participio mihi prestitit. Dicas me non vidisse quintuplex psalterium[2]. Consulas eum de pretio Damasceni[3]. Queras, num habeat Iohannem Climacum[4]. Erat in edibus nostris iuvenis Agrippinus nomine Iacobus Sobius[5]. Is mihi multa iucunde narravit de literatis hominibus. Nam et ipse pollebat elegancia quadam ingenii, etsi facie esset Hebreus, Erasmum[6] adhuc vivere, plurima componere, Buschium[7] cecinisse Palinodiam et gratia frui Capnionis, Ortuinum persistere in sua pertinacia, Hochstratum esse Rome, ut litem Capnioni faciat; eundem virum esse crudelem, ut qui nuper in Hollandia doctissimum medicum[8] combusserit et Colonie in cenobio suo libros omnes humanitatis secluserit, imo in tetrum carcerem coniecerit facto decreto, ut qui deinceps Musas amaverit, vita saluteque careat. Sic bardus Nero doctiores habet tum odio tum ludibrio. Sed spero Dice sanctissima, que dea punit insolentes, ibit obviam.

Nata Iovis summi est veneranda deis quoque virgo
Celicolis augusta[a] Dice, quam si quis iniquo
Iudicio incessit temerarius, illicet acris
Assidet ante Iovem queribundo protinus ore
Humane mentis fraudes expostulat, ipse
Vindicet in populos regum ut facta improba, qui fas
Atque nefas miscent reddentes turbida iura.

[a] *F* augusti.

---

1 Vergl. Br. 277 S. 364 Anm. 2. Er erhielt im Sommer 1511 den ersten theologischen Grad, ein Jahr später den zweiten. Vgl. Erfurter Liber rationum fol. 113 v und 114 v.

2 Vgl. Br. 306 S. 399 Anm. 4 und den vorigen Brief.

3 Vgl. den vorigen Brief S. 36 Anm. 6.

4 Verfasser der κλῖμαξ oder scala Paradisi vgl. Trithem. De script. eccl. in Trith. op. I, 201.

5 Vgl. über ihn Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens... III, S. 296—297 und die Aufzeichnungen von Bullinger S. 36—48. Sobius ist einer von den Schülern des Aesticampian. Vgl. Br. 343.4.

6 Vgl. Br. 331.

7 Hermann von dem Busche gab den „Articuli" Arnolds von Tungern ein Empfehlungsgedicht bei. Vgl. Böcking. Hutt. op. suppl. II, 330—333. Ausserdem Meiners Lebensbeschreibungen berühmter Männer, Bd. II, S. 369—393 u. Erhard. Geschichte d. Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung Bd. II, S. 61—108.

8 Hermann Rysswick, welcher am 14. Dezember 1512 als Ketzer verurteilt wurde. Vgl. Bullinger. Aufzeichnungen S. 38.

9 Hesiod. Εργα καὶ ἡμέραι 256—262.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/44

Hec interpres Hesiodi. Nos in transcursu signavimus relationem hospitis. Saluta eos, qui Capnioni et verbo et animo favent preteritis detrahentibus. Hi sint iure exaugurandi[a] exleges, illi[b] vero valetudine prosperrima et perpetuo[c] nostri.

VII Eidus Iunias DDDXVIX.

Handschriftl. F 172 fol. 124 v—125 r. Gedr. b. Tz S. 112 *von* Erat in *bis* ibit obviam *und von* Saluta eos *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* exauctorandi. [b] *F* ille. [c] *Tz* perpetua.

---

379. M. an Urban. (Gotha) 1514. Juni 13.

Mut. hält es für angemessen, dem Hirsfeld ein Geschenk zu machen und bittet den Urban, wenn sein Bevollmächtigter in Erfurt nicht zahlen sollte, die betreffende Summe ihm auf ein Jahr zu leihen.

Prestantissimo patrum, venerabili Urbano, viro docto, suo amicissimo, Mutianus Rufus.

S. Erat mihi in animo steriles mittere literas omnis scilicet doni expertes ad nobilem Hersfeldum,[1] tum quia formulam[2] ultro dedit Spalatinus laudi mee serviens, tum quia non habebam ad manus X aureos a vicario[3] meo numerandos, quos tamen brevi missurus est. Nolebam enim ab te mutuari, etsi fides tibi mea testata sit et mutuus amor noster satis probatus. Nolebam, inquam, pater optime, tuo uti peculio, quod sis pecuniole (sic enim cognovi) paulo tenacior. Sed cum videretur utrique nostrum turpe adhuc non egisse pro tabula mirifici operis Hersfeldo gratias, putavi tarditatem hanc meam non sterilibus, sed fructiferis epistolis excusare, ut divini animi iuvenis et auctoritate magna preditus, carus principi, iucundus Degenhardo, nobis gratus et Spalatino faveret impensius et mihi, uti consuevit, principalem graciam perpetuo conservaret. Vide, queso, quid scribat communis amicus. Res ipsa vel me tacente tibi persuadeat. Si Schyloni adesset aliqua portio bonitatis, non me deciperet, non hiantem suspenderet. Quid faciemus? Accipe, quicquid is dederit, si modo quid dabit instigatus a me. Sin autem nihil persolverit, tamen erit amoris quidem tui et certe consilii, ut queras et emas speciosum munus specioso favissori, eciamsi x sit aureis emendum. Habebis autem professionem signatam[4], quoad fidem meam tibi obligatam resolvero. Non te terreat anni spacium, serius non fiet restitucio, citius, spero, fiet. Timidus et cunctabundus hec scribo et

---

[1] Vgl. Br. 304 S. 391 Anm. 2 und Br. 375.

[2] Vielleicht ein Breviarium.

[3] Schil, der Erfurter Bevollmächtigte, wenn nicht ein geistlicher Vikar damit gemeint ist.

[4] Vgl. die folgende Nummer.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/45

quod bibliothece non impendo, qua maxime delector, erogare cogor in gratiam amplificandam, qua dignitas nostra precipue fulcitur. Vale.

Eidibus Iuniis MDXIIII.

Handschriftl. F 176 fol. 126 v — 127 r.

---

380. M. an Urban. (Gotha) 1514. Juni 13.

Ein Schuldschein Mutians über eine von Urban geliehene Summe.

Mutianus Urbano suo salutem.

Debeo[1] tibi decem aureos mutuo mihi datos, quos, ut mea fides et studia communia postulant, intra spacium anni Deo volente, si vixero, retradam. Sin autem non ero, tamen erit, qui satis meo nomine faciat, id quod literis et hoc signo testatum volo Deumque testem nuncupo veluti cognitorem sinceritatis et fidei. Vale, pater amplissime.

Eidibus Iuniis MDXIIII.

Handschriftl. F. Bildet den Schluss von Nr. 177 fol. 127 v.

---

381. M. an Urban. (Gotha 1514. Um 13. Juni.)

Mutian klagt über die ungünstigen Erfurter Einkäufe seines Famulus und wünscht Urbans Ansicht darüber, wie er sich bei den veränderten Verhältnissen im Erzbisthum Mainz in Bezug auf eine Pfründenanwartschaft verhalten soll.

Henrico Urbano, magistro et economo frugalissimo et integerrimo, amico primo, Mutianus Rufus.

Salus. Scio equidem a te me et meos fraterne amari. Itaque fiducia quadam fretus venit ad te Publius[2] gavisurus animorum coniunctione. Huic plura demandavi contentus, si partem officii exequatur. Est omnino egregius et observancia non vulgari te colit, est eciam moderatis moribus, sed foro belle uti nescit presertim isthic. Nam hic sine querela dispensat et regit rem familiarem, isthic callidi sunt rerum estimatores. Ne igitur vacillet, provideas. Quid de novo habes antistite?[3] Quid mihi faciundum arbitrare? Audio quosdam hic expetere preces, quales ego habui. Salimannus[4] et Mattheus[5] insidiantur et preripere volunt. Nosti sectam istam. Si vis, ut quiescam, dormitabo, sin autem, ut vigilem, totus agilis ero et impetrabo spem more

---

[1] Vgl. den vorigen Brief.
[2] Vgl. Br. 374—376.
[3] Albrecht von Brandenburg.
[4] Johann Saltzmann, Kanoniker am Gothaer Marienstift. Vgl. Br. 75. S. 111 Anm. 5.
[5] Matthäus Wagner, Kollege von Mutian und Saltzmann. Vgl. Br. 88. S. 128 Anm. 5.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/46

ambitionis et studio candidati, sed sine sordibus. Quis enim emeret spem? Tamen, ut nunc sunt secula, preces sunt irrite, nisi altaria nummis emas. Utcunque sit, vaticinor aliquid in re mea posse et velle cancellarium,[1] virum clarissimum et ornatissimum, qui ut magnis doctoribus non cedit, ita ad proximos et familiarissimos Mutiani accedit. Bene habeas, Urbane carissime.

Handschriftl. F 177 fol 127r—127v.

---

382. M. an Urban. (Gotha 1514. Kurz vor 15. Juni).

Mut. hat von Gregor (Agricola) und Spalatin Briefe empfangen und wünscht eine ganze Reihe von Büchern. In Betreff der Gödeschen Pfarre walte ein Missverständnis ob, welches Urban an geeigneter Stelle aufklären solle.

Henrico Urbano.

S. Hodie mihi sunt reddite, quas leges, epistole Gregorii[2], nudius tertius Spalatini. Hic semper dicit: „Quando veniet.“ Habeo responsorem domi corvum[3] mansuetum. Quid respondet? „Cras, cras.“ Sed illud cras nimis anxie Spalatinus expectat. Accepi nomina librorum principalis bihliothece[4]. Habet multos, sed quos ego deligerem[a], paucos codices. Tu doctorum hominum uteris familiaritate. Cur mihi non impetras, quod legam? Quere, amabo, et quere, si vacat, actutum Herodianum[5] de numeris, Plutarchi[6] opera duo et LXXXX, Lutiani[7] opera, Gregorii Trapezuncii[8] rethoricen, Maffeum Vegium[9] de perseverancia religionis, psalterium Stapulensis[10]. O dii boni, quanta est inscicia nostra! Purgemus ignaviam et novi semper aliquid investigemus. Tuum Iustinianum[11] Venetum expectavi hactenus frustra. Unum

[a] *Tz* diligerem.

---

1 Eitelwolf von Stein. Vgl. über ihn Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung. III. S. 335—336 und D. F. Strauss. Hutten.

2 Wahrscheinlich von Gregor Agricola gemeint.

3 Den Raben brachte Vulcanus Drusus in Mutians Haus, wie aus einem Briefe des Publius an Urban (Frankf. Hdschr. Nr. 155 de dato 15. Mai 1514) hervorgeht.

4 Für die Einrichtung derselben hatte Mutian sorgen helfen. Vgl. Br. 285 S 374 Anm. 5.

5 In einem Bande mit der Grammatica instructiva des Theodor Gaza und der des Apollonius erschienen. Vgl. Hain Rep. Nr. 7500.

6 Die Ausgabe erschien 1509 bei Aldus. Vgl. Schück. Aldus S. 44.

7 1496 in Florenz gedruckt Vgl. Hain, Rep. 10258. 1503 gab Aldus sie heraus. Vgl. Schück. Aldus S. 38.

8 Ein nach Italien geflüchteter Grieche. Seine Rhetoricorum Libri erschienen zu Mailand 1493,

9 De perseverantia religionis libri septem elegantia non minus quam sententiae gravitate redolentes. Parisiis 1511. Vgl. Panzer VII, 550. 432.

10 Vgl. Br. 306 S. 399 Anm. 4, Br. 377 u. 378.

11 Vgl. Br. 269 S. 355 Anm. 5. und Br. 331.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/47

a te vehementer peto, ut diluas culpam meam, (si culpa est spem non deserere) apud Henningi domesticum, quod senatores admonui constancie.[1] Emanavit enim fabula, que plurimorum aures opplevit. Eam ego postremus omnium audivi et erravi cum ceteris Non Henningi petendo altare, sed fidem mihi datam de vacaturo[a] renovavi. Ego vereor, ne Gothani momi me accusent apud istum ventosum rabulam, virum fortunatissime stulticie. Permutaret, scio. Sed hec tue prudencie sint concredita. Vale.

Handschriftl. F 158 fol. 118r. Gedr. b. Tz S. 108 *von* Accepi nomina *bis* paucos codices *und von* Unum a *bis* sint concredita.

[a] *Tz* vocaturo.

---

383. M. an Urban. (Gotha 1514.) Juni 15.

Mut. meint, das erbetene Darlehn hauptsächlich auf Betreiben des Duronius nicht erhalten zuhaben. Er bedürfe jetzt desselben nicht. Mit dem nächsten Boten wünscht er das Psalterium des Faber Stapulensis zugesandt zu erhalten.

Optimo patri Henrico Urbano, antistiti oeconomico, suo amicissimo.

Si vales, gaudeo. Equidem valeo. Impulit me tui caritas et fidei tue atque humanitatis noticia, ut quod mihi conducibile esset, a te peterem et tu fortasse mihi fidem habebas (habuisti enim semper), sed quod optato frui non contigit[2], non tibi acceptum refero, sed imputo trichis intempestivis a Duronio obiectis. Reliquum est igitur, ut custodias pecuniam, nihil in rem meam impendas. Nam alia via capiam, vel quod largiar amicis, vel quod bibliothece inferam contentus tua bona voluntate. Mitto manticam, in qua vilissimas merces clitellarius hirquitallus apportavit, ut tua solertia remittat cum ea ipsa Davidicos hymnos[3] Stapulensis. Cura, ut valeas.

Datum die Vithi et Modesti et Crescencie. Peram dedi Publio, tibi tamen ago gratias. Putasti me esse tam nummosum, ut implerem. Non soleo ferre in zona plus quam quatuor striatos nummulos, ut sit ad manum, quod offeratur vel Deo vel egestoso. Iterum vale.

Handschriftl. F 298 fol. 190v. Gedr. b. Tz S. 149 *von* Peram *bis* egestoso.

---

384. M. an Urban. (Gotha) 1514. Juni 16.

Mut. ist mit den Einkäufen des Publius höchst unzufrieden und nicht weniger darüber, dass für Hirsfeld kein Geschenk gekauft worden. Er drückt seinen Unwillen über Schil aus. Crotus klage fortwährend, und Herebord von der Marthen nebst Londergut seien hochfahrend.

Venerando patri Urbano, Christianis literis eruditissimo, non amando solum, sed et reverendo et colendo.

---

[1] Vgl. Br. 360. [2] Vgl. Br. 379 u. 380. [3] Vgl. Br. 382 S. 41 Anm. 10.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/48

S. Ut Publius aspexit sacras urnas semiustulatorum [1], rem vulgarie κενοδοξίας, clero tamen utilem, (stipes enim passim cumulantur) revenit sine libris expetendis legendisque, Constantinum [2] excipio et Accessum [3] altaris. Et cum de more rationem redderet procurationis, dixit expendisse tris aureos. Multum eruginis, presertim mea tenuitate considerata, nam aromata trita nihil valent. Suspecta enim est tritura et semper adulterina. Neque utor talibus protrimentis propolarum. Sunt mihi duo mortaria, duo pistilli, duo cribra excretoria ad pulvisculum probe repurgandum. Poteram hac uti supellectile. Emit bacillum uno boemo. Ohe, quam infirmum! Vix dares leonem [4]. Cetera sunt nullius momenti et tamen tribus aureis careo. Egre, dammum tamen fero. Sed quod Hersfeldo [5] nihil sit emptum, molestissime. Ego nullam mercem in literis nominavi, liberum tibi examen reliqui, tua fide nihil antiquius habui. Erant in tentoriolis [6] aurate vitte, erant alia iuventutis ornamenta, nihil elegisti. In causa, credo, fuit repentinus abitus et Duronianum [7] imperium. Est et hoc incommodum quamvis non mediocre, tamen tolerandum. Ceterum illud Schilonis [8] negare ne pacientissimus quidem inultum esse sineret aut impune. O presbyterum fraudatorem! Qualem sibi labem aspergit! Si licuit iniusto defraudare, licebit et iusto de iniuria conqueri. Sed quis equus erit arbiter? [a] Dicit Iohannes [9]: „Societas nostra in celis est“, dicit Paulus [10]: „Sufficiencia nostra ex Deo est“. Neutrum est verum in Schilone. Servit suis bestiis, quibus nihil est satis. Nunc non erat hic locus, facere tamen non potui nec debui, nec volui, quin que me [b] angunt, tibi amico, quem colo, insinuarem. Accedunt Croti querele [11], lectas concerpe et adde Herebordum illi [12], qui dixit meo consilio. Hui, quanta insania! Volunt isti dare consilia,

[a] *F* arbitrer. [b] *Tz hat hinter* me *noch* non.

---

1 Vgl. Br. 375.
2 Constantinus Magnus des Reuchlin. Vgl. Br. 304 S. 391 Anm. 3.
3 Wohl gleichbedeutend mit Breviarium.
4 Wahrscheinlich „1 lawen pfennig“ von denen, nach dem Registrum subsidii clero Thuringiae anno 1506 impositi, 4 auf einen antiquus Sneberger (Groschen) und 3 auf einen antiquus leonimus (Gr.) gingen.
5 Vgl. Br. 375. 379.
6 In den Zelten vor den Graden, welche am Trinitatismarkt aufgeschlagen wurden. Vgl. Br. 370 u. 375.
7 Vgl. Br. 383.
8 Vgl. Br. 379.
9 Mutian irrt: es sind Worte des Apostels Paulus an die Philipper (3, 20.)
10 Philipper 3, 9.
11 Vgl. Br. 361 S. 20.
12 Rainensis, nach einer Randbemerkung in der Handschrift. Vgl. Br. 152 S. 223 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/49

qui sese ignorant. O respublica, ruis iuvenum precipitata consiliis Hoc[a] expressit commiseratio. Vale.

Post festam et letam Dominici corporis lucem. MDXIIII.

Handschriftl. F 173 fol. 125r—125v. Gedr. b Tz S 112—113 *von* Ceterum illud *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* Haec.

---

385. M. an Urban. (Gotha) 1514. Juni 17.

Mut entschuldigt sich wegen eines früheren Briefes und spricht seinen Unwillen über die Busenfreunde des Duronius aus. Er werde alles thun, um sich und dem Urban jenen günstig zu stimmen.

Amando et dulci et quasi proprio ac familiarissimo patri Urbano, magistro erudito, Mutianus Rufus.

S. Triduo ante scripsi impulsu benevolencie paulo severius[1]. Ideo volui me de isto cursu in stacionem revocare et duas epistolas cum binis Croti[2] literis foco mandare, uti assuevi, quoties asperitatem retracto. Sed scio te maluisse qualescunque literas quam nullas. Alioqui raro scriberem. Quis enim racionis compos fastidioso inculcaret tam illiterata et insulsa. Novi stomachum tuum. Observas Mutianum peramanter, delectaris amici studio et ego literatos valde diligo et quod scire te certo scio, sanctissime te colo. Cessent igitur hec verborum tympana et utamur alter alterius officio et opera. Tu recte vereque sentis libertatem esse rem inestimabilem. Quid maius quam ut salvi liberique simus? Itaque sum et opione, sentencia, voluntate et consilio tecum coniunctissimus. Hoc interpellator tuus et combibonum suorum assensor Duronius non putat esse sani hominis, sed gaudet cenis sumptuosioribus, vocat mimos, scurras, ne dicam levissimum gregem, quos habet in delitiis. Quid hec res aliud est quam mera servitus? Non didicit, quid sit vivere cum doctis, bonis, iucundis. Verum isti Figuli[3] et citharedi vadant in tartareas carnificinas. Quid de Bartholo[4] dicam? Ad huius nebulonis sentenciam tanquam ad statuam confugit; hunc colit ut Aegyptii crocodilum. Lotius persuadet illi omnia, que vult. Morus cucullato flamini carissimus est. Hec duo rancida mala[5] imperant in Vallibus. Paret Duronius, imo servit. Quid multa? Dedit alteram domum Brengbyro.[6] Ita dulciter afflat Favonius assentacionum.

---

[1] Vgl. Br. 383.
[2] Vgl. Br. 384.
[3] Vgl. Br. 286, 292 u. a.
[4] Präpositus vom Gothaer Kreuzkloster.
[5] Morch und Köteling.
[6] Vgl. Br. 196 S. 272 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/50

Ne autem nos prorsus eliminet, conciliabo gratiam, quibus artibus potero. Satis enim mihi, si faveat, satis tibi, si te honoratum esse patiatur. Hunc ad finem referam artificium solertie. Valebis meque, ut facis, diliges et respondebis superioribus literis.

Datum quinto decimo Calendas Quintiles MDXIIII.

Handschriftl. F 297 fol. 190r — 190v.

---

386. M. an Urban. (Gotha 1514. Um 21. Juni.)

Mut. verhandelt über Bücher und ventiliert einen Lieblingsgedanken, nämlich den, seinem jungen Freunde Hirsfeld ein Geschenk zu machen.

Magno amico et homini perliterato, viro circumspecto atque ideo venerando, Henrico Urbano.

Salus. Neque operam neque oleum perdidisti, quod carmina Davidis, que Stapulensis[1] collegit et colligavit, imo enarravit, ad me dederis. Miraris id opus ante mihi lectum non esse, ut qui soleam me in literis abdere et abditissima queque tentare. Itaque qua me censes affectum leticia aut quantum me tibi debere putas? Neque enim precium tantum numerabo, sed si Damascenum[2] psalterio adiunxeris, ut pariter tergotenus hereant, fatebor me totum esse tuum mancipium. Castigaciones[3] Vallensis amisi. Rufinus,[4] opinor, surripuit. Scribe in calendario debiti summam, ut nomen tibi obligatum pro libris et aliis rebus emendis dispungam. Hersfeldo[5] darem. Quid, nescio. Vide, quid dandum sit honorario et ameno puero. Forsan credit in se nos esse ingratos et quasi exaruisse favoris et amoris semen. Intelligat et cognoscat tantus vir (virum appello, quia adolevit in iustam et spectabilem speciem et formam liberalem) cerebrum adhuc habere Mutianum. Iudicabo te prudentem, si pulchram mercem emeris. Felicem putabo, si preciosam, amicum tamen habebo, sive aliquam sive nullam. Vale. Post temulentam[6] epistolam.

Hora tercia.

Handschriftl. F. 302 fol. 193r. Gedr. b. Tz. S. 150 *von* Neque operam *bis* tuum mancipium.

---

[1] Psalterium Quincuplex. Vgl. Br. 377 S. 37 Anm. 5.
[2] Vgl. Br. 377 S. 36 Anm. 5.
[3] Zum neuen Testament. Vgl. Br. 387 S. 48 Anm. 6.
[4] Der frühere Diener Mutians. Vgl. Br. 10 S. 14 Anm. 3.
[5] Vgl. Br. 303 S. 391 Anm. 2. Zur Sache Br. 375 u. 379.
[6] Vgl. Br. 387.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/51

387. M. an Urban. (Gotha 1514. Nach dem 21. Juni.)

Mut. bedauert, dass Duronius Urbans Absicht, in Leipzig Bücher zu kaufen, vereitelt habe und schilt in seiner Weinlaune weidlich auf den Abt. Nithards Versprechen freue ihn für Spalatin, den er leider in das demnächst frei werdende Kanonikat nicht werde bringen können. Auch in einer andern Pfründenangelegenheit schaue es schlecht aus. Für Hersfeld solle ein Geschenk gekauft werden. Sodann urteilt der Briefschreiber über Fabers Psalmen und Trutfetters Schriftstellerei und will den Triumphus Capnionis übersenden. Damascen und Valla bittet er sich zurück.

Henrico Urbano.

Si vales, bene est. XI Calendas Quintiles reddidit mihi literas tuas puer bigarius plenas suavitatis et summi amoris erga me tui, in quibus hoc inerat impedimento fuisse Duronium[1], quominus emeris vel libros studiis nostris congruentes vel aptos bibliothece mee. Novi optime et sepe cognovi tuam voluntatem et graciam et fraternum auxilium, quod nisi mihi proposuissem ut firmum et certum, nullo modo et precibus adiissem tuam paternitatem et tam molestus tibi fuissem. Sit igitur culpa Duronii interpellantis, non tua, Duronii inquam, cuius tanta est non modo insolencia, (nam id quidem abbatibus huius evi familiare, quia panis Christi lascivos facit) sed cecitas et stulticia, ut credat iis, quibus nemo credit, Moris scilicet et Fungis[2], hoc est, immanissimis bestiis. Vix mihi possum temperare ab increpacione. Unum tantum quasi ebrius (potavi enim egregie) profundam: Nihil esse sanctimoniam cenobialem vel si aliquid est, nihil aliud esse quam importunitatem et hypocrisim et simulacionem et fucum. Mitto vecordiam et impuritatem et ostentaciones multiplices. Nunc enim paupertatem pre se ferunt monaste, nunc aliam speciem plausibilem. Est eciam in sordibus rebusque abiectis quedam ostentacio, non solum in preclaris et arduis. Quis, oro te, ratum haberet factum Duronii? Ego non nocebo, non accusabo, bonum virum nosse debes et volo bonus esse. Miror tamen, qua racione tu ratum habeas in patre, quod mihi nec ratum nec gratum est. Sed hec, si tibi videbitur, pro non dictis habeantur. Quod autem Nithardi[3] promissorum mentionem facias, valde mihi gratum est: atque utinam haberet Spalatinus, quod optat. Egrotat hic Georgius Rueß[4], meus gregalis, male afflictatur a febri homo senex. Si decesserit, principes dabunt beneficium canonicum. Ego dubito de Spalatino. Non habet aurum, ut det statutorum nomine. Nothus est et, si adesset, non posset Moris resistere. Locutus sum cum Leonardo[5], ipsius cognato,

---

1 Vgl. Br. 383 u. 384.

2 Leuten wie Morch. Ueber diese Bezeichnung seines Mitkanonikus vgl. Br. 66 S. 91.

3 In der Angelegenheit des Spalatinschen Diplomes. Vgl. Br. 375.

4 Vgl. Br. 144 S. 206 Anm. 1.

5 Die Persönlichkeit ist mir nicht bekannt; sie wird nur an dieser Stelle genannt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/52

dum hic esset. Dubito, utrum velim certiorem facere de obitu, si acciderit quid. Dic tuam sentenciam. De precibus primariis[1] nihil scribis, quasi tacere tibi liceat, et si liceret, tamen non deberes. Nam Salimannus[2] subornavit, qui petat et Morus huic assentitur. Preterea scripsi de munere[3] coemendo. Et tu quidem preter vittam nihil nominas. Non placet. Videre, inspectare, scrutari omnia debueras, ut honori meo consuleretur. Quid vitta? quanti est? Quid florinus? Volo preciosum numus vel nullum. Cogita et eme, si quid excellat. Dabo precium illico. Non curabis, non laborabis, aderunt nummi vel aurei, si voles, et reliqua. Porro habeo psalterium[4] Stapulensis. Legi cursim. Nescit hebraicas literas, sequitur Hieronymum, sed obiter inveni, quod tuis ineptientibus metaphysicis opponatur. Audi, queso: „Et quod nonnulli vocant rigorem logice, quidam, qui rectius norunt, iuste appellant importunitatem logice vanamque et ἀλόγιστον, ut sic dicam: minime logicam ac rationalem, garrulitatem, non quod vicium sit artis aut discipline, que eque necessaria est ad probe et minime fallaciter disserendum, ut grammatice et rethorice ad latine et diserte loquendum, sed eorum, qui male libero viro dignas artes disciplinasque tractant. Et quousque redierit ad suum nitorem amota omni male utencium impostura, non solum rationales, naturales et mathematice, sed eciam sacre litere id pacientur, quod sol obiectu intermedie lune aut luna obiectu intermedie opacitatis terre. Verum id deliquium oculis mentis maximum affert detrimentum. Complurimi tamen egri sunt, qui volentis sanare non audiunt consilium.“ Hec sunt verba Stapulensis, illius docti hominis. Nunc cogitare debes fieri non posse, ut lucem infundas Trutfetteri[5] tenebris. Habeat suas sibi regulas, nullo preconio nostro crescat. Nunquam enim mihi placuit illud copulandi munus, quod a barbaris suscipitur. Quid habet iste, quod in philosophia ostentet? An vafricias[a], an argutias? Querit lucrum, querit gloriam. Non decet. Postuletur tum avaricie tum arrogancie. Legimus Aristotelem et Platonem et hoc sufficit. Ad Christum conversi Christum imaginemur. Relinquamus entelechiam Aristotelis, ideas Platonis, Deus ex nihilo cuncta creavit. Dixit et facta sunt. Si ergo compendium logice edit, affert lapidem ad celten,[6] quod est ridiculum. Sin autem physice trac-

[a] *F* vafricicias.

---

1 Ueber die Bewerbung um eine Gothaer Pfründe. Vgl. Br. 360 u. 382.
2 Vgl. Br. 75 S. 111 Anm. 5. Zur Sache Br. 381.
3 Vgl. Br. 375, 379 und 386.
4 Vgl. Br. 386 S. 45 Anm. 1.
5 Vgl. Br. 4 S. 8 Anm. 1.
6 Thut etwas verkehrt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/53

tatum[1] emittit, parat rem insulsam, quia credimus Deo patri, cui modestia et caritate copulamur et scimus naturam nihil esse nisi, ut inquit Empedocles, mixtionem elementorum. Eodem tenore Anaxagoras naturam dixit concretionem discretionemque esse, hoc est, ortum et occasum, ut recte dixisse videatur poeta[2] nobilis: „Nascentes morimur finisque ab origine pendet.“ Valeat ergo compendium vel potius dispendium Trutfetteri vel si omnino carmine delectantur, dabo Triumphum[3] Capnionis ab Accio Neobio[4] concinnatum in Colonienses theologistas, quem sophiste apponant operi suo tam pulchello. Verum hac lege do, ut in manu mancipio sit tuo. Nam si theobardis exhiberes, damni multum faceres et tu es optimus testis, quam iniquis auribus acciperent.

Hec[a] scripsi bene ebrius, Sic soleo curare valetudinem. Dic, quantum dederis pro psalterio. Item mitte Damascenum[5]. Dabo pro utroque precium. Item Valle novum testamentum[6]. De vitta preciosissima tuum limatulum et politum iudicium habere volo. Nisi sit IIII aut quinque aureorum, non placebit. Vale et hec boni consule.

Handschriftl. F 303 fol. 193 r — 195 r. Gedr. in Ulrichi Hutteni opera. Ed. Böcking, I. p. 31 *von* Si vales *bis* erga me tui *und von* Valeat ergo *bis zum Schlusse.*

[a] *Böck.* Hoc.

---

388. M. an Urban. (Gotha 1514. Nicht lange nach dem 21. Juni.)

Mut. weist auf den nahen Tod zweier Gothaer Pfründner hin und ist unschlüssig, was er aus Anlass dieser Sachlage thun soll. Betreffs des Geschenkes für Hirsfeld möchte er keine Worte mehr verlieren.

Perhumano patri Henrico Urbano.

---

[1] Iudoci Isenacensis Summa in totam physicen, hoc est, philosophiam naturalem. Impr. Erffordie per Mattheum Maler 1514. Vgl. Plitt. Iod. Trutfetter S. 44 ff. Die Summulae totius logice erschienen 1501.

[2] Manilius. Astronomica IV, 16.

[3] Vgl. Strauss, U. Hutten S. 167 ff. Abgedruckt bei Böcking. Hutt. Opera III, p. 416 — 447.

[4] Pseudonym. Mutian glaubte, Hermann von dem Busche sei der Verfasser, eine Reihe von Zeitgenossen jedoch gaben ganz bestimmt Hutten als den Autor des zuerst 1519 bei Anshelm in Tübingen erschienenen Werkes.

[5] Theologia Damasceni, sive Tractatus quatuor, scil. de orthodoxa fide seu ineffabili divinitate, de creaturarum genesi ordine Mosis, de iis, quae ab incarnacione usque ad resurrectionem . . . ., Latine, interprete Iacobo Fabro Stapulensi. Parisiis per Henr. Stephanum MDVII. Nach Panzer VII, 525, 210.

[6] Laurentii Vallensis viri tam graecae quam latinae linguae peritissimi in latinam Novi Testamenti interpretationem ex collatione graecorum exemplarium Adnotationes apprime utiles. Parisiis in aedibus Ascensianis M. D. V.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/54

S. Cum videretur auriga postridie facturus iter, epistolam citius die Mercurii texebam, quam coquerentur asparagi[1]. Sed cum hodie vidissem in sacro Margarite choro (itum est enim eo loci supplicatum, ut pluviam frugibus eliceremus), puerum unoculum tibi notum cognitumque, misi Vulcanum[2], ut literas repeteret. Eas ego nullo modo, quanquam utilia et necessaria continent, refrigerato scribendi impetu et calore nunc tibi exhiberem, nisi Publius, familiaris noster et convictor[3], propter quedam magna negotia legaretur ad te. Videor mihi videre, mi Urbane, expectantes et Russi[4] et Dannebacchi[a 5] mortem. Habet ille canonicum beneficium, alter parrochiale[b]. Illud conferunt principes[6], hoc Vestales[7]. Tuo mihi consilio valde opus. Audi hoc secreto et tecum habe: Sunt qui dicant Musardum[8] fore pastorem. Non equidem invideo homini docto et religioso fortunam sublevatricem. Sed miror connivere Duronium, cum habeat nepotes. Tuum vere silentium magis demiror. Si voles, impetrabo preces primarias, sin autem vis, ut dormiam, non laborabo contentus re mea. Tametsi bonis viris opem essem laturus auctis nostris[c] facultatibus. Verum hec ut omnia tu melius. De Spalatino[9] quid sentis? Visne scribam, ut vigilet? Pauper et flebilis quid Gothe faciet? Vellem nichilominus[d] canonicus hic esset. Sed vereor notam gentis[10] et sanguinis. Iudica tu, parebo tibi. Vivunt adhuc predicti valetudinarii senes Sed multi sunt candidati, non tamen egerint multum vel me vel Spalatino petente. Potest aliquid muneralis ambitus, possunt triche Moriane[11]. Nos tamen recta via gradiemur. De emptione[12] pudet me verborum. Quid queris? Tuo arbitratu fiat. Ita vivam, ut molestus tibi esse nolo. Vale fautor et auctor dignitatis mee Urbane mi optatissime. Hec, cum essem cenaturus, exaravi.

Handschriftl. F 304 fol. 195r—195v. Gedr. b. Tz. S. 150 - 151 *von* Cum videretur *bis* via gradiemur.

[a] *Tz* Tannebachi. [b] *Tz* parochiale. [c] *Tz* meis. [d] *Tz* nihilominus.

---

1 Vgl. Sueton. Augustus 87 und Erasmus. Adagia p. 791.
2 Vgl. Br. 374 S. 33 Anm. 2.
3 Seit Ende April 1514. Vgl. Br. 350 S. 10 Anm. 1.
4 Vgl. Br. 144 S. 206 Anm. 1, zur Sache den vorigen Brief.
5 Vgl. Br. 27 S. 38 Anm. 2, zur Sache Br. 387.
6 Friedrich und Johann von Sachsen.
7 Die Bewohnerinnen des Kreuzklosters.
8 Damals Lehrer in Georgenthal.
9 Vgl. den vorigen Brief.
10 Die uneheliche Geburt.
11 Die Schliche des Moreh. Vgl. den vorigen Brief.
12 Eines Geschenkes für Hirsfeld. Siehe Br. 387.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/55

389. M. an Musardus. (Gotha) 1514. Juni 24.

Mut. versichert den Musardus seiner Hochachtung und klärt ihn über eine gewünschte Schrift auf. Die Gegner der wahren Wissenschaft werden bald zur Erkenntnis ihrer selbst gelangen.

Egregio viro Herrico Musardo Christi sacris initiato, philosopho et theologo, amico honorando, Mutianus Rufus.

S. Quod me summa pietate colis et mirifice amas, habeo tibi gratiam. Ego idem facere non destiti, sed facio tua studia plurimi, ut non solum te studiosum, sed etiam valde studiosum esse predicare non desinam. Petis, ut mittam Hieronymi opus de nominibus hebraicis.[1] Non credo huius esse, sed vel Rufini[a] Turrantii[2] vel alterius. Meam hanc sententiam docti confirmant et probant. De adversariis Musarum et philosophie sincerioris noli tu quidem laborare. Sentient isti suo tempore, quos lacessierint.[3] Demus nos operam, ut valeamus, bene sentiamus et loquamur. Satis est bonis et eruditis placuisse. Contra improborum impetus tum sacre litere tum virtus ipsa nos armat. Vale et divinam synaxim sine ulla, quod facis, sollicitudine[b] celebra.

Die Ioannis[c] prodromi[d] MDXIIII.

Handschriftl. F 309 fol. 198r. Gedr. b. Tz. S. 151 *von* Petis ut *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* Ruffini. [b] *Tz* solicitudine. [c] *Tz* Iohannis. [d] *In F über* prodromi precurrentis.

---

390. M. an Urban. (Gotha 1514. Vor 30. Juni).

Mut. meldet, dass Publius über Erwarten spät von Erfurt zurückgekehrt sei und er selber das Geschenk nicht annehmen könne.

Urbano.

S. Serius opinione mea rediit Publius.[4] Credo ita te sentire, ut scribis. Fides enim tua non vacillat. Ego precium numerabo, tu indica. Id nisi feceris, non habebo[5] dono datum, sed remittam; adeo sum verecundus et cum pudore contumax. Vale. Nox tardat calamum.

Handschriftl. F 310 fol. 198r.

---

[1] Ein Druck dieses Werkes aus der Zeit von 1513 ist mir nicht bekannt.

[2] So die Handschrift anstatt Tyrannii.

[3] Diese Aeusserung scheint sich auf die Epistolae obscurorum virorum zu beziehen, welche in jenem Zeitpunkte entstanden.

[4] Vgl. Br. 391.

[5] Das Psalterium Quincuplex des Faber Stapulensis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/56

391. M. an Urban. (Gotha 1514. Vor 30. Juni).

Mut. legt dar, weshalb es ihm völlig unmöglich sei, das übersandte Geschenk anzunehmen.

Magistro Urbano, patri prestantissimo, Mutianus Rufus.

S. Scribis te meam contumaciam[1] egrius, tamen ferre. „Nam si recusas," inquis, „non possum te cogere, ut accipias." Ego, mi Urbane, dormiturus in lectulum me recepi, quando Publius cum Rufo[2] venit. Itaque scripsi nescio quid, saltem ut aliquid rescriberem. Tu me stultum esse putas, quasi soleam expilare mihi caros. Non sum ita occecatus, non ita rerum imperitus, non tale portentum, non tantus spoliator, non ita bestialis. Ah, nescis animi mei magnitudinem. Dare libentius consuevi quam accipere. At dices: „Nonne legisti: οὔτε πάντα οὔτε πάντοτε οὔτε παρὰ παντότων."[a 3] Si non legisti, Ulpianus tuus ea refert de officio proconsulis. Et nosti, Mutiane, quam sit inhumanum a nemine accipere. Ego vero novi hec, Urbane noster, sed ita sentio: A te familiarissimo meo et quasi parente optime merito aliquid accipere gratis, quod tu magno emeris, et turpissimum et vilissimum et avarissimum videri. Quod autem ea donas, intempestivum est. Urgebam te, ut emeres mihi, ut nummos mutuo dares, ut honori meo prospiceres. Non fecisti[4]. Nunc ita solertis es ingenii. Purgas negligentiam specie quadam liberalitatis. Absit, mi domine, ut capiam. Amo te, colo te, finem amandi colendique non faciam. Hoc studia et mores effecerunt, non munera, quamvis optime sis de me sepe meritus. Margaritam[5] et Vestalium sacerdotia longe minus curo quam tu, sed providendum est pauperibus domesticis. Ego satis habeo et reliquum evi in sacris literis consumam, non tamen sine dulcedine, suavitate, hilaritate, ut divina studia, que sunt fere arida et sicca, hoc condimento temperemus. Si erro, fac propositum meum dedoles, possum enim tam in seriis quam in frivolis tuam pati censuram, viri sane docti et mei cupidissimi satisque spectati iudicii. Vale.

[a] *F* πάντοτων.

Handschriftl. F 370 fol. 240r.

---

1 Vgl. den vorhergehenden Brief.
2 Sonst Pyrrhus genannt. Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.
3 Digesta I. 16. 6.
4 Urban hatte das erbetene Darlehen verweigert (Vgl. Br. 383), ebenso hatte er noch immer kein Geschenk für Hirsfeld gekauft.
5 Vgl. Br. 387 u. 388.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/57

392. M. an Gregor Agricola.[1] Gotha 1514. (Kurz vor 30. Juni).

Mut. entschuldigt seine wenig elegante Schreibweise mit seiner veränderten Stimmung und billigt des Adressaten Urteil über Kaumler. Er empfiehlt ihm die Anverwandten Urbans und den Magister Carspach.

Doctissimo viro Gregorio Lengsfelt, censori, amico summo, Mutianus Rufus.

Omnis mihi Cicero et Demosthenes cum turba poetarum excidit. Sacras colo literas. Psalterium successit Vergilio. Non est igitur, doctissime Gregori, ut expectes verborum elegantiam. Si unquam te amavi, adhuc amo et plurimi facio valdeque rogo, ut animum meum non epistolis, sed pietate metiaris. De ludi magistro[2] vestro idem sentio, quod tu. Se amant etate nostra professores literarum. Urbani nostri, vere humanissimi patris, nepotes[3] habe commendatos. Abba[4] noster honorifice te excipiet, si quando veneris in Thuringiam. Id tandem, ut facias expecto. Vale felix. Carspachum[a 5] iterum tue dignitati commendo. Noverunt boni viri nostrum amorem esse mutuum et eternum.

Ex Gotha. MDXIIII.

[a] *F* Carsparchum.

Handschriftl. F 315 fol. 201 v.

---

393. M. an Urban. (Gotha) 1514. Juni 30.

Mut. urteilt über das Fabersche Psalterium Quincuplex und seine beiden Famuli. Für den „Herkules“ will er seinen Dank baar abstatten. Den Triumphus Neobii und den Brief Agricolas bittet er zurück. Ein Geschenk für Hirsfeld soll auf der Naumburger Messe gekauft werden, damit nicht Urban in Zukunft belästigt werde.

Sacrosancto Urbano, magistro egregio, amico et colendo et fido, Mutianus Rufus.

Initio tibi, ut debeo, salutem dico. Te enim salvum et honestum esse semper volui. Ego, si queris, quid legam, confero Davidis hymnos[6] et verbis prope singulis, nedum versuum sententiolis immoror. Invenio parum fructus, nam preter Hieronymi limam nihil fere profert enarrator. Rudis, ut apparet, hebraice literature grecas literas tantum gustavit et fugit ut canis de Nilo bibens.[7] In latinis non multum opere

---

[1] Vgl. Br. 278 S 365 Anm. 1.

[2] Matthias Kaumler. Vgl. Br. 277 S. 363 Anm. 2.

[3] Andreas Nepotianus und Adamus Asciburgius. Vgl. Br. 358.

[4] Zunächst muss man an Duronius, den Georgenthaler Abt, denken, doch ist auch nicht ausgeschlossen, dass Mutian den Dekan des Gothaer Marienstiftes Gerhard Marschalk de Gosserstedt (Vgl. Br. 86 S. 126 Anm. 4) meint.

[5] Vgl. Br. 224 S. 303 Anm. 5 u. Br. 283 S. 372.

[6] Psalterium Quincuplex des Jacobus Faber Stapulensis.

[7] Aus Furcht vor den Krokodilen stillt der ägyptische Hund seinen Durst im Lauf. Vgl. Erasmus. Adagia p. 321.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/58

posuit, ob id tamen laudandus, quod diligenter collegit, que nosse quivit. Verum in ipsis quoque collectaneis non facit mihi satis. Exempli gratia, ut pauca de multis ostendam: Gallicum psalterium sic legit hunc versum: „Da nobis auxilium de tribulacione, quia vana salus hominis.“ Romanus lector hoc modo: „Et vana salus hominis.“ Hebraica interpretacio teste Hieronymo habet: „Vana est enim salus ab homine.“[1] Hic Stapulensis elegantiam ignorans latinam dicit: „Quare hic versus decentius legeretur: Da nobis auxilium de tribulacione, quia vana salus hominis. Aptius enim[a] hic „quia“ quam „et“ sermone pariter[b] et intelligentia meliore.“ Multa tu quidem dicis, o Stapulensis, sed tibi non credo. Nescis, profecto nescis eodem significatu accipi quia, et, enim. Non legisti latinos authores[c]. Lege Fabium Quintilianum libro primo[2] institutionum oratoriarum: „Ante omnia ne sit viciosus sermo nutricibus, quas, si fieri posset, sapientes Chrysippus optavit, certe quantum res pateretur, optimas eligi[d] voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est, recte tamen etiam loquantur. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur et natura tenacissimi sumus eorum, que rudibus annis percepimus,[e] ut sapor, quo nova imbuas, durat.“ Vides hoc loco „et natura“ positum esse pro „quia.“ Notum illud Vergilianum[3]: „Audieras et fama fuit.“ Nulla est igitur dissensio, sed mira consensio in istis tribus versibus. „Diligit Urbanum Mutianus, quia bonorum sriptorum est emulus, iucundus et carus est Mutiano Urbanus, est enim studiosus veterum. Te amo et tu me amas et antiquitatis noticiam habes. Sed hactenus de studiis.

Iussi Publius et Drusus se exercerent[4] scribendo et tuum nepotem[5] stimularent provocarentque. Tardus est et crassi ingenii Publius, sed Drusus omnium, quos unquam vidi, tardissimus. Libuit tamen φιλοσοφεῖν et nihil agendo saltem id agere. Herculanam tabellam huic trades. Referam non pictam gratiam, sed gravidam Osimundo[6]. Triumphum Neobii[7] et epistolam[8] ad Agricolam restitue. Si illum abalienaveris,

[a] *Tz* hic enim. [b] Fehlt b. *Tz*. [c] *Tz* autores. [d] *F* elegi. [e] *F und Tz* percipimus.

---

[1] Psalm 60, 13 und 108, 13.
[2] Lib. I, 1. 4—5.
[3] Eklog. IX. 11.
[4] Beide sind dem Befehle nachgekommen. Siehe die Beilagen zu diesem Briefe.
[5] Andreas Nepotianus, welcher nach Breslau in die Schule des Matthias Kaumler vor einigen Monaten gesandt worden war.
[6] Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.
[7] Vgl. Brief 387 S. 48 Anm. 4.
[8] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/59

mitte hanc, pro qua habes[a] aliam. Ego misi ad nundinas Neoburgias aureos quinque, ut munusculum[1] supportetur. Hic desino te culpare. Nimis fortasse sum morosus, ne dicam contumeliosus amicis. Satis te increpui. Nunc sit quies. Sed penitet, pudet, piget me scripsisse ad te et misisse bis eadem de re Publium. Serva[b] tuum erarium. Nunc scio, cui servias. Servis enim pecunie. Ego hoc die dedissem tibi X aureos, si honori meo affuisses. Ideo magis dolendum, quia optime sensi et brevi satis facere volui. Sed pax sit et quies et tranquillitas. Ego utar vetere instituto meo, tu sis pater familias tuo more. Novam tibi peram destinabo, tua sordebat. Vale.

Pridie Kalendas[c] Iulias MDXIIII.

Handschr. F 374[b] fol. 242v—243r (Der Codex hat 2 Nummern 374 ebensowie 375). Gedr. 1) b. Tz. S. 180—181 *von* Ego si *bis* de studiis. 2) b Böcking. Hutteni opera I op. 31—32 *von* Initio tibi *bis* sententiolis immoror *und von* Triumphum Neobii *bis zum Schlusse.*

[a] *Böck* habeo. [b] *Böck* serra. [c] *Böck* Cal.

Beilage I zu Nr. 393 (Siehe S. 53 Anm. 4).

Andree Nepotiano literarum studioso, amico meo, Adamus Publius.

Salus tibi, si, ut es docilis, probe discis. Ego Gotham me contuli ad doctorem Mutianum, cuius promus sum et obsonator. Ianus Urbano nostro servit et studet mirifice. Fac, obsecro te, studium eius diligentia nostra consequamur. Nam flos etatis non illecebris voluptatum, sed bonis literis et modestie dedicandus erit, ut tandem bonorum gratia fruamur. Qui vero non moventur in adolescentia splendore virtutis et auctoritate discipline melioris, ii, ut semper mihi persuasi, sine dignitate, imo cum molestia turpiter consenescunt. Da operam, ut valeas et quia Urbani, humanissimi et optimi viri, nepos es, cura, ut dignus esse videare, quem ille diligat et ipse, ut semper habui, carum habeam. Id te omnino confido facturum, presertim sub magistro bene docto.

Datum pridie Calendas Quintiles DDDXIIII.

Handschriftl. F 374[a] fol. 242r.

Beilage II zu Nr. 393 (Siehe S. 53 Anm. 4).

Nepotiano suo Vulcanus Drusillus.

Si vales, bene est. Ego quidem et Publius valemus et instante hero, quamvis et nostra sponte, discimus. Tu vero celebri in ludo nisi profeceris, male audies. Neque enim preceptores desideras et ingenio vales.

Ad Calendas Iulias MDXIIII.

Handschriftl. F 375[a] fol. 242r.

---

[1] Für Bernhard Hirsfeld.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/60

394. M. an Urban. (Gotha. Juni 1514).

Mut. berichtet über Mitteilungen des Publius und spricht seine Befürchtungeu betreffs Herebords v. d. Marthen aus. Von Musardus, der ihn Pater genannt, will er nichts wissen.

Erudito Urbano, magistro optimo et amicissimo.

S. Postquam literas obsignaveram, prandenti mihi Publius[a] narravit de Hercule[1] notam fabulam. „Paratus est," inquit, „sed ita et ita." „Hem," inquam, „tegitne braca coleos?" Subrisit dixitque una cum Hercule venturum Osimundum[2]. „Non opus est," inquam. „Pugnax erat Hercules, non bibax." Sed aliud, Urbane, timeo. Nunquam volui emendare, quod collegit Herebordus consilium[3] et nunc suspectos esse scio cum Cotione[4] suos. Si tamen habes Herculem, mitte. Dabo boemum aurige filio unoculo apportanti. Scribis de Musardo. Sit felix. Tibi non noceat. Tu mihi pater es et ego tibi; uter etate precedat, nescio, sed puto me natu maiorem et canesco. Sed ille me patrem facit. Non fero. Succurrit illud[5] Bruti philosophi, qui ea dixit, que sensit, utpote perfectus Stoicus. „Licet enim patrem appellet Octavius Ciceronem, referat omnia, laudet, gratias agat, tamen illud apparebit verba rebus esse contraria." Ideo dixi, mi Urbane, non nos istis credere oportere. Magister Carspacchus[b 6] per puerum interpellat, ergo vale, vive meque dilige. Publium et Vulcanum[7] innocentissimos caros habebo. Vale iterum.

Handschriftl. F 371 fol. 240 v.

[a] *F hat noch* mihi *nach* prandenti. [b] *F* Caspacchus.

---

395. M. an Urban. (Gotha 1514. Ende Juni oder Anfang Juli).

Mut. erzählt eine scherzhafte Unterhaltung, welche er mit seinen Hausgenossen gepflogen hat. Er will den pythagoraeischen Buchstaben bei Vergil und Persius gesucht haben.

Romano theologo classis Bernardi sanctissimo Urbano.

S. Confabulatore[8] tum comissimo tum, ut mea fert opinio, probo delectatus sum sane vehementer. Fuit autem sermo noster non austerus et anxie curiosus; nihil enim ad nos istorum mores, qui crastina curant.

---

[1] Vgl. Br. 376 S. 36 Anm. 1.
[2] Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3, zur Sache den vorigen Brief.
[3] Vgl. u. a. Br. 301 S. 387 Anm. 3.
[4] Vgl. Br. 376.
[5] Pseudociceronis Epistolae I. 17.
[6] Vgl. Br. 224 S. 303 Anm. 5 u. Br. 392.
[7] Beide sind Famuli Mutians. Vgl. den vorigen Brief.
[8] Osimundus nach der Randbemerkung. Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/61

Queris, quid fuerit in fabula. Certe nullus lupus. Assedit Hercules[1] et tyro Vulcanus[2] et Ianus[3]. Inter alia de mansiuncula Osimundi egimus et sic de rebus nostris. Puto, laudabis, quia, ut eleganter inquit cucullatus vates[4],

„cura viris {levibus / gravibus} rerum solet esse {novarum.“ / suarum.“}

Quid preterea? Mota erat questio, utra secta esset prestantior: an eorum, qui tantum contemplacioni vacarent, an qui in actu rerum versarentur. Post dissertaciones in utranque partem more academico placuit eos demum esse laudabiles, qui utrumque officium copularent partim scilicet actuosi partim sedentarii et segnes. Advocavi versum vatis supradicti non inelegantem: „Ocia damnantur, que nulla negocia tractant.“ Denique cum agerenus de vi et vi armata, lusimus admodum facete in semibarbaros. Adduxi carmen Nasonis[5]: „Tutius est igitur fictis contendere verbis quam pugnare manu.“ Arrisit Osimundus. Ad extremum de titulo domus convenerat inter nos, ut appellaret edes zeum hemel stege eo, quod angusta semita et acclivis vel potius preceps deduceret ad ianuam.

Vobis iniungo, ut pariter requiratis literam Pythagoricam Y apud Vergilium[6] et Persium[7], nam via virtutis atque celestis angusta, contraria vero latissime patet. Vale.

Handschriftl. F 359 fol. 229 r — 229 v.

---

396. M. an Urban. (Gotha 1514. Kurz nach 30. Juni).

Mut. giebt eine ausführliche Schilderung der jüngsten Ueberschwemmung in Georgenthal.

Urbano patri sanctissimo Mutianus Rufus.

S. Magna vis aquarum et quasi κατακλυσμὸς[a], supra quam enarrari potest, cenobio vestro nocuit. Qua de re pressius et tenuiter scribam, ut rem oppido memorabilem facilius in libellum referas. Pridie Calendas

[a] *F* κατακλισμὸς.

---

[1] Vgl. den vorigen Brief.

[2] Vgl. den vorigen Brief. S. 55 Anm. 7.

[3] Janus Urbicus, früher Famulus Mutians, zur Zeit solcher bei Urban. Vgl. Br. 249 S. 327 Anm. 1.

[4] Es scheint ein neuerer Dichter gemeint zu sein.

[5] Ovid. Metam. XIII. 9—10.

[6] Verg. Aen. VI. 540: Hic locus est, partis ubi se via findit in ambas.

[7] Persius III. 56: Et tibi quae Samios deduxit litera ramos. Ausserdem erwähnt Ausonius die Litera Pythagorica (Ausg. Schenk. S. 138): Pythagorae bivium ramis pateo ambiguis Y.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/62

Quintiles, quod posteritas miretur, duorum amnium[1] alias sensim et placide fluentium[a] inopinato redundatu[b] cenobiam Vallis S. Georgii procellis obruitur, ut procul spectantibus appareret semisepultum ac mediis in undis fluctuare Adeo deorsum impetu terribili confluentibus undique pluviis aquis complebantur superne convalles et voraginosi specus. Quanquam vis illa, ut subitaria erat, minus erat longiturna. Observatum est intumuisse[c] primum aquas appetente vespera, defecisse ante quartam vigiliam. Nabant presepia et iumenta. Tollebantur subsellia chori et plena zythi dolia. Egre sacer habitus, uncti lapides, vetus bibliotheca, mitra bicornis defendebantur ab iniuria. Pater patratus lane pensa super humeros, ne oblimarentur, attollere, gregarios monastas hortari, pro virili parte[d] niterentur rem communem e tanto quasi naufragio in sublimia tabulata congerere et cum nemo extra lutum pedes haberet, omnes omnia funditus extirpata putare et actum esse de salute. Quis nutancia fulciret? Quis hiulca sepiret? Quis rupto piscine vado defigeret obicem? Eruptione tandem facta traxit secum inundacio et multos et magnos pisces demolitis ex bona parte menibus.

Nos hec missa faciamus et ad preces melioremque vite frugem revertamur.

Anno Christi Servatoris MDXIIII[e].

Handschriftl. F 330 fol. 210v — 211r. Gedr b. Tz. S. 159 *bis auf die Adresse vollständig.*

[a] *Tz hat noch* aqua *hinter* fluentium. [b] *Tz* redundata. [c] *F* intumuisse. [d] *Tz* opera. [e] *F* MDXIII.

---

397. M. an Urban. (Gotha 1514. Kurz nach dem 30. Juni).

Mut. findet in der jüngsten Georgenthaler Ueberschwemmung, mögen die Meinungen über die Veranlassung derselben noch so sehr auseinander gehen, eine Mahnung für den Abt und erklärt die Thatsache der Ausgrabung eines verwesten Leichnams mit unversehrten Haaren auf natürliche Weise.

Venerabili magistro Henrico Urbano, presbytero et economo tanquam hero reverendo, Mutianus Rufus.

S. Absolvi, pater optime, tumultum et perniciem diluvii[2] nuperrimi, sed queri, mi Urbane, potest, statane an fortuita causa sit huius miraculi. Poeta diceret irasci Ennosygeum, theologus vero penam esse eorum, qui peccarint, physici altius repeterent et causas abditas rimarentur. Aut teneat aut respuat quisque, quod vult. Nos ut divine

---

[1] Die Apfelstedt und der sogenannte Leinakanal. Vgl. Bernhard Stark: Die Cisterciensерabtei Georgenthal und die neuen Ausgrabungen daselbst in der Zeitschrift des Vereins für thür. Gesch. u. Altertumskunde. Bd. I. S. 300.

[2] Vgl. Br. 396.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/63

providentie nihil derogamus, ita etiam astrologis. Sed precamur, ut est in odis Davidicis: „Libera me, Deus, ab aquis multis. Asperges me, Domine, hysopo[a] et mundabor.“[1] Pharaoni diluvium et mare rubrum, nobis roracio sufficit, nisi putemus bibacibus aquam dari pro vino. Bibant Duroniastri.[2] Ante oculos bibacitatis pena versetur, sapiat stultus malo accepto. Pisces in communionem deferat, non suo tantum barathro cibos delicatos et[b] vina ingurgitet. Meminerit istic esse cenobium: vitam socialem, fraternitatem Christianam et iuxta Pythagore verbum amicorum omnia esse communia[3]. Sed nolo profluentius obiurgare, ne videar mihi sumere censuram. Sub idem fere tempus effossum erat in hoc cemeterio[c] caput femineum adhuc capillatum. Alii aliter prodigium interpretabantur. Nam supersticiosi dictitabant puellam istam ornasse comam die festo[d], ut placeret amatoribus. Proinde sic lusi.

Turpiter hirta quid est defuncte calva puelle?
Lascivis fuerat vendita forma procis.
Pyxide confracta rutilos nutrire capillos
Desine nec fucis infice, virgo, caput.

Alia est mea sentencia, que sequitur:

Hei[e] mihi, quam magnus dominatur mentibus error!
Non superest, quod sit tincta colore, coma.
Carbo niger sero, putrescit sero capillus.
Crine perit citius corpus inane tuum.

Habes, quid vulgus et quid ego sentiam.

Handschriftl. F 331 fol. 211r — 211v. Gedr. b. Tz S. 159—160, *bis auf die Adresse vollständig.*

[a] *Tz* Hyssopo. [b] *Tz* ac. [c] *F* cimiterio, *Tz* coemiterio. [d] Die festo *fehlt bei Tz.* [e] *Tz* Heu.

---

398. M. an Urban. (Gotha 1415. Nach dem 30. Juni).

Mut. wird ungeduldig, weil Spalatins Diplom so lange ausbleibt. Er bittet seine Erfurter Schuldner leise zu mahnen.

Eximio patri Henrico Urbano magistro, economo, amico fido.

Salus. In re familiari et amicorum negociis nequaquam debemus esse negligentes. Diploma[4] quando? Timeo fallacias, dolos, prestigias. Id forsan moliuntur Mori[5], ut ante hic vacet canonicatus, quam amicus

---

[1] Nach Psalm 51. 9.
[2] Die Freunde und Zechbrüder des Duronius, Abtes von Georgenthal.
[3] Cicero, De officiis I, 16. 51.
[4] Spalatins, der schon lange darauf wartete. Vgl. u. a. Br. 361. 368. 375.
[5] Der Gothaer Kanoniker Morch und sein Anhang. Vgl. Br. 11 S. 16 Anm. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/64

noster voto fruatur. Nam canonica hec societas mera est sacietas. Schilo[1] pessimus omnium bipedum non est liberatus. Wan in drien oder vier Jarn hab im keynn quitancz geben, schicket Diethmaro[2] und Schilen disse meyn Hantschrifft, ut saltem leviter admoneantur. Dura verbera non admittunt, cornuti sunt et dentati, statim resisterent. Man moße mit den leuthen schonlich vmbgaen. Nosti mores acerborum. Vale.

Handschriftl. F 379 fol. 245v—246r. Gedr. b. Tz. S. 182 *von* In re familiari *bis* est liberatus.

---

399. M. an Gregor Agricola. Gotha 1514. Juli 1.

Mut. verspricht nächstens ausführlicher zu schreiben und erinnert an Carspach.

Clarissimo viro Gregorio Agricolę[3] censori, amico summo, Mutianus Rufus.

Salus. Impediunt me cure rei familiaris, quominus effuse scribam. Si emersero, si respiravero, accipias epistolas superfluentes. Amor in te meus non vacillat, sed eget forsan declaratione. Sed in tantis occupationibus frivolas et nullius precii literas emittere non esset prudentis. Carspachus[4] iterum interpellat. Vale, doctissime atque optime Gregori.

Ex Gotha Calendis Quintilibus[a] MDXIIII.

[a] *F* Quintibus.

Handschriftl. F 373 fol. 242r.

---

400. M. an Urban. (Gotha 1514. Nach 1. Juli).

Mut. will, dass seine Briefe an Agricola vernichtet werden und bespricht die Besorgung eines Geschenkes für Hirsfeld.

Henrico Urbano Mutianus Rufus

Salus. Incuriose et plusquam aniliter scripsi ad Agricolam. Causa est, quia non habui grave argumentum et iocari tum non libuit. Itaque utramque epistolam[5] combure. Tu scribe luculentius ad talem tantumque patrem

Ch. Weise[6] familiaris noster nihil coemit[7] Neoburgi. Scio ridebis.

---

[1] Der Erfurter Bevollmächtigte Mutians.
[2] Sonst Titus Marius genannt. Er schuldete Hausmiete. Vgl. Br. 352 u. a.
[3] Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 1 u. Br. 392.
[4] Vgl. Br. 394 S. 55 Anm. 6.
[5] Vgl. Br. 392 und 399.
[6] Wahrscheinlich identisch mit dem in Br. 248 S. 326 erwähnten Chonradus Weyß.
[7] Als Geschenk für Hirsfeld. Vgl. Br. 375, 379 u. 393.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/65

Si amuletum tuum sat iuste magnitudiuis est et iusti precii, ita ut summa non excedat V florenos neque sit infra II, fac ut videam. Credo tribus aut $3^1/_2$ emi posse, quod belle niteat. Nolo, quod tibi sit incommodum. Munifice et large ne quid des oro. Id quod mittis, precium et remuneracionem excitabit. Satis mihi dat amice, qui se: animum, mihi consecrat. Quid amicius? Cura, ut valeas.

Handschriftl. F 378 fol. 245 v. Gedr. b. Tz. S. 182 *von* Incuriose *bis* tantumque patrem.

---

401. Anna[1] von Hessen an Mutian. Marburg 1514. Juli 3.

Schreiberin bittet um eine lateinische Grabschrift auf ihren Gemahl.

Dem Erbarn vnnd hochgelerten vnserm besundern lieben andechtigen herrn Conraten Muth, Canonicken zu Gotha vnnd der Rechten Doctori. Anna etc. Witwee.

Erbarer vnnd hochgelerter, besunderer lieber andechtiger, wir sein willens dem hochgebornen fursten, herrn Wilhelmen[2] dem nehstverstorben Lantgrauen zu Hessen etc., vnserm lieben herrn vnnd gemahel seliger vnnd loblicher gedechnus ein erlich begrebnus mit etwan seiner l. wapen, desgleichen einer vmbschrifft oder einem Epithauio als sich das alles gezympt vß kopfer zu einem ewigen loblichen gedechnus giessen vnd machen zelassen. Dweil wir nu wissen, das r desselbigen vnsers herrn vnnd gemahels seligen furstlich, erlich vnd loblich wesen, das sein l. in zeit ires lebens an sich gefuhert vnd gehabt hadt, gut gewissens tragt, demnach begern wir gnediglich, ir wullet vns deshalben ein wolgezierts latinisch Epithauium, als ir wol thunt kunt, dichten entweder in Metren oder verssen, oder aber sunsten in Prose, die umb den begrebnusstein vmher gemacht muge werden, In welchen weg euch das am schickerlichsten vnd besten zeseien bedunken wirdet. Vnnd euch als ein geborner hesse in dem gutwilliglich beweisen, auch so balde dasselbige Epithauium von euch also gefertigt wirt, vns das bey einem eigen boten furter alher gein Marpurg furderlich vberschicken, dem boten wullen wir loenen lassen vnnd darzu gnegt sein, solchs gegen euch in allem guten hynwider gnediglich zubedencken.

Datum Marpurg am Montage nach Visitationis Marie virginis gloriosissime anno etc. XIIII^to^.

Handschr. Originalkonzept des königl. Staatsarchives zu Marburg. Für die von Herrn Archivar Dr. Winter mir freundlichst besorgte Kollation danke ich hiermit bestens.

---

[1] Anna von Mecklenburg, Mutter Philipps des Grossmütigen.
[2] Wilhelm II. Vgl. Br. 173 S. 246 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/66

402. Gregor Agricola[1] an Mutian. Breslau 1514. Juli 4.

Agricola entschuldigt sein Nichtschreiben mit den allzuvielen Obliegenheiten seines Amtes und empfiehlt einen Breslauer Kanoniker.

Excellentissimo viro Mutiano Rufo Gregorius Agricola.

Hanc ante alia veniam precor, ut ignoscas properanter et non tam ex tempore quam ex mero (morem dicere volui) scribenti. Indignum enim visum est mihi, quom[a] preter opinionem se obtulisset, qui ad te iturus videretur, non consalutare amantissimum mihi atque semper summo honore mihi afficiendum preceptorem.[2] Fateor me non vacare culpa, qui tot annos nihil scripserim, sed que tua pietas est in omnes, dabis veniam non occupato modo, verum semper in hos omnes[b] annos occupatissimo. Quem laborum meorum cumulum nunc auget[c] nescio que parum propitia fortuna, que non Minoianam[d] modo in me censuram, verum et in spiritualibus vicariatum iniecit, quod utrumque onus magis profecto me premit quam Herculem illum impositum humeris suis celum. Sed hec suo ordine. Nunc ego, quod maxime facere me convenit, dominacioni[e] tue secunda omnia precor, que precatio ne me fallat Deum optimum maximum oro. Vive et vale et, si vacat, effusissime rescribe. Est hic homo indicio meo multarum et remotarum non historiarum modo, sed et disciplinarum peritus Stanislaus Saurus[3] canonicus Bratislaviensis. Huius eruditionem si literis pertentare voles, feceris opinione mea pulcherrimum[f] negocium. Vale iterum.

Bratislavie quarto Nonas Iulii MDXIIII.[4]

Handschriftl. F 334 fol. 212v. Gedr. b Tz. S. 162., *bis auf die Adresse vollständig.*

[a] *Tz* quum. [b] Fehlt b. *Tz.* [c] *Tz* auget nunc. [d] *F* Minoiana [e] *F* d. [f] *Tz* pulcerrimum.

---

403. M. an Urban. (Gotha 1514). Juli 10.

Mut. meldet, dass Kindelbrugk seinen Weinberg kaufen wolle, sich aber vergeblich darum bemühe.

Eximio patri Henrico Urbano magistro, economo, amico fido, Mutianus Rufus.

S. Quidam Kindepontanus[5] de pera et baculo primarias Libero

---

[1] Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 1

[2] Man versteht nicht recht, wie Agricola den Mutian seinen Lehrer nennen kann, da er um 3 Jahre früher als dieser das akademische Studium begonnen und die artistischen Grade erlangt hat. Sollte Mutian schon von Deventer eine so hohe Bildung nach Erfurt mitgebracht haben, dass ältere Studiengenossen nicht verschmähten, zu seinen Füssen zu sitzen?

[3] Ueber ihn ist mir Näheres nicht bekannt.

[4] Der Brief scheint um ein Jahr später gesetzt werden zu müssen als die Handschrift angiebt.

[5] Eine Randbemerkung in der Handschrift giebt den deutschen Namen Kindelbrugk. Derselbe findet sich in den Erfurter Matrikeln wiederholt: Ostern

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/67

fruges dicare vult et quia vinetum non habet, ex quo legat vindemiam, nostrum[1] empturit, quasi sit venale. Non ego repuerasco, ut mea omnino dilapidare velim. Itaque nihil agat emptor: non exibit pisciculus e nassa. Manebo finium illorum vinitor. Atque huius mihi facti ratio constat. Dic ergo bono viro non esse venalem vineam. Vale.

VI Idus Iulias.

Handschriftl. F 380 fol. 246r.

---

404. M. an Urban. (Gotha 1514). Juli 17.

Mut. bestätigt den Empfang einer Urbanschen Sendung und will wissen, wann der Freund kommt, falls er jedoch nicht erscheinen könne, einen Boten schicken.

Erudito magistro Henrico Urbano, amico precipuo, Mutianus Rufus.

S. Accepi laconismum tuum et membranas et carthas et has quidem Publio[2], illas mihi. Tabellarium non vidi. An tu solus ignoras istum? Nota non caret. Cautim, mi Urbane. Ais te coram velle. Dic quando, epulum ut dem, si non quale Hercules populo dedit, at certe pro fortunis. Quodsi negotia te morabuntur, veniet ad te domesticus hebdomade ventura. Vale.

XVI Calendas Sextiles.

Handschriftl. F 382 fol. 246r—246v.

---

405. M. an Urban. (Gotha 1514. Um die Mitte des Jahres).

Mut. übersendet dem Urban Verse, welche für den Theologen Kirchberg bestimmt sind. Dessen Werk sei leider wenig wert, weil es nur alten Kohl aufwärme. Er zeigt, wie er mit seinem Famulus scherzt.

Urbano suo, viro primario, doctrina singulari, Mutianus Rufus.

Tu salve. Liberalis es, si das tuum Kyrchbergio[3]. Audacter! Lubens audio tuam facilitatem. Sed quale tu vis glorie choragium? Volabis in celum sumpto hoc amictu:

1491 zahlt ein „Iohannes Hovel de Kyndelbrük“ 3 Neugroschen an Immatrikulationsgebühren, Michaelis 1494 ein „Iohannes Huphe de Kyndelbrucke“ die halben Gebühren und 1496 in den Fasten „Iohannes Hop de Kyndelbrucken“ denselben Anteil. 1504 wird „Iohannes Hoppe de Kyndelbruck“ unter den neukreierten Magistern, Michaelis 1517 „Magister Iohannes Hupf ex Kyn(delbrugk) baccalarius formatus in theologia facultatis arcium decanus“ ebenso wie Ostern 1520 „MagisterIoannes Hupf de Kyndelbrock, sacre theologie bacularius formatus“ als Rektorwähler erwähnt.

[1] Vgl. Br. 14 S. 22 Anm. 2.

[2] Den Famulus Adamus Publius. Vgl. Br. 345 S. 10 Anm. 1.

[3] Johann Kirchberg. Vgl. Br. 277 S. 364 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/68

Urbani endecasyllabum.

Facturus Latię comes Minervę
Lucrum hanc emat eruditionem,
Quam rerum speculator eminenti
Phama protulit. Is scholasticorum
Dignus pro meritis favore. Γνώμας
Naturę rudibus dedit probatas,
Ad veri studium viamque rectam
Spectantes, pueri legant senesqne
Magnis utilitatibus refertas.
Affulsit nova lux scholis latinis
Nusquam rana coaxat, ut solebat,
Nusquam menda moratur impeditos.

Tantum est; ede, si placet. Ego odi istos Parmenones, Syros[1] cum suis nugis et suppilationibus universis. Ita sum fastidiosus. Non fero malum coquum, qui reliquiarum reliquias iam subolentes iterum atque iterum infert. Movent ista condimenta bilem lauto lectori. Quid aliud est commentum istius gloriosi gerronis quam ius fatuum et fungus putidus et perna rancida scatens vermibus? Ipsi cum suis suaviter conditum putant et devorant, que ne musca quidem proboscide lamberet. Nosti simias, nosti φιλαυτίαν. Lucri dulcis odor. Est, credo, ἐπεισόδιον[a] ἐξ ἀμφοτέρων φύσεων. Tu ne primoribus quidem digitis tangito. Neque enim facit ad stomachum delicati. Hec tecum habeas; sunt aculeata et dicerent sophiste habere nos fenum in cornu. Eia, compuli et pepuli calamum, ut exararet. Nam reiectus aruit et atramentarium multo magis Queris, quid ita. Quia legendo dolebant oculi. Nunc infunde, puer, atrum vinum. Ridet Publius et affert vinum. Simplex et bonus. Sic iocamur. Quidni iocemur? Innocenter vivimus, nihil nisi literatum agimus. Iam effingit grecas et hebraicas literas et libenter pingit, quod non repudio. Pulchrum est belle pingere. Itaque miror Herculem[2] et quasi colo. Causas exponam verbosiore epistola[3] et fortasse cras. Nunc cenabo. Tu valebis.

[a] *F* ἐπισόδιον.

Handschriftl. F 376 fol. 243v—244r.

---

1 Nach Plautus. Bacchides IV. 4. 7.
2 Vgl. Br. 395.
3 Vgl. Br. 406.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/69

406. M. an Urban. (Gotha 1514 Um die Mitte d. J.)

Wie einst Hercules den Zehnten erhielt, empfängt, meint Mutian, auch er von seinem Verwalter nur diesen Anteil seines Einkommens. Die jetzigen Herculespriester seien mit dem Zehnten nicht zufrieden. Zum Schlusse wird die Herculesfabel näher erörtert.

Henrico Urbano.

S. Incidit heri[1] in commata divi Herculis mentio. Tum pollicebar uberem scriptionem. Eam prestabo et volo iucunda et mirabilia narrare. Eruditorum scripta notificant Herculem esse presidem humane felicitatis. Ergo decime fortunarum Herculi dicabantur. Plautus, latine lingue delicium, ita loquentem Chrysalum introducit[2]: „Si frugi est, Herculem fecit ex patre, decumam partem ei dedit.“ Mira urbanitas latet in hac sentencia. Lege hunc locum in Bacchidibus cum octo versibus precedentibus, gaudebis, scio. Ita vafre, ita festiviter in furacem cavillatur. Possum ego de Schilone: Quia frugi est, Herculem facit ex Mutiano; decumam partem ei dat, sibi novem abstulit. Enarrator Bernhardus Saracenus[3] citat Diodorum et Plutarchum. Lege. Placentinus[4] nimis ieiune interpretatur. „Hercules“, inquit, „Iovi patri partem decimam vovebat.“ Quod scribit Diodorus de Lucullo[5], id ipsum ceteri scriptores de Sylla tradunt et de Crasso Romano ditissimo, qui X. facultatum suarum partem Herculi consecravit epulumque populo dedit ac viritim mnas tres divisit. Plautinus Geta inquit in Truculento[6]: „Detraxi partem Herculaneam“ significans se decimam sibi subduxisse. Atque hic modestius egit quam ille superior, qui fieri voluit, ut scilicet patri decima daretur. Utinam mei procuratores essent Hercules et contenti decimis portionibus. Sed quid de meis? Utinam sacerdotes suis essent decimis contenti. Videntur miseris paganis vix decimam relinbuere. Hoc noster Hercules Iesus non precepit. Sed ludimus, Urbane. Quomodo? Ludimus de patrimonio nostri Herculis, ut ille factitabat edituus apud Augustinum, de civitate Dei, libro VI, cap. VII. Ponam patris huius verba: „Unde eciam illud est, quod Herculis edituus ociosus atque feriatus lusit tesseris[a] secum utraque manu alternante in una

[a] *F* tessaris.

---

1 Vgl. den vorigen Brief.

2 Bacchides IV. 4. 15ff.

3 Kommentator des Plautus, von Geburt Venetianer. Im Verein mit Petrus Valla Placentinus hat er eine Plautusausgabe veranstaltet, die oft aufgelegt wurde. Vgl. Hain, Repert. No. 13080—13082 u. Panzer, Ann. typogr. VIII. 405. 556.

4 Siehe vorige Note.

5 IV. 21.

6 Truculentus II. 7. 11.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/70

constituens Herculem, in altera se ipsum sub ea condicione, ut, si ipse vicisset, de stipe templi sibi cenam pararet amicamque conduceret, sin autem victoria Herculis fieret, hoc idem de pecunia sua voluptati Herculis exhiberet.“ Vides, Urbane, versutiam flaminis. Sic hodie sacrificuli in honorem deorum vorant et, si quid aris offerunt, (offerunt autem Cererem et Liberum: panem et vinum) ipsi esitant et dicunt Deum esse. „Sed hic“ (inquit Cicero) „quem tam amentem esse putas, qui illud, quo vescatur, deum credat esse?[1]“ Intelligisne ludum hunc Poticiorum?[2] Vincunt semper. Sive dant Herculi decimas, pergrecantur, sive accipiunt decimas, laute vivunt et letantur securi, immunes et liberi. Olim victor Hercules leones, apros, aves atroces, sevos tyrannos, boves et equos indomitos mactavit, ut tandem ipsius Pinarii et Poticii luxuriarentur. Qui vult dives fieri et beatus, solvat Herculi decimas: Christo libamina offerat, id quod peculiariter offerenti proficit. Nam deus Hercules neque esurit neque sitit. Hinc opes Luculli, Crassi, Sylle, hinc pontificum, abbarum et fratrum arvalium divicie creverunt. Cacus sit et malus hereticus, quisquis Herculi boves subtraxerit. Ediverso Evander sit et pius Eneas, quisquis hunc deum decimis ornaverit. Olim Germani teste Tacito[3] venerabantur Herculem. Sed qualem? Tres Diodorus, sex Cicero[4] enumerat. Lactancius confundit historias et unum vexat Herculem, multa Vergilius, imo greci et latini authores plurima scribunt de Herculis laboribus. Nos brevitatem sequimur et tantum iucunda signamus. „Hercules,“ inquit Lactancius, „qui ob virtutem clarissimus et quasi Africanus inter deos habetur, nonne orbem terre, quem peragrasse ac expurgasse narratur, stupris, libidinibus, adulteriis inquinavit? Nec mirum, cum esset adulterio genitus Alcmene.“ Vide totum hoc caput IX, lib. I et lege primam[5] Plauti comediam et I Senece tragediam[6]. Miraberis. Ego non credo tam fortem virum vinci potuisse a voluptate. Linum preceptorem occidit et crudelis et sanguinarius fuit, sed amores Omphales et prepostere Veneris fictos autumo, nisi forte tu aliter sentias, cum et Iupiter defamatus sit et notum hoc carmen:

„Dat puer Eacides nivea carchesia dextra
Sed suus Alcidę pocula miscet Hylas.“

---

[1] Cic. De natura deorum III. 16. 41.

[2] Die Poticii ebenso wie die Pinarii waren Priester des Hercules.

[3] Germ. III. 1. Fuisse apud eos et Herculem memorant primumque omnium virorum fortium ituri in proelia canunt.

[4] Cic. De natura deorum III. 16. 42.

[5] Amphitruo.

[6] Hercules furens.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/71

Notandum est omnes olim viros fortes dictos fuisse Hercules, quod tradit Philelphus[1]. Hunc autem Alcidem fuisse cognominatum.

Ohe, iam satis est. Concerpe.

Handschriftl. F 377 fol. 244r—245v.

407. M. an Urban. (Gotha 1514. Um die Mitte des Jahres).

Mut. tröstet sich, dass er beim Abte nichts gelte und von Bartholus, der keinen Heller wert, ausgestochen werde. Für das schöne Amulet habe er leider kein Geld, doch könne vielleicht von Diethmar und Schil etwas herausgepresst werden. Urbans Anliegen beim Abte will er energisch vertreten. Publius bedürfe des Schutzes gegen seine von neuem vermählte Mutter.

Prestantissimo magistro Henrico Urbano, amico non vulgari, Mutianus Rufus.

Carissime pater et optatissime mi domine. Falleris, si Bartholum[2] trioboli facis; non est, nunquam fuit neque erit tanti. Est enim cassa nuce vilior et quavis alga omnique subere levior. Placet et iucundus est hero stultissimo stultiori, etsi non pessimo homini. Quid mirum? Non omnes uno iure delectantur. Sorbet alius fervidum, alius concretum frigore. In quo Publius[3] excellit, nam pernas et petasones croco tingit et reponit in prandio, ut ius congelatum inferat in cenam. Id ego per iocationem appello commentum Petri Hispani[4]. Quis[a] tu sentis? Quid sapis? Sed hic absunt sentes et deest, qui plus iusto sapiat. Valeat igitur fatuum ius istorum, nos nostro gaudeamus.

Bellum est habere bellum amuletum[5]. Sed quis mihi credat? Profudi argentum, quod habui, solus superest aureolus. Quando pecuniosus eram, non erat amuletum, nunc nummis expensis in manus tuas venit. Aut igitur credas mihi oportet aut retineas. Titum Marium[6] civiliter, Schilonem[7] acerbius appella. Vnd wil es euch gefallen, so sal die bestie dem kuchemeister[8] vnd euch als meinen anwalten und der sach verstendig rechnung geben. Consule, queso. Neque enim decet, ut malis parcamus et res familiaris aliquid desiderat. Item novit Schilo, quantum uxor Hartungi[9] mihi debeat. Vellem extorqueret

[a] *Tz* Quid.

[1] Vgl. Br. 62 S. 82 Anm. 3.
[2] Vgl. Br. 213 S. 289 Anm. 2 u. 3.
[3] Mutians Famulus. Vgl. Br. 345 S. 10 Anm. 1.
[4] Der Predigermönch Petrus Julianus Ulyssoponensis, später Pabst Johann XXI., schrieb unter dem Namen Petrus Hispanus die Summula logicae, ein viel gebrauchtes scholastisches Lehrbuch.
[5] Um es zu verschenken. Vgl. Br. 400 S. 59 Anm. 7.
[6] Mieter des Erfurter Hauses. Vgl. Br. 292 S. 380 Anm. 1.
[7] Sein Bevollmächtigter in Erfurt. Vgl. Br. 121 S. 167 Anm. 1.
[8] Nicolaus Engelmann. Vgl. Br. 136 S. 195 Anm. 3.
[9] Ein Erfurter, der mir sonst nicht bekannt ist.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/72

saltem terciam aut quartam partem. Essem parvo contentus, quia lis pendet apud Cotionem[1] nunquam, ut credo, finienda. Hec et alia ad me pertinencia, que tua fides et humanitas, expedire velis. Scribe, quo tempore Duronius[2] Vestalium rationes sit auditurus, ut tuam rem presens agam. Tueri enim et ornare te debeo et volo. Ait Publius nupsisse matrem secundo marito et esse feminam salacem et perastutam. Timere se, ne suas reculas intercipiat. Petit consilium. Audiet, quid tibi videatur et si quid est, quod putas eum scire oportere aut facere, dicito. Vale et salve.

Handschriftl. F 383 fol. 246v—247r. Gedr. b. Tz S. 182—183 *von* Falleris, si *bis* nostro gaudeamus.

---

408. Eoban Hessus an Mutian. Erfurt 1514. August 4.

Hessus meldet, dass er Mutians Brief in Leipzig erhalten und endlich nach Erfurt zurückgekehrt sei, wo er die Gastfreundschaft des Heinrich Eberbach geniesse. Er übersendet sein neuestes Werk.

Mutiano Rufo, viro sapienti, amico suo colendo.

Gothe.

Salve. Lypsi mihi reddidit literas[3] tuas Iacobus Sobius[4], Coloniensis ille, qui ad Aesticampianum[5], patrem scholę Christianę, amicum nostrum proficiscebatur, quę nihilo mihi magis placuerunt, quam quod tue, nihilo magis displicebant, quam quod erant brevissimę. Circumtuli statim ad amicos[6], quibus quam paucis, sed optimis certe Lypsi usus sum. Mirabantur omnes orationis tuę perpetuam elegantiam. Quid plura? Ego, mi Rufe, post longos errores Erphurdiam tandem nunc redii[7] novum hoc opus[8], de quo sepe tibi scripsi, professurus ex publico. Quod et ipsum ad te mitto, ut videas nec tantum videas, sed

---

[1] Johann Sömmering. Vgl. Br. 11 S. 17 Anm. 1 u. Br. 205 S. 281 Anm. 1.

[2] Abt Johannes von Georgenthal.

[3] Den Empfang desselben bestätigt Hessus bereits am 22. Juni in einem Schreiben an Spalatin: Ego hiis diebus a Mutiano literas accepi. Brief im Baseler Codex G. I. 31 fol. 9.

[4] Er hatte bei Mutian vorgesprochen. Vgl. Br. 378.

[5] Vgl. Br. 299 S. 385 Anm. 3.

[6] Vgl. Krause. E. Hessus I. 117—119.

[7] Aus der weiter unten folgenden Angabe ergiebt sich, dass Hessus am 21. Juli in Erfurt eingetroffen ist, nicht, wie Krause (I. 131) will, Anfang August.

[8] Vgl Br. 309 Anm. 8. Krause (I. 108) nimmt an, dass Hessus während seines preussischen Aufenthaltes die Herioden nur im Geiste entworfen, aber noch nichts davon niedergeschrieben. Dem widerspricht eine briefliche Aeusserung an Spalatin vom zweiten Osterfeiertage 1512 (Baseler Codex G. I. 31 fol. 4—7): Iam tres anni sunt, dum in scribendis epistulis Heroidibus videlicet Christianis occupatus sum simiam puto Ovidii referens.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/73

et legas, nec tantum legas, sed et iudices. Scis enim, quantum iudicio tuo tribuam. Diverti ad contubernium humanissimi Henrici Aperbacchi[1], qui etiam pene repugnantem me et contubernii et mensę socium ascivit. Sic feci, ibi ago, hoc instituo, mi charissime Mutiane. Literas tuas expecto. Rogo, ne earum desyderio me excarnifices. Decimum quintum diem Erphurdie ago. Herebordum semel vidi. Deus bene, quam sunt immutata fere omnia! Te vivere et esse Mutianum vehementer gaudeo. Ego sanus sum et valeo. Tu fac ut valeas.

Cursim. Ex Erphurdia pridie Nonas Augusti MDXIIII.

Handschriftl. im Baseler Codex G. I. 25 fol. 10. Autograph. Die Abschrift verdanke ich der Freundlichkeit des Herrn Prof. Crecelius in Elberfeld.

---

409. M. an Urban. (Gotha 1514. Nach 4. August.)

Mut. erteilt die erbetene Belehrung über die Accentuierung der Wörter und preist den Eobanus Hessus als grössten Dichter seines Zeitalters.

Henrico Urbano sacerdoti, magistro, economo, viro claro, Mutianus Rufus.

S. Consulis me super vocum nonnullarum accentibus. Obsequar tibi, vir humanissime. „Mirum in modum“ tres partes sunt orationis et quia disperse, non sunt in unum corpus congregande. Nam „in“ preposicio ambigua non componitur, sed apponitur inter adiectivum et substantivum et eleganter dicimus „mirum in modum,“ „maiorem in modum,“ quemadmodum „magnis in rebus versaris“ „arcanis in literis excercitatus.“ Eundem usum habent „de“ et „ob“: „maximas ob difficultates,“ „quam ob rem,“ „multis de causis.“ Horatius: „magnis de rebus uterque.“[2] Quare eciam atque eciam procul avius errat, qui scribit „miruminmodum.“ „Admodum,“ una dictio acuit primam; sic „áffatim,“ sed „appríme“ mediam syllabam. Dic „enímvero,“ „nímirum,“ „síquando,“ „alíquando,“ „deínde,“ „proínde,“ „benefácit,“ aliquíbus,“ „perínde,“ „intereáloci,“ „dúmtaxat,“ „Aristotéles,“ Demosthénes,“ „Penelópe“ in nomiandi cosu, ceterum in obliquis „Aristótelis,“ „Demósthenis,“ „Penélopes.“ Multi falluntur in utraque lingua existimantes accentum sequi quantitatem. „Iustícia,“ „rhetórica,“ „Vergílius,“ „Ovídius,“ „Vergíli,“ „Ovídi,“ Capníon,“ „Capníonis,“ „Oríon,“ „Oríonis“ dicimus et ita brevitatem acuto pronunciamus accentu, quamvis invenias „Oriónis.“ „In dies,“ „in horas“ discrete Beroaldus[3] enunciavit. Itaque pedestris harmonia non semper facit ad tonum, imo sepenumero brevia vel acuuntur vel gravantur. Possem hic plura colligere, sed non est, ut multa loquamur:

---

[1] Vgl. Br. 76 S. 111 Anm. 7.
[2] Sat. I. 5. 28.
[3] Vgl. Br. 67. S. 95 Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/74

„ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον.“[1] Vides, ut varietur accentus. Illi „Ὅμηρος“ „Ὅμηρε,“ nos „Homérus,“ „Homére.“ Aliud igitur est ἄρσις, aliud τάσις, aliud elevacio, aliud mora vocis et extensio. Vale et poeticen religiosissime cole.

Habes Eobunum[a], vatem eminentissimum. Nihil est Tiloninus[2], qui ubique proiecit ampullas[3] et dum cincinnis et fuco studuit, naturalem vim et colorem puri puti carminis amisit et dum antiquarius esse voluit, dehonestavit latinam orationem et maculis et scabie. Hessus autem candidissimus est: tersior quam Bossius[4], quamvis doctus et diligens, copiosior quam Philomusus[5], etsi ingeniosus et disertus. Quid multis? Illius Regine[6], opus pulcherrimum, plane arguit summum etatis nostre et quasi divinum esse poetam. Hunc ama ut amicissimum. Vale.

Handschriftl. F 393. fol. 251r—251v Gedr. b. Tz. S. 186 *von* Habes Eobanum *bis* ut amicissimum.

[a] *Tz* Eobanum habes.

---

410. M. an Urban und Eoban Hessus. (Gotha) 1514. August 8.

Mut. lobt begeistert den Dichter der Heroiden und sendet ihm Grüsse von Freunden Er empfiehlt ihm, den Triumphus Neobii zu lesen und an Reuchlin zu schreiben.

Sacrosanctis viris Urbano et Eobano ingenio et doctrina prestantibus Mutianus Rufus.

S. Nescio an Picus[7] comes concitacioris ardentiorisque spiritus in scribundis[a] hymnis fuerit. Sane patet eruditissime scriptos, ceterum adeo obscuros esse, ut nisi luculentis enarrationibus illuminarentur, ducerem ego vel Cimmeriis tenebris vel illuni[b] nocte obscuriores. At Hessei[c] hymnographi[8] pietas plena iuvenilis ardoris meridiana luce clarior est. Rapitur furore quodam divino et admirandas rerum imagines animo complectitur et incredibili facilitate suavitateque canit Huc adde magniloquentiam quasi Homericam. Ita tamen motus[d]

[a] *Böck.* scribendis. [b] *Böck.* conj. Mercurii *für* illurii, *was in seiner Abschrift stand* [c] *Tz* Hessi, *Böcking* Jessei. [d] *Tz* modos.

---

[1] Vgl. Erasmus. Adagia p. 48—49.
[2] Vgl. Br. 59 S 75 Anm. 1.
[3] Nach Horaz. De arte poet. 97.
[4] Vgl. Br. 285 S. 374 Anm 3.
[5] Vgl. Br. 169 S. 240 Anm. 4.
[6] Helii Eobani Hes | si Heroidum Christianarum | Epistolae. opus novitium | nuper aeditum. Anno MDXIIII. Impressum Lipczk per Melchiarem Lotter. 4⁰ Unter den Werken des Eobanus Hessus dasjenige, welches am meisten seinen Dichterruhm begründet hat. Vgl. Krause. E Hessus I. S. 124 ff.
[7] Vgl. Br. 2 S. 3 Anm. 4.
[8] Vgl. Br. 408 u. 409.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/75

omnes ac numeros temperat, ut nusquam extra lyricum chorum saltare videatur, clarus inprimis[a] magnusque sanctarum virginum edituus et plane dignus, cui faveant scholasticorum classes et nostri ordinis homines universi. Habes, Urbane mi, tuum pensum.

Salve et tu, divinissime poeta Eobane Hesse. Existimare velis Mutianum tibi esse et semper fuisse amicissimum tueque laudis et eternitatis amantissimum. Non enim oblivione amicicie nostre superioribus diebus aut breviter aut nihil ad te scripsi, sed Christi cultura et domestica procuracio eripuere mihi stilum et verba et omnem scribendi conatum retardarunt. Nunc autem sollicitatus aura dulcissima iucundissimi rumoris et gracia novi operis tui ventosum me congerronem verbosumque amicum re ipsa frequenter scribendo garriendoque declarabo. Salutant te Petreius[1] et Ulrichus[2], testes profero literas. Muse vos ament. O quanta ingenii felicitate prediti estis, quam durabilis vos gloria velut umbra sequitur! Ostendet[b] tibi solertissimus pater Urbanus, precipuus observator elegancie latine, Triumphum Neobii[3], id est, Buschii[4], cui adheret Hutteni epigramma extemporale. Fac pervideas. Capnionem, virum undecunque doctissimum, laudato. . Si inventus isthic fuerit tabellarius, curabis, ut sciam[c] et tota cohors amicorum salutem dicet. Valete.

Ex tranquillo Cyriaci[5] natalicio festo DDDXIIII.

[a] *Tz* imprimis. [b] *Böck.* Ostendit. [c] *Böck.* sciamus.

Handschriftl. F 387 fol. 248r — 248v. Gedr. 1) b. Tz S. 184 *von* Nescio *an bis* tuum pensum. 2) in Ulrichi Hutteni opera. ed. Böcking I. p. 32 No XVIII von Nescio *an bis* clarior est *und von* Ostendet *bis zum Schlusse.*

---

411. M. an Urban. (Gotha 1514). August 8.

Mut. bittet um einige Besorgungen in Erfurt und tadelt an Hessus, dass er ihn zu einem Weisen mache und die Eberbachsche Gastfreundschaft zu lange geniesse. Er verspricht mit dem Abte von Georgenthal zu verhandeln.

Primario viro et dilecto magistro Henrico Urbano Mutianus Rufus. S. Executus es amici officium. Nam nodosum orbem complendum odorifero magnate placiturum opinor egregio adulescenti[6]. Publius[7]

---

[1] Er weilte in Italien.

[2] Hutten stand damals im Dienste des Erzbischofs Albrecht von Brandenburg und lebte abwechselnd in Halle oder Erfurt. Vgl. Strauss. U. v. Hutten S. 78.

[3] Vgl. Br. 387 S. 48 Anm. 4.

[4] Ueber Hermannus Buschius vgl. Br. 378 S. 38 Anm. 7.

[5] 8. August.

[6] Wahrscheinlich Bernhard Hirsfeld, für den Mutian schon lange ein Geschenk suchte. Vgl. Br. 379 384. 386. 387. 388. 407.

[7] Famulus Mutians. Ueber seine Sparsamkeit vgl. Br. 407.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/76

iuris non legitimi, sed culinarii consultissimus ad mensam ait secundam pertinere ponderosum caseum saporis scitissimi, non rancida putrilagine verminantem, non mucore putidum, sed subrufum, butyro proximum. Itaque Publiane iussioni parens peto a te, ut casearios in foro circumspicias. Boemum nobis emas. Uxor Hartungi[1] pulchella puella est annos nata unum et XX. Dat libenter et celebrat cottidianas nuptias. Vade et appella. Novi celeritatem tuam. Cito conficies negocium. Hem! anus est rugosa soror Reinboti[2], consulis postremissimi. Callosum habet et fetutinum cunnum et est pumice siccior. Iam scio non appellabis. Novi tarditatem tuam. Quid ita! Forma allicit, deformitas deterret procuratorem. Scripsi ad poetam lyricum[3]. Ille me facit sapientem. Si respicit ad septem Greeie sapientes, nimium mihi tribuit, si ad vestrum damnatum Chaldeum[4]: den wiesen man zcum Tambach, minus mihi assignat, quam contemptor magice vanitatis promeretur. Utcunque sit, valet ingenio et habet usum lyre. Sed miror, qua re maneat in domo Henrici[5]. Non intelligit verba honoris homo candidus et simplex. Quid diceres, si ego psalterium[6] a te gratias accepissem. Ohe diceres: Mutianus non callet verba honoris. Ego vero probe mores hominum didici et fucum esse adhibendum puto adversum stultos. In amicicia vero nullo modo ferendum arbitror. Quapropter satisfaciam, quando videbitur tibi. Titus Marius[7] bonum nomen, Martinus[8] pessimum. Utrumque convenias velim et cura, ut bene valeas. Ego Duronio[9] persuadebo, modo veniat. Neque melior in urbe monachus quam Urbanus.

Ad natalem Cyriaci.

Handschriftl. F 388 fol. 249r — 249v.

---

412. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1514). August 13.

Mut. dankt für die Uebersendung der Heroiden und spricht seine unumwundene Anerkennung derselben aus.

Helio Eobano Hesso spectate authoritatis poete, amico singulari, Mutianus Rufus.

---

1 Vgl. Br. 407 S. 66 Anm. 9.
2 Vgl. Br 369.
3 Eoban Hessus.
4 Vgl. Br. 229 S. 308.
5 Vgl. Br. 408.
6 Vgl. Br. 386 S 45.
7 Diethmar. Vgl. Br. 407.
8 Martin Schil. Vgl Br. 407.
9 Vgl. Br. 407.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/77

S. Omnino tibi gracias ago et valde gratulor, Eobane iucundissime, quod editum nuper opus[6] tuum pro singulari tua erga me observancia legendum mihi tradideris. In eo certissimis et precipuis laudibus, quibus flores, immortalem te fecisti. Quamvis eciam ante nominis tui gloria tutus eras et magnus poeta. An mediocri me voluptate putas affici, cum video, quanto apparatu, qua pompa, quam honorificentissime Puellas illas tuas vel in theatrum vel lucem studiosorum, ut palam conspiciantur et venerentur, deducis nihil sane nasos et lances, non dico criticorum, sed eorum, qui literas humaniores contemptui habent, hoc est, importuna prodigia veritus. Consecutus es autem hilaritate tua et graciosissima[c] facilitate et ingenio, quo vales, ut inter eloquencia clarissimos: Ovidium et Baptistam Mantuanum[2], medius — Quid enim aliud dicam magis proprie? — videaris ambulare. Argumentum sumis ex recepta sanctaque fabula. Honesta racio consilii tui. Eo vero tendit propositum tuum, — quod esse laudabile quis non videt? — ut iuventus recenti tuo beneficio ad cultum excitetur Christiane Minerve. Credant se modo et studeant tuis hymnis intermissa sophistarum insulsitate scholastici decerpturi ex hoc fertilissimo fundo non minus fructus quam floris. Si quidem ea rem religione coloras et vestis, ut nusquam[b] ab orthodoxea[c] persuasione ne ungne quidem latius recessisse videare. Hec ad te scribo, non ut tibi blandiaris de meo testimonio, sed honorande veritatis gracia et amore tui. Vale.

Datum in feriis messium et solemni iusticio intra Eidus Sextiles MDXIIII.

[a] *Tz* gratiosissimo, facilitate et *ist bei ihm ausgelassen.* [b] *Tz* nunquam. [c] *Tz* orthodoxa.

Handschriftl. F 385 fol. 247 r — 247 v. Gedr. b. Tz S. 183 — 184 *vollständig.*

---

413. M. an Friedrich den Weisen. (Gotha) 1514. August 13.

Mut. beklagt, dass fast überall Unruhen und Empörungen ausgebrochen und überreicht die Heroiden des Eoban Hessus.

Durchlauchtigster hochgeborner furst, gnedigster herr!

Eines weisen vnd christenlichen fursten ere vnd zcimung ist in so grossen enporung der welt bessern glucke erwartenn vnd die hoffnung nicht hinlegen. Wann wir sehen, das die bosen gaist in allen landen aus gotlichem verhencknuss enporung, zwitracht vnd vnaynickait er-

---

[1] Vgl. Br. 408 – 410.
[2] Vgl. Br. 32 S. 45 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/78

heben. Die Vngarn[1] seint vnßynnigen wesens, die Swaben[2] geben sich in vngehorsam. So thun vnsere Hessen auch aus anregung gewalt hanthabung vnd mit rat der bosen lewt, das si gerewen wirt. Dieweil aber disse ding an Ewr Churfürstlichen Gnaden schuld gescheen, so soll E. Cf. G. solchs alles mit starckem gemut ertragenn, dann ich hab keyn zweifel, der allmechtig Got, dem E. C. G. ein vberczirlich kyrchen gebawet hat, sei E. Cf. G. gnedig. Derhalben, gnedigster herr, wollen wir die bosen im guten vberwinden vnd auf das solchs můg in guter weiß gescheen, bitt ich vnterteniglich, E. C. G. wolle meines Eobani gar lieplich vnd schon buch[4] lesen. Ich waisß, E. C. G. werd dess ein grosse frayd habenn. E. C. G. gehab sich wol vnd gluckseliglich, die auch die gotlich gnad vnd gutickait woll aufs allerseliglichst bewarenn.

Datum am tag Sant Hipolyti[5] anno domini XV^{c}XIIII.

Ewr Churfurstlichen Gnaden
Demutiger Diener
Conrad Mut, Doctor.

Handschriftl. Sachs. Ernest. Gesammtarchiv in Weimar. Reg. O. pag. 134 DDD 2. Von der Hand Spalatins geschrieben, der den ursprünglich lateinisch verfassten Brief dem Kurfürsten verdeutscht hat. Gedr. b. Tz. Rel. Ep. Mut. S. 23—24, jedoch mit so vielen Abweichungen von der Handschrift, dass sie hier nicht angegeben werden können.

414. M. an Urban. (Gotha 1514). August 13.

Mut. berichtet über die Schritte, welche er in der Angelegenheit des Spalatinschen Diplomes unternommen ebenso wie über die Zusendung der Heroiden an Friedrich den Weisen. Daran knüpft er mancherlei andere Mitteilugen teils ihn teils Freunde betreffend.

Docto magistro et prudenti patrifamilias Henrico Urbano, amico officiosissimo, Mutianus Rufus.

S. Damnas personam in Nithardo[6]. Recte facis, fuco et stibio nihil est opus, ut explicet expediatque negocium. Mitte Cocionem[7], qui dicat: Scis, quanti te faciant Spalatinus, Urbanus et Mutianus.

[1] Die zu einem Kreuzzuge gegen die Türken aufgerufenen Bauern (Kuruczen) kehrten ihre Waffen gegen den Adel und Klerus und wüteten eine Zeitlang in der schrecklichsten Weise, bis sie von der Heeresmacht Zapolyas und Bathorys geschlagen und vernichtet wurden.

[2] Die Brüderschaft vom armen Konrad hatte einen Aufstand versucht.

[3] Die Zustände in Hessen verfolgte Mutian fortwährend mit lebhaftem Interesse.

[4] Die Heroiden. Vgl. Br. 408—410.

[5] 13. August.

[6] Vgl. Br. 234 S. 313 Anm. 2.

[7] Johann Sömmering. Vgl. Br. 11 S. 17 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/79

Experiantur tandem in diplomate tuam fidem. Declara erga eos benevolentiam. A te peto maiorem in modum, ut honoris mei gratia prodesse velis sancte colendis et studiosis viris. Idque ut facias, te vehementer eciam atque eciam rogo. Si respondebit, fiat. Hem, dicet Cotio: Sero nimis fortasse. Petreius singulis prope mensibus bis scribit et dormiunt tui ecdici in curia Romana, facito diligenter rem cures interprete Osimundo[1]. Non te preterit, quam sit graciosus in aula Spalatinus. Obtinebit. Scripsi ad divum Fridericum[2], ad Degenhardum[3], ad Hirsfeldum[4], ad Spalatinum. Russus[5] tamen adhuc spirat. Mihi ita persuadeo, si decesserit, nostram esse victoriam. Dedi[a] Reginas Eobani divo Friderico[6]. Commendavi poetam nostra necessitudine dignissimum. Habebit, si volet, lauream[7]. Ego impetrabo, nunc aditum ad coronam patefeci. Degenhardum admonui, ut decuriones Gothanos confirmaret in promissione[8] mihi facta. Hirsfeldo munus[9] obtuli. Spalatino scripsi, ut Duronio nihil aspere, nihil acerbe diceret de curatore sue caule[10]. Nos pro tempore mederi velle negocio, Duronium favere asino, parceret. Hoc te, Urbane, scire volui, ut gauderes. Nam Duronius tibi succenseret et mihi, si exacerbaretur. Nuncius meus fuit Burchartus Hundt[b 11], preses noster. Libenter mihi obsecutus est, Deo gloria. Salutavi per literas Duronium et Musardum[12], ne et mihi forsan personam dares. Ita habeto in summa, interdum assumendam esse personam, quamvis sincerius[c] et fidelius nihil esse tibi debeat et sit Mutiano. Caput est, ut me ames mutuo.

Die Hypoliti.

Si probas, efficiam, ut Musardus Margaretam[13] obtineat mortuo pastore. I nunc et dicas me non esse sincerum amicum. Vale et salve.

Handschriftl. F 390 fol. 250r — 250v. Gedr. b. Tz S. 185—186 *von* Non te *bis* sit Mutiano.

[a] *Tz* Dei. [b] *Tz* Burchardus Hund. [c] *Tz* fidelius et sincerius nihil tibi esse.

---

1 Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.
2 Vgl. den vorigen Brief.
3 Pfeffinger. Vgl. Br. 86 S. 126 Anm. 5.
4 Vgl. Br. 303 S. 391 Anm. 2.
5 Vgl. Br. 144 S. 206 Anm. 1. Zur Sache Br. 387 u. 388.
6 Vgl. Br. 413.
7 Schon 1508 strebte Eoban Hessus nach der Dichterkrone. Vgl. Br. 70 u. 73.
8 Vgl. Br. 382.
9 Vgl. Br. 407.
10 Die Pfarre in Hohenkirchen, welche bereits 1507 dem Spalatin verliehen worden. Vgl. Br. 54.
11 „Rendtmeister vnd Haubtmann zu Gotha," wie ihn ein Brief Spalatins vom Jahre 1523 (Weimarer Gesamtarchiv O. pag. 87 LL 23) bezeichnet.
12 Lehrer in Georgenthal. Vgl. Br. 184 S. 257 Anm. 1.
13 Eine Pfarrstelle an der Margaretenkirche in Gotha.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/80

415. M. an Urban. (Gotha 1514. August 13).

Mut. wittert bösen Willen bei Nithard und fürchtet die Machinationen seiner Feinde. Er möchte gern einen andern mit der Besorgung des Spalatinschen Diplomes beauftragen.

Urbano suo carissimo Mutianus Rufus.

S. Cur ego tecum non communicem intima et arcana? Nithardus[1] sepe accipit literas in curia Romana datas. Nuper Lotii[2] amica[3] fuit Erfordie. Attulit epistolam Rhaniculo[4] meo, qui hac hora apud me cenavit. Epistola data fuit Rome ante octo hebdomades a Ioanne Fabri[5], preposito nostri collegii Romani. Quid igitur confidas? Ego timeo et timui semper Lotianos et istum Molbergum[6] et ex sequela nostrum Musardum[7] et similes. Petreius, puto, decies ad me scripsit et Nithardus dicit se non habere nuncios. Fallit. Oheu! Quid dicam? Fac, ut scripsi[8] ante cenam. Mitte Cotionem[9]. Melius foret, ut nos eriperemus de manibus Nithardi negocium, si ipse vellet. Nam Henricus[10] ad fratrem subinde scribit. Hec tu examinabis et valebis. Nos hoc in tenebris et diliculo, imo crepusculo vespertino bene poti, cum fidus hic sese nobis obtulisset. Vale et rescribe.

Handschriftl. F 391 fol. 250v.

---

416. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1514. Um 13. August).

Mut. vergilt die rühmende Erwähnung in den Heroiden mit eigenen Versen und knüpft daran Wünsche für das fernere Dichterleben des Eoban Hessus.

Mutianus Eobano suo.

Non imminuit tuam laudem, Eobane, quod versiculum[11] quendam meum inseris Posteritati[12] tue, imo auget, opinor. Ita enim scite includis, ut multum lucis atque haud scio an plurimum decoris afferat. Certe anulo gemma accessit.

---

[1] Vgl. Br. 234 S. 313 Anm. 2, zur Sache den vorigen Brief.
[2] Köteling. Vgl. Br. 50 S. 64 Anm. 4.
[3] Vgl Br. 100 S. 139 Anm. 5.
[4] Vgl. Br. 234 S. 312 Anm. 5.
[5] Diese Persönlichkeit ist mir nicht bekannt.
[6] Wahrscheinlich identisch mit dem im Registrum subsidii (S. 14 u. 17) erwähnten Johann Molburgk (Molbergk).
[7] Vgl. Br. 184 S. 254 Anm. 1.
[8] Vgl. den vorigen Brief.
[9] Johann Sömmering. Vgl. den vorigen Brief.
[10] Eberbach an seinen Bruder Petrejus in Rom.
[11] Vgl. Theil I S. 118 v. 26.
[12] Den Schluss der Heroiden bildet die Epistel des Eoban Hessus an die Nachwelt: Eobanus ad Posteritatem.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/81

„Sponte sua influxit brevibus mihi Musa diebus
Et mihi iam puero non leve nomen erat,
Ut non precipuus dubitarit[a] scribere vates:
„Hesse puer, sacri gloria fontis eris“[1]

Ex hac tua benevolencia tantam cepi voluptatem, quantam ex vera gloria capere debui. Itaque sic te remuneramur.

Vere tuo leta fulgebas indole, cultus
Ingenii vario flore nitebat ager,
Diceret ut vates inter quota portio Rufus:
„Hesse puer, sacri gloria fontis eris.“
Addita nunc fidibus laus est et tanta canoris,
Ut tua contingat Musa novena polum.
Exemplis fulcire piam res optima legem
Digna quidem, grandis cui tribuatur honos.
Si Capitolina legeret Leo carmen in arce,
Aurea pro numeris premia, scio, daret.
Sancta puellari gauderet curia cetu,
Scriberet authori bibliotheca locum.
Teutonicum Latii patres, mirabile, vatem
Versibus ornarent terque quaterque suis.
Tunc tuus, imo meus Petreius, incola Rome,
Monstaret sociis Helia[2] dona probis.
Interea, quoniam iuvat hec expressa voluptas,
Vitali succo carminis ipse fruar.

Hactenus de vere et estate tua. Superest, ut autumnus et dein hiems etatis feliciter et bene succedat. Vale, singularis et amande poeta.

Handschriftl. F 386 fol. 247 v — 248 r.

[a] *F* dubitaret, *die Originalausgabe der Heroiden von 1514 hat* dubitarit.

---

417. Eoban Hessus an Mutian. (Gotha 1514? Um 13. August).

Hessus rühmt den Mutian als Dichter und dankt für die ihm gewordene Anerkennung.

Doctissimo Mntiano Rufo, decretorum doctori, canonico in Gotha.

Laurus, ebur, plectrum, Phoebeos fama poetas
Laudat et eternum tollit in astra decus.
Inter Teutonicos specimen, laus, gloria vates

[1] Die 2 Disticha sind aus der Posteritas (Originalausgabe fol. 105 r) zitiert.
[2] Eoban Hessus setzte seinem zweiteiligen Namen noch Helius vor.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/82

Unus habes famae nomen honosque (?) bonae,
Plurima victrices mittens in secula lauros,
Quam lepido doctus plectra canore moves.
Vivat honosque[a] nomenque tuum, doctissime Ruffe[b],
Te decet aeterno laurus honore virens.
Grandisono ore tonas, tragicos tua Musa cothurnos
Induit Aonia tempora tecta coma.
Grandia verba canis. iuvenes miramur inerteis.
Thracia nunc nostrae plectra verentur aquae.
Vulda, Lanus, Rhenus, patriae laus Aedera terrae,
Te duce Castalias eiaculantur[c] aquas.
Magna canis, puerum, quae vix decuisse putaram,
Quale canis puero, Cygne canore, rudi.
Quale canam? Cygno concedat rana canenti.
Marsian Aonia vicit Apollo cheli.
Hessia te genuit felici sidere tellus.
Nunc fovet electo Thuria terra sinu.
Hessia devicto celebris velut hoste triumphat.
Sic te Phoebea vate superbit ope.
Laeticia reris, quo sim inflammatus amore,
Quum tuus in nostras venit Apollo manus.
Non adeo Macedum regi placuere Philippo,
Quae sola excepit nuntia trina die,
Non adeo forti placuit Bryseis Achilli,
Non adeo triviae cerva cruenta deae,
Quam formosa tuo placuit tua Musa Eobano.
Dii tales semper ducite, quaeso, dies.
Culmina Parnassi mihi raptus ad alta videbar,
Talis in ardenti pectore fervor erat.
Est furor, est animus tumidis animosior Euris
Sum puer, at vires mens puerilis habet.
Te renuente novos capiunt mea corda furores.
O ego, si sacri gloria fontis ero[1].
Hesse puer, gaude! Ruffo[d] placuisse videris.
Nunc placet en! Clario barbara vena[e] deo.
Hesse puer, gaude! doctus tua carmina Ruffus[f]
Laudat et ingenii parvula dona tui.

[a] *Tz* honos. [b] *Tz* Rufe. [c] *Tz* circulantur. [d] *Tz* Rufo. [e] *Tz* vera. [f] *Tz* Rufus.

---

[1] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/83

Hesse puer, gaude! quem laudat Delphica turba,
Te stupet et nomen tollit ad astra tuum.
Vive, decus Phoebi. Tibi sint felicia semper.
Numina. Sint vitae fata secunda tuae.

Ex Erphordia.

Eobanus Hessus Francobergius[1].

Gedr. 1) Hekelius manipulus epistolarum singularium S. 109—111. 2) b. Tz Reliquiae epistolarum Mutiani S. 15—17.

---

418. M. an Urban. (Gotha 1514. Juli bis Mitte August).

Mut. spottet über die Nachtreter der Theologen, welche es prächtig verstehen, viel Wesen aus sich zu machen. Die akademischen Lehrstühle müssten ganz anders verteilt sein.

Henrico Urbano, patri sanctissimo.

S. Dicam et hic facete magis quam graviter, sed tibi soli, ne fraudi mihi sit libertas. „Quid facit in schola theologus?“ Respondit olim Rudolphus Agricola[2] per vetus et scitum proverbium „nempe quod canis in balneo,“[3] id est, non est utilis in schola, sed grammaticorum est ista provincia. Hodie theologorum simie totam occupant scholam inculcantes discipulis figuras Donati[4], rem obscurissimam, figuras Parvuli[5], mera deliramenta, exercitamenta multiiuga[a], gerras Siculas[6]. Talibus affaniis[b] onerant discentes. Quid ita? Tria potissionum in causa sunt: Serviunt questui et pinguibus ofulis[c] tanquam diis patellariis, meliora nesciunt et theologis placere volunt. Ad primum dico: Was sollen so vil[d] storgke? Weren genugk in der grossen schule eyn[e] sophist, zwene mathematici, drei theologi, IIII iuristen, V medici, VI oratores, VII hebrei, VIII[g] greci, IX grammatici, X rechtsinnige philosophi tanquam presides et principes tocius rei literarie. Aber der storgk ist alzu vil[h], sie mogen sich bei den pfutzen nit[i] erhalten vnd mussen sich kumerlich[k] mit iren[l] froschen behelfen[m]. Ad secundum

[a] *Tz* multivaga. [b] *F* affamiis. [c] *Tz* offulis. [d] *Tz* viel Störcke. [e] *Tz* ein. [f] *Tz* drey. [g] *Tz* IIX. [h] *Tz* allzuviel. [i] *Tz* nicht. [k] *Tz* kümmerlich. [l] *Tz* ihren. [m] *Tz* behelffen.

---

[1] Vgl. Br. 79 S. 118 Anm. 1. Dieser Beinamen des Hessus findet sich sonst nur in Briefen aus früherer Zeit.

[2] Einer der Bahnbrecher des Humanismus in Deutschland. Vgl. Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung. Bd. I. S. 374—415.

[3] Vgl. Erasmus. Adagia p. 147—148.

[4] Des Grammatikers Aelius Donatus, welcher das im Mittelalter weit verbreitete Schulbuch: „Donatus minor sive de octo partibus orationis“ (Vgl. Hain Rep. 6322—6381) verfasst hat.

[5] Vgl. Br. 273 S. 359 Anm. 4.

[6] Vgl. Erasmus. Adagia. p 468.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/84

dici potest: Si desinerent ignorare, desinerent odisse auctores idoneos. Ad tercium: Suos Meandros amat Eisenach[1], sua involucriscula Werlich[2] suas spiras Erlebach[3]. Quis libenter amicam deserit? Fovent, osculantur assidue suas delitias, quibus placere lucrosum est. Cocio[4] habuit fidele mancipium ex Fulda. Uno verbo dominam[5] offendit, ilico exigebatur, eliminabatur. Tanti erat levissima bestia. Sic barbari, si non colerent studiosi eorum amicas[a], id est, figuras metaphysicas, continuo sevirent, non promoverent, non auxiliarentur, imo retardarent, reiicerent, excluderent. Adeo dira sunt animalcula theologi. Hec paulo liberius et facete. Cave enuncies. Nam barbarorum cohors non male sentit de nobis et ego nemini noceo. Veritatis tamen, ut nosti, amicus non possum non ita ludere.

Handschriftl. F 332 fol. 211v—212r. Gedr. b. Tz. S. 161—162. *Vollständig, doch ohne Adresse.*

[a] *Tz* amicos.

---

419. M. an Urban. (Gotha 1514. August. Erste Hälfte).

Mut. will Urbans Abt durch ein Büchergeschenk sich verbindlich machen, schildert sein neuliches Auftreten vor dem Gothaer Rat in Pfründenangelegenheiten und bittet um Besorgung eines Geschenkes für Pfeffinger. Er tadelt dann das Benehmen Herebords von der Marthen und mahnt an die Rückgabe zweier Briefe und des Triumphus Neobii. Den Nithard möge der Teufel holen.

Urbano.

S. Emi narraciunculas de secessione sedicioneque tum Suevorum[6] agrestium tum cruce signatorum[7] in Ungaria. Rem medius fidius auditu terribilem, futurum munus, quo nobis Duronii favor in tuam, Urbane, gratiam preparetur. Heri fui in ambitione et egi cum senatu huius urbis. Convenerant competitores numero quinque, ego meum negocium curavi. Restiti aliis, sed Brengbirus[8] mihi fuit infestus haud dubie persuasus a Lotianis. Nam et ipse et sui habebant clientem, a quo erant pecunia subornati. Ideo acerbius urgebam. Vellem audisses asperitatem meam. Misi ante contionem Fabianum[9] hunc questorem, virum prudentem, ad Brengbirum, ut leniret hominis malevolentiam. Sed

---

[1] Jodocus Trutfetter. Vgl. Br. 4 S. 8 Anm. 1.
[2] Vgl. Br. 227 S. 306 Anm. 1.
[3] Vgl. Br. 277 S. 364 Anm. 5.
[4] Johann Sömmering. Vgl. Br. 11 S. 17 Anm. 1.
[5] Vgl. Br. 266 S. 351.
[6] Vgl. Br. 413.
[7] Vgl. Br. 413.
[8] Vgl. Br. 196 S. 272 Anm. 3.
[9] Wohl identisch mit dem in einer Urkunde des Herzogl. Goth. Archivs vom Sonntag Cantate 1520 (QQ I. d. 372) erwähnten Fabian Lewe, Schosser zu Gotha, welcher von dem Kloster Georgenthal eine Hufe Landes zu Lehen nimmt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/85

cum animadverti non posse eum flecti, sumpsi audaciam et preces meas tuebar. Quid multis? Senatus reiecit Brengbirianum petitorem et contulit beneficium in pauperem et bonum clericum mihique fidem dedit vacaturum[1] fore meum. Tuli eam sentenciam equo animo, quamvis gracias non egi. Nam etsi presens futuro melius, quia certius, tamen racio me movit, quod beneficium nuper erat fundatum a socero Brengbiri. Habes contencionem meam. Expectavi fere octo annis et adhuc expecto. Si moriar, satis habui. Si moriatur vel Hennings[2] vel Lotius[3], voto potiar. Neque enim mutare poterit consulatus, cum universus assenserit. Pater noster — Quid pater noster? Ita appellatur et tenes rem — pater noster, inquam nullum hic venale, quod placeat. Si me amas, eme nobis isthic, ut amuleto[4] cohereat. Wu kein grosse koreln vorhanden sein, so kaufet zwartze Euthenstein. Ich wil gern einen gulden geben. Sine dilatione mittendum cura. Satisfaciam. Volo enim donare et simul a Degenhardo novas literas ad senatum impetrare, ut velint nolint cogantur stare promissis. Venio ad studia. Miror, cur Herebordus oblitus sit aut oblivisci possit Eobani poetarum principis. Dices hospicium[5] esse in causa. Sed neque affinem[6] deberet aspernari iuxta illud[7]: „Ne nulli placeas, dum vis contemnere multos.“ Remitte literas Petreii et Anne[8] vidue et Triumphum Neobii[9]. Nithardum[10] dii perdant. Si Russus[11] decesserit, dubitabo. Nosti spurii hominis infamiam et cetera. Vale.

Datum hora tercia antelucana.

Handschriftl. F 389 fol. 249v—250r. Gedr. b. Tz. S. 184—185 *von* Emi narracionculas *bis* stare promissis.

[a] *Tz* sumsi. [b] *Tz* quia. [c] *Tz* octo fere. [d] *Tz* votis. [e] *Tz* potuit. [f] *Tz* universis.

420. M. an Urban. (Gotha 1514. August 21. oder 22).

Mut. wünscht wegen später Rückgabe eines geliehenen Buches bei Kirchberg, dem er sich verpflichtet fühle, entschuldigt zu werden und den Preis des Geschenkes für Pfeffinger zu erfahren.

Cum primis honesto, docto, considerato homini Henrico Urbano, suo necessario, Mutianus Rufus.

1 Es handelt sich um die Anwartschaft auf die Gödische Pfründe. Vgl. Br. 382.
2 Göde. Vgl. Br. 52 S. 66 Anm. 1.
3 Köteling. Vgl. Br. 50 S. 64 Anm. 4.
4 Vgl. Br. 400. 407.
5 Vg. Br. 408.
6 Heinrich Eberbach. Vgl. über den Zwist Br. 256 S. 338.
7 Catonis Disticha II. 68.
8 Vgl. Br. 401.
9 Vgl. Br. 387 S. 48 Anm. 4.
10 Vgl. Br. 414 u. 415.
11 Vgl. Br. 414.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/86

Si vales, bene est. Ut in pauca conferam, (utar enim te magistro brevitatis) ignoscat mihi tuus Kyrchbergius[1], quod Damascenus[2] non tam celeriter redditur. Ago gratias viro bono, philosopho bono, imo deiloquo et famigerato concionatori, qui, ut audio, amicissime loquitur et sentit de nostro Eobano sui ordinis facile principe. Tu velim cito reddas. Non decebat, ut novos sumptus faciat mea culpa. Semel emit authorem, habeat. Mea nunc interest, ut emam in nundinis. Conquiescat ille et fruatur usura sancte lectionis. Me, ut debes et soles, ama mutuo. Dic pretium serti lapilli[3]. Fefellisti canem et anserem temere peiurans. Mihi autem non ficto officio simulataque sedulitate, sed amanter et perbenigne satisfecisti. Vale, amicorum constantissime. Ex edibus nostris.

Handschriftl. F 394 fol. 251v—252r.

---

421. M. an Urban. (Gotha) 1514. August 22 oder 23.

Mut. meldet das Lob des Eoban Hessus seitens Spalatins und trägt Grüsse an Johann Hessus auf. Seine Erfurter Schuldner sollen hart angefasst werden. Ueberall sei er von Feinden umgeben; es sei deshalb Vorsicht nötig.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Ego vero devinctus tuis erga me officiis et multis et iustis nondum satis statutum habeo, an par sit, ut tuam brevitatem sequar, etsi secutus sum heri[4] includendo literas alienas meo laconismo. Nam gratissimus esse et tibi verbositate placere possum et soleo. Itaque non solum universum studium, fidem, operam, benevolentiam ad te defero, amicum constantem et bene meritum, sed eciam stili copiam. Spalatinus, natura bonus et doctus homo, appellat Eobanum Germanorum Vergilium[5]. Rara laus, sed sine verborum phuco, cerusa, purpurisso, sincera. Neque enim adulator est, et poeta noster talis procul dubio. Ianus Hessus[6] patria Noricus nos amat, quia nos hoc idem in se facere censet. Scripturus ad puerum[7] tuum saluta Ianum illum. Hoc tuum scribendi beneficium nunquam apud eum intermoriturum existimo. Ita perhumanus et disertus est et memor accepti. De Tito Mario et Schilone ita sentio: Imponunt[8] nobis onus grave, ut exigam singulari

[a] *Tz* et.

---

[1] Vgl. Br. 277 S. 364 Anm. 1 u. Br. 378 S. 38 Anm. 1.
[2] Vgl. Br. 378 S. 38.
[3] Vgl. Br. 419 S. 80.
[4] Vgl. den vorigen Brief.
[5] Wohl aus Anlass der soeben erschienenen Heroiden.
[6] Vgl. Br. 357 S. 17 Anm. 1.
[7] Nepotian. Vgl. Br. 193 S. 268 Anm. 2.
[8] Noch in Brief 388 war Mutian für behutsames Vorgehen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/87

acerbitate debitum. Peterem ab Engelmanno[1] fiducia amicicie, ut rationibus interesset et authoritate et gracia sua[a] cogeret mala nomina ad solutionem, nisi foret occupatissimus in nuptiis propinqui[2] sui. Petam igitur alias. Tu velim paucissimis credas. Hoc eo pertinet, ne nos opprimant false persuasiones. Henningus[3] non egratovit. Valet et comedit et facit omnia more consueto et est in conventu[4] Altoburgensi. Hoc retulit Hirsbacchus[5]. Late patet Lotianum venenum. Infecit Valles et Erphurdiam, nedum hoc castellum. Sepe te admonui, sed mihi non credis: Nithardus[6] et Fronto[7] Lotiani sunt, Musardus[8] et Stephanus[9] item Lotiani. Sentio malevolentiam, sed occurro et nullis contumeliis deterreri possum a modestia. Velim eciam, ut Cotianos[10] omnes devites; non est, ut causam persequar. Male damnabuntur. Tantum in studiis tuis et domi his temporibus maneto. Nos te tueri et promissum senatus[11] volumus, „invidia rumpantur ut ilia," non dico „Codro[12]" sed Moro et Lotio, nostris in hoc seculo diabolis. Vale.

Die Sancti Timothei[13] MDXIIII.

Handschriftl. F 395 fol. 252r — 252v. Gedr. b. Tz S. 186 — 187 *von* Spalatinus natura *bis* procul dubio *und von* De Tito *bis zum Schlusse*.

[a] *Tz* sua et.

---

422. Friedrich der Weise an Mutian. Altenburg 1514. August 23.

Friedrich d. W. dankt für die Zusendung der Heroiden ebenso wie für die Trostworte des Briefes.

Von gots gnaden Fridrich Hertzog zu Sachssen vnnd churfurst.

Vnnsern grus wirdiger, hochgelarter, lieber andechtiger. Vnns ist itzt ain lateynische schrifft[14] von euch zu komen, die haben wir sambt euerm zugeschickten puchlein Eobani genant, zu sonderm gefallen

---

[1] Mainzer Küchenmeister. Vgl. Br. 136 S. 195 Anm. 3.

[2] Des Magisters Kune. Vgl. Br. 434 S. 91 Anm. 7.

[3] Somit auch keine Aussicht für Mutian auf Erlangung seiner Pfründe. Vgl. Br. 419.

[4] Göde war Rat Friedrichs des Weisen.

[5] Wahrscheinlich der Sohn des 1509 verstorbenen Erfurter Patriziers. Vgl. Br. 136 S. 195 Anm. 1.

[6] Vgl. Br. 419 S. 80 Anm. 10.

[7] Dieselbe Persönlichkeit, welche in Br. 249 S. 328 erwähnt wird.

[8] Lehrer in Georgenthal.

[9] Bruder Spalatins. Vgl. Br. 125 S. 180 Anm. 1.

[10] Anhänger des Johann Sömmering (Cotio).

[11] Vgl. Br. 419.

[12] Vergil. Eklogen VII. 26.

[13] 22. oder 23. August.

[14] Vgl. Br. 413.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/88

empfangen vnd verlesen. Vnd als ir darynnen vnder anderm anzaigt, welcher gestalt wir die widerwertigkait, so sich itzt allenthalben erewgen, mit geduld vberwinden vnd das solchs in guter weis bescheen mog, solten wir das obbestimbt puchlen vberlesen. Von demselben tut ir als ain weiser vnd firsichtiger schreiber, dan ir wist wol, das nit ain yeder sein widerwertigkait mit geduld vberwinden kan, yedoch sein wir des verhoffens, ir habt vns nye anders erkant, dan das wir in vnsers zugestands widerwertigkeiten alweg geduldig gewest, das wir auch nachmals mit hilf des almechtigen zu tun gedenken, sagen euch auch derselben ewer anzaigung, dy von euch sonder zweivel aus getreuen vnd guten herzen beschiet, gnedigen dank. Das haben wir euch gnediger meynung nit verhälten wollen, dan wir sind euch mit gnaden gneigt.

Datum zu Aldenburg am abent sancti Bartholomei apostoli anno Domini MDXIIII.

Handschriftl. Weimarer Gesammtarchiv Reg. O. pag. 134 DDD 2. Konzept von Spalatins Hand. Gedruckt bei Tz Rel. Epist. Mut. S. 24—25, *mit vielen Abweichungen in der Orthographie.*

---

423. M. an Urban. (Gotha 1514. August 24).

Mut. bedauert, dem Engelmann seine Dankbarkeit nur durch ein winziges Geschenk beweisen zu können und zeigt sich mit seinem Famulus unzufrieden.

Venerabili necessario suo, id est, amicissimo Urbano, qui est haud quota portio doctorum hominum, Mutianus Rufus.

Salus. Quod raro domi mee vel nunquam evenit, papyro iam intacta careo et, quia clause sunt taberne propolarum, habere carthas non potui. Itaque pauciloquus esse cogor. Mitto munus[1] nuptiale Engelmanno. Sum ego gratissimus, sed declarare voluntatem meam ob inopiam non possum. Alioqui tu et ceteri haberent a me opsonium. Multi hodie abierunt hinc ad vestrum Bartolomeum[2]. Tardus hic terre filius (sic enim Adam[3] interpretatur) neglexit, obaudivit, vadit tamen libenter. Cuius ego saluti prospiciam, si paruerit mihi et obiurgaciones toleraverit equo animo. Neque enim ullam in domesticis maculam pati soleo. Totus acer et lynceus. Nam si Paulum[4] imitantur simplicitate, sentiunt me papam, sin autem Rufini[5] stulticiam, aliubi sunt quam hic tutiores. Ita mihi Deus sit propitius, ut ego innocentie faveo. Vale.

Handschriftl. F 396 fol. 252 v—253 r.

---

[1] Vgl. Br. 421 S. 82.
[2] 24. August.
[3] Adamus Publius, Mutians Famulus. Vgl. Br 350 S. 10 Anm. 1.
[4] Ein früherer Diener Mutians. Vgl. Br. 13, 35 etc.
[5] Vgl. Br. 10 S. 14 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/89

424. M. an Urban. (Gotha) 1514. August 29.

Mut. sendet eine Vollmacht, auf Grund deren gegen Schil wegen der noch immer nicht geleisteten Zahlung gerichtlich vorgegangen werden soll.

Urbanissimo et integerrimo suo Urbano Mutianus Rufus.

Salus. Mitto instrumentum ad torquendum Schilonem[1]. Hodie promisit XXX annuos, hodie, inquam, sed ante annos aliquot. Lege. Scribam alias, quid fieri velim. Cura tuam, mi Urbane, valetudinem.

IIII Calendas Septembres anno XIIII.

Handschriftl. F 397 fol. 253 r.

---

425. M. an Urban. (Gotha 1514. August).

Mut. bestätigt den Empfang von Urbans Urteil über Musardus und erzählt, wie er Herebord v. d. Marthen wegen seines Benehmens gegen Eoban Hessus zurechtgewiesen. Er fordert von seinem Erfurter Bevollmächtigten Rechnungsablegung.

Prestantissimo viro Henrico Urbano magistro, economo et sancti Bernardi, doctoris egregii, discipulo, Mutianus Rufus.

S. Plenius quam unquam antea accepi tuum de Musardo[2] iudicium. Satis opportune. Admonui superbientem Herebordum, tamen nostrum. Mores enim non disturbant amiciciam semel firmatam, ut saltem agnoscat[3], quem olim dilexit Eobanum poetico furore insignem. Eobano vero anthor fui, ut scriberet ad cancellarium[4] Hassie. Id sibi, nedum mihi erit fructiferum et gratum. Schilonem[5] attingo, sed leviter: iubeo, ut tibi et Engelmanno[6] reddat rationem villicationis sue. Neque enim pati fraudem diutius debeo, imo ne possum quidem. Quod reliquum est, accipe istum vulturem et depluma caudam eius. Si mordebit aut unguibus lacerabit, (est enim petulans) pulsa caput fedi animalculi non[a] tam scipione et pertica quam acerba contradictione. Vale.

Handschriftl. F 392 fol. 251 r.

[a] *F* nom.

---

[1] Vgl. Br. 421 S. 81/82.

[2] Mutian stimmte in seinem Urteile über Musardus mit Urban nicht überein; letzterer scheint dem Georgenthaler Lehrer grosses Vertrauen entgegengebracht zu haben. Vgl. Br. 352 S. 12, Br. 353 S. 14 u. Br. 421 S. 82.

[3] Vgl. Br. 419.

[4] Nicht der in Br. 119 S. 161 erwähnte Engellender.

[5] Vgl. Br. 424.

[6] Vgl. Br. 421 S. 82 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/90

426. Mich. Hummelberg an Mutian. Rom 1514. September 1.

Hummelberg ist erfreut über seinen Verkehr mit Petrejus. Derselbe zeige ihm des Adressaten Briefe, die grossen Eifer für Reuchlin und seine Sache verraten. Hochstraten werde in Rom nichts ausrichten.

Michael Humelbergius[a] [1] Ravenspurgensis Mutiano Rufo iureconsulto S. S.

Quia Petreio [2] tuo perfamiliariter utor, etiam epistolas tuas admodum tersas atque politas lego, et quidem iucundissime, quod doctis faves et Capnionem, Germanię nostrę unicum decus, vere diligis καὶ τοὺς καπνιομαστίγας χαμαιπετὰς [b] καὶ χαμαιζήλους ὡς κατὰ [c] θηρία οὐ φιλεῖς, ἀλλὰ μισεῖς.[3] Quem etiam ὑψόστρωτον [4] appellitare soleo, hic agit invidiam pullato huic hominum generi peculiarem veritati cedere condiscens. Sed adversus Capnionem potest nihil; equidem invicta semper veritas, cuius partes principes hic viri tuentur. Unde facile victoria potiri potest, quam olim insigni laude docti et Musarum mystae omnes digne celebrabunt.

Haec ideo, ut meum in te amorem agnoscas et vicissim tuum ostendas, certo etiam persuasum habeas me tuę humanitati devotissimum et Petrei tui amantissimum. Valeas, vir omnium cultissime, et me mutuiter ama.

Rome. Kalendis Septembris MDXIIII.

Handschriftl. Cod. Mon. 4007 (in 2⁰ sec. XVI. 183 Bl.: Mich. Hummelbergii Epistolae et ad eum cum ab aliis tum a Conrado Peutinger datae. Sunt apographa) fol. 61/62 v. Gedr. bei Horawitz. Analekten zur Gesch. des Humanismus in Schwaben. In den Wiener Sitzungsberichten. Hist. phil. Kl. 1877 Heft I. S. 127.

[a] *Hor.* Hummelbergius. [b] *Hor.* Χαμαιπετεῖς. [c] *Hor.* κακὰ.

---

427. M. an Urban. (Gotha 1514. Zwischen 27. August und 13. September).

Mut. möchte gern von seinem Erfurter Mieter eine grössere Geldzahlung auf einmal erhalten, er würde alsdann dem Degenhard ein Hochzeitsgeschenk machen. Mit Cordus und Hessus habe er seine Glossen über den Brief der Anna von Hessen gemacht. Dieser wolle nächstens heiraten. Schil müsse endlich hart angepackt werden.

Dignissimo suo patri Urbano Mutianus Rufus.

S. Et tua sponte et meis soriptis admonitus facis omnia, que mei amans et valde bonus vir facere in amici negotiis debet. Ago tibi

---

[1] Vgl. Horawitz. Analekten zur Gesch. des Humanismus in Schwaben. Wiener Sitzungsberichte. Hist. phil. Kl. 1877 u. 1878.

[2] Aus dem Briefwechsel zwischen ihm und Hummelberger (mitgeteilt in den Analekten, s. vorige Anm.) ersieht man ebenfalls, dass ein reger freundschaftlicher Verkehr zwischen beiden Männern in Rom bestanden haben muss.

[3] „Et capniomastigas humipronos et humidepressos ut contra feras non amas, sed odis“ lautet die Uebersetzung der griechischen Worte am Rande der Handschrift.

[4] Hochstraten.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/91

gracias ingentes. Scripsisti olim de Tito Mario: „Dithmarus dicitur esse βομβύλιος ἄνθρωπος et impostor. Edificabit sine suo incommodo. Non libenter locavi ei domum[1]. Sed vicarii nullam equam conditionem accipere volentes dederunt huius rei occasionem.“ Verus propheta fuisti et verum est vaticinium tuum. Quare si XX aut amplius simul dare paratus est, utatur habitacione perpetua. Emerem, si[a] daret,[a] meo Mecenati Degenhardo nuptiale munus[2] argenteum poculum. Ducit uxorem. Lege literas et remitte. Die Rufi[3] reddite mihi fuerunt Anne magnanime litere[4] satis blande. Eodem die venerunt ad me Ricius[5] et Eobanus, iucundi hospites. Risimus quod ita sit scriptum: Das[b] sie wiel[c] mein gnedige fraw sein[d]. Que malum uxor! ich bin ein pfaf[e] vnd philosophus, ich wiel[c] keyn[f] gnedige frawen annemen[g]. Sic ad iocum traximus,[h] quod alioqui[i] serio dictum non caret authoritate et gratia. Ricius maior est in pangendis versibus, quam credebam. Eobanus, quia robustus, dici potest ἰσχυρός: manu fortis. Ducturus est uxorem.[6] Adiuva, consule. Non ducat illius male cruciati zur hohn lilgen[7]. Quere aliam opibus prestantem. Audivisti, puto, in sacro choro carmen trisagium. In eo est ἰσχυρός. Carmen sic habet: „Ἅγιος ὁ θεός ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.“ Schilonis affinem[8] expecto. Cum venerit, male tractabo et remittam ad te. Quid tu timeas Schilonem? Esto audax pro meo commodo.[9] Iste Schilo computat impensam, nihil porrigit, non stetit conventis. Si videris hominem, dicito: Her Martin, Ir solt auch rechen, das ir von doctori Martino[10] vnd von Holtman[11] ingenomen hat. Malus homo est. Ego paciens, sed damnum sentio non ferendum. Vale.

Handschriftl. F 400 fol. 255r—255v. Gedr. b. Tz S. 187—188 *von* Emerem *bis* Adiuva consule.

[a] Die beiden Worte fehlen b. *Tz*. [b] *Tz* Dass. [c] *Tz* will. [d] *Tz* seyn. [e] *Tz* Pfaff. [f] *Tz* kein. [g] *Tz* annehmen. [h] *Tz* traduximus. [i] *Tz* alioquin.

---

1 Vgl. Br. 306 S. 397.

2 Vgl. Br. 419.

3 27. August.

4 Vgl. Br. 401. Neben diesem, in welchem die weiter unten angeführten Worte nicht vorkommen, muss also noch ein zweiter an Mutian gerichtet sein.

5 Der Dichter Euricius Cordus. Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 4.

6 Vgl. Krause. E. Hessus I S. 140—142.

7 Vielleicht ein Irrtum Mutians. Der Schwiegervater des Hessus wohnte zur Engelsburg.

8 Vgl. Br. 341 S. 434 Anm. 4.

9 Vgl. Br. 421. 424. 425.

10 Martin von der Marthen. Vgl. Br. 117 S. 161 Anm. 2.

11 Ein Erfurter Geistlicher mit Vornamen Johann. Der Liber rationum erwähnt fol. 74v u. 75r einen Sacerdos Johann Holtmann.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/92

428. M. an Urban. (Gotha 1514. Anfang September).

Mut. empfiehlt seinen Famulus als treu und wahr.

Singulari suo papę Urbano Mutianus Rufus.

Salus. Unus Publius sit tibi pro centum milibus. Adeo fidus et verus est. Vale et audi[1].

Handschriftl. F 384 fol. 247 r.

---

429. M. an Urban. (Gotha 1514). September 13.

Mut. hat zu seinem Leidwesen allzuspät die Ankunft des Abtes in Gotha erfahren; er hofft jedoch, ihn bald in Georgenthal aufsuchen und daselbst Urbans Anliegen vorbringen zu können. Der Abt habe ihm sein Wohlwollen durch ein Geschenk ausgedrückt.

Amantissimo suo Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Fato nescio quo contigisse arbitror, ut pater ille noster Vestas[2] adiret sine meo interventu. Cum alii, quibus mandaram, ut nos facerent de presentia Duronii certiores, me deceperunt, tum Musardus[3] mehercule Lotiane fraudulentie nihil ad me scripsit. In quo multum peccasse videtur. Invidebat, puto, mihi tibique Duronium. Sed nihil agunt adversarii. Pater est, ut nosti, Bartholiaster. Lotiani et Moriani quamvis magni, ut vulgo aiunt, devotionarii, tamen nobis insidiari non desinunt. Utcunque sit, nihil agunt, ut dixi. Nam cenanti mihi destinavit Duronius sophisticas entitates[5], rem nauci faciundam, eo tamen destinavit, ut caro suo Mutiano, uti ego interpretor, insinuaret suam benevolentiam. Dixi ad pueros affines:[6] „vos redite ad dominum et dicite me velle cras eum salutare“ et ita facere constitueram, ut patrem tibi amicissimum redderem[7]. Premisi cum hac scheda Vulcanum Drusum[8] post horam quintam, ut saltem cognoscerem, num abiisset, ne frustra lutum calcarem. Abierat. Ita non potui meo tibi debito studio satisfacere, quamquam maxime mihi fuit optatum. Verum, ne me accuses de negligencia, descendam in Convalles celo sereno, ut voluntati iungatur effectus Hec habebam fere, que te scire volebam. Vale et ama me mutuo.

Eidibus Septembribus.

Handschriftl. F 402 fol. 256 r—256 v.

---

[1] Vielleicht sollte Urban ihm beistehen in jener Br. 407 erwähnten Angelegenheit.

[2] Die Insassen des Kreuzklosters bei Gotha.

[3] Er galt dem Mutian stets für verdächtig. Vgl. Br. 425 S. 84 Anm. 1.

[4] Freund und Gönner des Präpositus vom Kreuzkloster. Vgl. Br. 212 S. 289 Anm. 2 u. 3 u. a.

[5] Eine scholastische Abhandlung.

[6] Näheres über sie ist nicht bekannt.

[7] Damit der Abt ihn in Erfurt beliesse. Vgl. Br. 385 S. 45 u. Br. 407.

[8] Famulus Mutians. Vgl. Br. 374 S. 33 Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/93

430. M. an Urban. (Gotha 1514. Vor 14. September).

Mut. teilt etwas aus dem reichen Inhalte des Briefes von Engellender mit und frägt, was Herebord von der Marthen und die Erfurter Gemeine mache.

Henrico Urbano.

S. Cesar Tabernarius[1] heri mihi reddidit Engellendri[2] literas plenas officii et amoris erga me. Inter alia, imo post multa, sic ait: „Preterea nunc in orbe mirabilia nunciantur, maxime de Ungarie crucigeris[3], qui nobilibus, ecclesiasticis omnique potentatui magnopere sunt infesti, episcopos, barones nobiles et quoscunque repererint, palis transfigentes, miserabile visu. Multiplicati sunt super numerum 60 milium, nec est, qui furori resistere possit. Ex aliis eciam regionibus varia et meticulosa deferuntur. Magna namque cum tempore et maiore his[a], proch[b] dolor, intelliges.“ Hec sunt verba amici nostri, cui magne res geste et gerende non possunt non esse notissime, utpote magno[c] cancellario et viro clarissimo Pax et ocium sit nostro seculo. Diu tamen abesse cleri interitus fata non permittunt. Astra minantur aliquid. Episcopus Herbipolensis in extremo est periculo. Quid habes de Herebordo et vestra[4] republica?[d] Hassia[5] tumultuatur et male regitur a femina. Vale.

Handschriftl. F 375 fol. 243 r — 243 v. Gedr. b. Tz S. 181 — 182 *con* Cesar Tabernarius *bis* a femina.

[a] *Fehlt bei Tz.* [b] *Tz* proh. [c] *Tz* cancellario magno. [d] *Tz* reipublica.

---

431. M. an Urban. Gotha 1514. September 14.

Mut. hat vor, dem Campegus für seine Zusendung zu danken und bedauert, dass der Pforzheimer Bote bei ihm nicht vorgesprochen. Der Mieter in Erfurt solle 20 Gulden zahlen, der Bevollmächtigte aber seines Amtes enthoben werden. Er glaubt in der Pfründenangelegenheit am Mainzer Hofe Unterstützung zu finden und wünscht, dass Caesar Tabernarius seinen Weg über Gotha nehme. Schliesslich erzählt er, wie die Grabschrift auf den Landgrafen von Hessen ihn lebhaft beschäftigt und erkundigt sich nach Iustus Menius und Herehord von der Marthen.

Optimo amico Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Fecit mihi Campegus[6] pergratum, quod indicem librorum amanter, ut solet, diligenterque procuraverit. Ego adductus illius Rufi[7] tabellionis benevolencio rescribam et gratias agam animo gau-

---

[1] Ein auch im nächsten Briefe genannter Bote. Die Randglosse in der Frankfurter Handschrift nennt ihn Kaiser von Taverstat.

[2] Zuerst hessischer, dann mainzischer Kanzler. Vgl. Br. 119 S. 164 Anm. 3.

[3] Vgl. Br. 413 S. 73 Anm. 1 u 419.

[4] In Erfurt gährte es noch immer.

[5] Vgl. Br. 413.

[6] Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.

[7] Für Pyrrhus oder Burrhus, wie er sonst heisst.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/94

denti et libenti, ut absolutum se (peccavit enim) letari possit. Non huc venit Phorcensis adulescens[1], alioqui Publius tuam manum imitando effinxisset. Cum Tito Mario[2] transigas. Vellem haberemus XX, ut meo presidio emerem donum nuptiale argenteum videlicet et quidem preciosum carchesium. Suspicor inquilinum daturum verba. Sceleratum Schilonem[3] submovebo teque substituam in eius locum. Iterum postulo rationem villicacionis. Veh tibi, Schilo! Scripsi ad Eobanum inclusis Campegi literis, quandoquidem hic illum laudat. Primarias[4] quo vertam, nescio. Potiores obtinebunt potiora loca, quamvis et mee dignitatis rationem habituros puto fautores aulicos. Lege cancellarii[5] literas et redde cum aliis. Nihil de hoc Engelmanno[6] dicas. Ambiet et sibi. Sed ego non alienis indagabo vestigiis. Meam provinciam curabo, fortuna sit domina campi. Cesarem Tabernarium[7] admoneas, ut facturus iter me inter eundum visat. Vel si alium habes nuncium fidum, dicito. Valde occupavit me proximis diebus epithaphium[a] principale[8]. Tanta domina quid non impetraret eciam a Xenocrate et frigido philosopho? Si placuit Iulio Cesari et Marco Antonio imperatoribus regina Egypti Cleopetra[b], Alexandro Thalestris, an non mihi placeat bellicosa Semiramis? Extra iocum. Ita blanditur, ut vides. Blanditur autem, ut me amare videatur. Intelligo, non desum occasioni.

Ich vberschick in ire eigen hant,
Mein underthenick willig pfandt.
Sie verließe ader gewyn,
Die grosmechtige lantgrafin,
So ist mein dinst allezceit bereith
Und itzt gantz zirlich ausgespreit.

Facito, ut sciam, quid agat Herebordus et ubi degat Iustus Menius[9], et saluta Urbicum[10].

Ex Gotha. Duodevicesimo Calendas Octobres XIIII.

Handschriftl. F 401 fol. 255v—256r. Gedr. b. Tz S. 188 *von* Valde occupavit *bis* desum occasioni *und von* Facito ut *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* epitaphium. [b] *Tz* Cleopatra.

---

[1] Noch Br. 434 genannt. [2] Vgl. Br. 427. [3] Vgl. Br. 427. [4] Vgl. Br. 419. [5] Engellenders. Vgl. den vorigen Brief. [6] Mainzer Küchenmeister in Erfurt. [7] Vgl. den vorigen Brief. [8] Vgl. Br. 401. [9] Vgl. G L Schmidt. Iustus Menius. Gotha 1867. Der Reformator Thüringens war ein Neffe Mutians, wie aus seinem Briefe an Fr. Myconius vom 24. Juni 1525 (nach einer Abschrift im Cod. Goth. chart A. 1048 gedruckt in der Zeitschrift des Vereins für thüringische Geschichte und Altertumskunde. Neue Folge. 2. Bd. S. 246—247) hervorgeht, und scheint sich der lebhaften Unterstützung und Förderung seitens des Onkels erfreut zu haben. Immatrikuliert wurde er Ostern 1514 als Iodocus Menigus de Fulda, Bacularius das Jahr darauf. [10] Früherer Diener Mutians.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/95

432. M. an Herebord von der Marthen. (Gotha 1514. September 17).

Mut. gratuliert dem Herebord von der Marthen zu seiner neuen Stellung als Erfurter Grosssyndicus und knüpft daran väterliche Ermahnungen.

Herebordo Margarito iurisconsulto, senatus Erphurdiensis patrono.

Exurge, domine pater omnipotens, ęternę Deus, et nove fęlicitati familie Margaritane propitius aspira, quandoquidem tui numinis nutu non solum dantur, sed eciam conservantur honores perpetui. Herebordus meus non subito clarus, quia summo genere natus et consilio atque authoritate prestans ex claro iuris professore clarissimus evasit senatus populique Erphurdiensis defensor[1] et quidem in ipso iuventutis flore. Gaudeat urbs nobilissima tali prole ornata talique munita presidio. Exultent studiosi tantum audituri doctorem, qui ius, quod doceat, usurpacione rerum agendarum assequatur. Ego propter privatam necessitudinem et singularem erga te benevolentiam meam unice tuis gratulor et sublatis ad celum manibus prospera tibi secundaque precor et affectus leticia quasi gestiens exulto. Cuius rei testande gracia te hortor, ut memineris istam tuam gloriam sine constantissima fide et innocencia cultuque pietatis neque solidam fore neque diuturnam. Quare sic patrie studeas, ut ab officiis ac religione non recedas. Pluris boni faciunt honestissimum et amantissimum patrie civem quam gloriosum rabulam. Vale.

Handschriftl. F 405 fol. 258r.

---

433. M. an Urban. (Gotha 1514). September 17.

Mut. berichtet über sein Gratulationsschreiben an Herebord von der Marthen, bespricht die Bedingungen, unter denen der bisherige Erfurter Mieter wohnen bleiben darf und billigt Urbans Ansicht über das Collegium Eisenachorum. Von Erfurt her hofft er auf keine Unterstützung in seiner Bewerbung um eine Pfründe.

Urbano bene docto Musarum patrono.

S. Gratulamur[2] Herebordo in novo illius splendore glorie, non tamen sine admonitione, ne sero tandem et cum periculo suo sapiat. Cautus sit oportet tuendi iuris publici arbiter[a], quoniam quidem multa imminent civitati mala. Id autem prudenter senatus, quod hunc habere maluit quam alienigeni sanguinis aut nothum aliquem, ut ante, causidicum. Deus assit amico, sive ἔκδικος sive σύνδικος sive πρακτικός sive patronus sive defensor sive procurator appellabitur. De Tito Mario

[a] *F* arbitrer.

---

[1] Der Vorgänger des Herebord von der Marthen in diesem Amte war Bobenzan, welcher am 24. Mai 1514 hingerichtet worden war.

[2] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/96

sic habeto ratum futurum, si dederit pecuniam[1], tuum placitum, modo salva maneat post illius interitum Mutiorum memoria. Nam nisi hunc fucum supersticionis curaverimus, male audiemus. Sequentur enim sanne et opprobria procatiorum. Quod scribis de collegio Eisennachorum[2], verius est verimonia. Ego tamen non eum solum proposui cancellario[3] locum, sed et aliud quoddam diverticulum. De Erphurdia vero nihil spei defiximus, tum quia Engelmannus sibi providebit[4], tum quia magni magna consectabuntur. Mee parvitati satis est tueri modicis opibus beatam tranquillitatem. Vale.

Die Lamperti.

Handschriftl. F 403 fol. 256v.

---

434. M. an Herebord von der Marthen. (Gotha 1514. Kurz nach 17. September.)

Mut. tadelt den Herebord von der Marthen wegen seiner Habsucht und seines ungehörigen Benehmens gegen den mächtigen und einflussreichen Küchenmeister. Auch ermahnt er ihn für Hessus zu sorgen und mit den Eberbachs sich auszusöhnen.

Generoso et celebri iuris utriusque consulto Herebordo Margarito, patrie patrono suo benevolentissimo, Mutianus Rufus.

S. Etsi in ea natus es familia, que diu floruit[5] et hodie se laudibus illustrat, ita educatus a patre magnifico, ut alienum a sordibus te esse deceat, ita doctus, ut singularis professor iuris habeare, ita denique cognitus, ut boni cives te bene gesturum rem publicam ac fideliter patrocinaturum patrie arbitrentur et predicent[6]. De qua tua gloria nuper tibi pro amore nostro gratulabar[7]. Amicum enim me fuisse et esse et futurum existimes velim. Cum tamen superioribus diebus quidam Phorcensis[8] scholasticus a me literas[9] acciperet scriptas ad doctissimum illum Capnionem et rogaretur de scholis et magistris Erphurdiensibus, (audierat enim Cononem[10] philosophum) respondit sub-

---

[1] Vgl. Br. 431.

[2] Man ist versucht an ein Collegium der Universität Erfurt zu denken, doch gab es daselbst ein solches unter diesem Namen nicht.

[3] Wohl Johann Engellender gemeint.

[4] Vgl. Br. 432.

[5] Vgl. Br. 111 S. 152 Anm. 3.

[6] Hier ist der Nachsatz ausgefallen.

[7] Vgl. Br. 432.

[8] Vgl. Br. 431.

[9] Dieser Brief ist nicht erhalten.

[10] Zweifellos ist er identisch mit dem Joh. Köne de Nuendorff unter den Magistern des Jahres 1509 und dem Joh. Kun de Nuendorff, welchen der Liber rationum fol. 114r unter den graduierten Juristen des Eberbach'schen Rektorates (Sommer 1512) erwähnt. Die Studentenmatrikel (Akten der Erfurter Universi-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/97

acida quedam et acerba negocia fecisse stomachum preceptori suo. „Estne Conon ille tuus doctor," inquam, „qui uxorem duxit Zonariam, propinquus[1] videlicet clari hominis Engelmanni coquinarii?" „Ita," inquit. Postea vero interiecto quadriduo, cum de sanctuario domum redirem, salutavit me obiter unus exulum[2] et deplorata communi miserorum sorte cepit de Margaritis et presertim de te loqui. Audivi, ut soleo, patienter. Inter alia narravit Herebordum, novum syndicum, nimis amare pecuniam. „Hoc" inquam, „vulgare vicium est causidicorum. Ideo rubra tyara insignitus, ut sine nota peculiarem substantiam inaugeret. Deinde subiunxit te oppugnare fortunas Cononis. Mirabatur ille et abiit, quod item ego miror. Quid tibi cum sordibus et avaricia? Aurum multis multa suasit perperam Succedis duobus mali fati advocatis[3]. Atque utinam feliciter eorum virtutes, non eciam rapacitates et sordes vere illiberales tuaque gente et te indignas emuleris! Adhibe modum illum Ulpiani nostri de captandis vel honorariis vel xeniis[4]: „Nec omnia nec passim nec ab omnibus." Ad hanc libellam te revoco. Sed illud me magis conturbat, quod Engelmanno et suis molestus fuisti, viro Moguntino summeque tum benevolentie erga te tum eciam prudencie. Sive ergo causam egisti publicam iussu decurionum sive iratus peccasti, peto a te, ut amicissimo et bene merenti coquinario te purges et in perpetua gracia et fide Martini consistas, cuius gladium pater gerit[5] ad malorum penam et bonorum presidium.

Exploratum mihi est non minus posse te quam velle nostri ordinis hominibus prodesse, sed fortasse misera iuris peritorum et nimia diligencia facit te alienum a nostris. Non offendaris hac mea veritate. Non malevolencia te obtundo, sed amice corrigo. Nolim enim dicant viri docti Herebordum insolentis esse nature, ut gignas tibimet ipsi aut contemptum aut invidiam. Esto comis et affabilis et humanus. Ipsa ne Suada quidem rectius tibi suaderet. Eobanum[6] adiuva, ut obtineat

---

tät. Hrsgg. v. H. Weissenborn II. Th. S 222) führt in der Zahl der Sommer 1501 Immatrikulierten einen Johannes Kün de Moguncia (? Limwendorff) auf. Man darf in ihm wohl dieselbe Persönlichkeit erkennen und das zweifelhafte Limwendorff als verlesen aus Nuendorff hinstellen.

[1] Beide stammen auch auch demselben Orte.

[2] Viele exilierte Erfurter Patrizier hatten ihren Wohnsitz in Gotha genommen.

[3] Henning Göde, welcher aus Anlass des Gemeineaufstands 1509 geflohen, und Bobenzan, welcher vor kurzem hingerichtet worden war.

[4] Digesta I. 16. 6.

[5] Als Vicedominus.

[6] In seiner Stellung als Grosssyndicus und zugleich als Professor konnte er an massgebender Stelle für Hessus viel wirken.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/98

lectionem perpetuam cum stipendio, philosophos tueare. In hac quoque re mihi velim, si potes, obtemperes, ut Aperbacchis affinibus[1] faveas. Ego ita sum ingenuus, ut quos semel in album amicorum recepi, eos in amore constantissime servem. Id tue dignitati tam re quam verbis faciendum esse existimo. Sed ut ad initium revertar, non temerarius sum aut eversor honoris tui, quod dixi diligentiam iuris peritorum miseram. Extant in Digestis[2] Triboniani titulo de legatis et fideicommissis secundo Scevole verba L. codicillis: „Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo iurisperito rationem animi mei potius secutus quam miseram et nimiam diligentiam.“ Sic vos soletis allegare in vestris contionibus, quamquam inane sit hoc testimonium. Quid ita? Quia non hic anthoritas Scevole spectatur, sed cuiusdam Lucii Titii scriptum, quod elevans interpres legum Florentinus Accursius[3]: „Audi,“ inquam, „stultum testatorem. Non tamen ei prodest stulticia. Ergo non est misera diligentia.“ Hoc tibi placebit, certo scio. Sed mihi videtur Accursius non ob id increpuisse testatorem, sed propterea, que sequuntur, etsi minus aliquid legitime et reliqua. In hunc modum lusitare cum Herebordo meo volui. Vale. Mihi tuus est honor propriis utilitatibus antiquior.

Handschriftl. F 404 fol. 256v—258r.

---

435. M. an Urban. (Gotha 1514. Zwischen 17. u. 26. September).

Mut. will seinen Famulus, der 3 Tage über seinen Urlaub in Erfurt geblieben, lieber auf immer dem Urban zusenden. Derselbe thue überhaupt, was ihm beliebe und kümmere sich nicht um Befehle seines Herrn. Den Herebord von der Marthen habe er wegen des Benehmens gegen Engelmann gescholten.

Solertissimo questori Georgi vallium Henrico Urbano, philosopho, presbytero, amico bene merenti, Mutianus Rufus.

S. Iusseras, ut Publium relegarem[4] in Pontum. Hem, qualis Urbani asperitas! Mitius est agendum. Remittam potius ad te, amatorem suum. Ita solutus est amasius tua bonitate et indulgentia, ut Rufum contemnat tecumque vivere destinet. Nam nisi sic esset, non isthic triduo continuo mansisset nulla penitus culine ratione habita, ut mirum mihi videatur, cur potueris servum hoc pecus tam diu soluto freno vagari pati et deesse suo ministerio. Tuus sit igitur, quando meus esse recusat. Neque enim fero, qui duobus dominis contra prescriptum evangelicum sive suapte natura sive aliorum suasu servit. Quid multis?

---

[1] Vgl. Br. 419.
[2] Digesta XXXI. 88. 17.
[3] Einer der berühmtesten Glossatoren aus dem 13. Jahrhundert.
[4] Wegen seines allzulangen Verweilens in Erfurt. Vgl. auch Br. 423.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/99

Aut pessimus puer est aut omnium stultissimus. Que precipio, non facit, que veto, facit moribus omnino preposteris. Responde. Obiurgavi[1] Herebordum, sed prudenter. Hoc velim dicas amico vicino[2]. Quod nonnullos taxavi et interim corrigo, ad te magis pertinet quam ad me. Timeo enim tibi utpote nimis credulo. Vale.

Handschriftl. F 411 fol. 260 v.

---

436. M. an Campegus. (Gotha) 1514. September 26.

Mut. setzt die Gründe für die Unterlassung der Korrespondenz mit Campegus auseinander und versichert ihn seines ungeschmälerten Vertrauens. Hessus sei ein trefflicher Dichter, Herebord von der Marthen ein tüchtiger Jurist geworden. Der Adressat solle auch fernerhin Rechtschaffenheit mit lateinischer Eleganz verbinden.

Caro suo Campego[3], tabellioni bene literato et officii pleno, Mutianus Rufus.

Si commode[a] vales et fortunas auges et utiliter in forensibus negotiis versare, bene est. Me honeste quietis et tranquillitatis animi non penitet. Fruor enim Dei cultura securus rerum agendarum et addictus legendi scribendique studio temporum horum inclinaciones et hominum levitatem singulari constancia et egregia quadam gravitate contemno. Tu amoris fiducia vehementius officium epistolare desyderas. Cuius rei testande gratia, tanquam oblivione necessitudinis nostre meeque in te benevolentie taceam, sepius interpellas et quamvis amanter et lenibus verbis, tamen me quasi cessantem atque in diligentem obiurgas. Annon vides, quantis simus itineribus discreti, quam sit lubrica fides eorum, qui inter nos discurrunt, quantum subolescat periculi et molestie ex literis paulo liberius exaratis, ut peritissimi Pythagoricum silentium custodiant, ut diserti ad infantiam, fortes et boni viri ad desidiam ac solitudinem revertantur? Aut igitur mirari desine, cur abditus in bibliotheca conquiescam, aut tabellarium para fidelissimum, cui tuto et grata et optata, adversa et acerba, iucunda et fausta, breviter omnia credamus. Qua ratione, qua providentia utemur, ne nos novi homines et barbari derideant? Scriptis credo obsignatis. Sed eo venere mores, ut philosophorum epistole passim resignentur et velut alieni et nothi filii exponantur tanto sceleri impunitate data. Terrent cautissimum quemque sua experimenta et tu multa legisti, multa audivisti et sepissime preceptum est a sapientibus

[a] *F* comode.

---

[1] Vgl. Br. 334.

[2] Dem Nicolaus Engelmann; der Georgenthaler Hof nämlich grenzte an den Mainzer Hof.

[3] Pyrrhus. Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/100

et memorie proditum nihil esse silentio tutius. Proponis mihi Urbanum. Urbanus non est nuncius. Ostendis alium nescio quem rabulam. Non audio neque audeo. Quid est nimia credulitas nisi stulta vilitas? Fide carent sanguisuge et repulsa notandi notarii. Sugunt, lambunt, sorbent sanguinem pauperum. Istisne dabo literas ad te? Certe non dabo. Itaque fer equo animo taciturnitatem meam, cum probe scias te a me diligi meque tibi favere, te animo benevolentissimo atque amicissimo complecti eciam longe diuque absentem. Perficiam nihilominus, si cursorem aliquem idoneum providentissimus pater Urbanus obtulerit, ne frustra scribendarum literarum admonuisse nos arbitreris. Hessum meum tantopere a te probari[1] gaudeo. Carmen est iucundissimum, legitur, amatur. Est aliquid, si verum scire vis, Eobanus, inter Nasonem et Baptistam Mantuanum medius[2], sed priori adeo proximus, ut nescias, propriisne ambulet an Ovidianis pedibus. Herebordus noster floret in nobilissima patria. Nuper ornatus est nova dignitate[3], factus scilicet publicus advocatus, vel, ut grece loquar, πρόδικος sive ἔκδικος. Latine vero dici potest tuendi publici iuris arbiter, patronus senatus, defensor reipublice et, ut vulgo iactatur, magnus syndicus. Pulcherrimus titulus, nisi presideret perturbate civitati. Doctus iuvenis et audax et nostri amantissimus. Paulo ante donatus professione iuris pontificii. Adiuvat eum familie claritas, paterna gloria, splendor recti studii. Eobanus celesti ingenio preditus mansuetiores Musas popularibus ornamentis anteponit et solidam mansuramque famam, non unius civitatis rumusculos aucupatur. Uter eorum laudatior sit et prestantior, tui sit iuditii. Ego ambobus propitium Deum et prospera secundaque comprecor. Digni sunt enim, quibus letior fortuna perpetuo aspiret, quanquam causidico magis timenda sit quam poete ultrix superborum diva Nemesis.

Bene valeas et a fori artibus probitatem, ab illiteratis tabulis latinam elegantiam cave seiungas. Id ipsum ad instituta boni viri, boni scribe pertinet. Facturum scio. Ideo te mihi amicum, imo vero amicissimum putabis.

VI Calendas Octobres MDXIIII.

Tuus est Mutianus, cuius officium salva securitate nunquam tibi deerit. Est enim opera et industria nostra, uti nosti, amicorum.

Handschriftl. F 399 fol. 253v—254v.

---

1 Vgl. Br. 431.
2 Vgl. Br. 412.
3 Vgl. Br. 431. 432.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/101

437. M. an Urban. (Gotha) 1514. September 26.

Mut. bespricht die Mittel und Wege, um seinen Famulus Publius vor der Vermögensschädigung durch seine Mutter und seinen Stiefvater zu schützen.

Suavissimo nostro Urbano, philosophia et sacerdotio insigni economo, in secula seculorum amen, Mutianus Rufus.

S. Salutavi Campegum[1], sed non ab re. Nam iussi, ut nostri Adami Publii[2] literas a me dictatas patruo illius redderet et remitteret responsales. Bonus ephebus fraudatur hereditate paterna astu matris, dolo vitrici. Nam bona Adami et fratris deducenda erant et seponenda ante secundas nuptias[3]. Itaque tu quoque, que tua prudentia est et fides, voluntas, humanitas, benevolentia, consulere fortunis Adami debes et hoc modo tutari facultates hereditarias. Primum sic Campego: Nosti et, puto, vidisti in edibus mee procuracionis Adamum Publium, quem ego Mutiano utpote probo probum commendavi. Is habet Herbipoli patruum, a quo consilium petit. Effice tu, ut patruus nepoti respondeat et literas illius ad me mitte. Deinde ad patruum teutonice scribas in summa, das er helffe vnd vorfuge, das Adam vnd sein bruder von der mutter vnd dem stieffvater abgesondert werden, damit ir habe nit vmbbracht vnd auff die ander kinder, die stifbruder, gegen vnd an recht gewant werde rel. Ita facito, ut via paretur ad tutelam. Nam vere proximo, imo in quadragesima, adibit eum Adamus ut cognatum optimum. Tunc favente Deo Engelmannus et ceteri fautores dabunt literas commendaticias. Nisi enim mater, luxuriosa femina, primis filiis materna pietate prospexerit, irascemur, asperius agemus et ab eadem tam re quam verbis erimus alieni. Vale.

VI Calendas Octobres MDXIIII.

Handschriftl. F 113 fol. 85r—85v.

---

438. M. an Urban. (Gotha) 1514. September 26.

Mut. betrachtet es als sein gutes Recht, einen ungehorsamen Diener zu strafen, wenn auch Urban wegen der harten Worte über jenen ihm böse sei. Herebord von der Marthen scheine es mit aller Welt zu verderben.

Amicissimo Urbano, viro compositissime sapientie, sed et auri avidissimo[4], Mutianus Rufus.

S. Doles et stomacharis paucis stimulatus vocabulis[5]. An litere dentate sunt aut aculeate aut infesto mucrone aut preacuta cuspide

---

1 Pyrrhus. Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.
2 Seines Famulus. Vgl. Br. 350 S. 10 Anm. 1.
3 Vgl. Br. 407.
4 Mut. tadelt mehrfach den Geiz Urbans, z. B. Br. 393 S. 54.
5 Wahrscheinlich über Br. 435.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/102

horrentes? Minime. An ignoras antiqua Mutiani instituta? Credas solere, que sentiat, proferre; suapte natura constans, ad tuam et aliorum mutabilitatem, ne dicam levitatem, interim aliquid remittens vel addens iuditii. Non poterit, mi Urbane, hodie probum agere Publius, cras sceleratum Nonne alius Schalbus[1] de momento in momentum? Non idem Democritus intrat et exit flumen. Ego castigabo istos meos, quoad licebit. Schalbum non recepi. Futurum tempus invenies, non presens, non preteritum et quidem sub condicione. Sed hec nugalia sunt et more foliorum decidua. Hallensis[2] Herebordum insolentie et impietatis arguebat. Obstupui. Unde tam feri mores? Offendit Engelmannum[3]. Ledit Cotionem[4]. Cui tandem parcet illa petulans et effrenata licencia? Nolo reddas meas ad eum literas[5] Nihil proficimus corrigendo. Ego sum amicus constantissimus, ut supra dixi, quantum in me est. Canem tamen moverit, qui mihi bilem. Latro, mordeo, prodo fures et latrones. Interdum tituli[6] memor dormio tranquillus. Tu purgas et diluis omnia, nunquam petis veniam. Ego do et peto et me totum tue fidei trado. Vale.

VI Calendas Octobres MDXIIII.

Handschriftl. F 409 fol. 259 v – 260 r.

---

439. M. an Urban. (Gotha) 1514. September 28.

Mut. meldet, dass sein Erfurter Bevollmächtigte zwar endlich eine Zahlung gemacht, dieselbe sei jedoch qualitativ und quantitativ ungenügend.

Henrico Urbano suo charissimo Mutianus Rufus.

S. Hodie Schilo misit ad me regestum[7] et parum pecuniolę vilioris monete: hallenses[8] et leonellos. Non in universum liberavi eum, sed tantum testatus sum chirographo, quantum acceperim. Videbo et tecum consilium communicabo. Vale et ama bonos.

Hoc mihi sufficit.

Profesto divi Michaelis anno MDXIIII.

Handschriftl. F 412 fol. 261 r.

---

[1] Vgl. Br. 294 S. 381 Anm. 1.
[2] Georg Osmunde de Hallis. Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.
[3] Vgl. Br. 434.
[4] Johann Sömmering. Vgl. Br. 205 S. 281 Anm. 1.
[5] Vgl. Br. 434.
[6] Beata Tranquillitas, der Inschrift über seiner Thür.
[7] Mut. hatte in kategorischer Weise Abrechnung verlangt. Vgl. Br. 421.
[8] Hallenser- und Löwengroschen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/103

440. M. an Urban. (Gotha 1514. September (?).)

Mut. teilt seine und des Hessus Verse an Reuchlin mit.

Henrico Urbano Mutianus.

S. Cum alia, pater sancte, tum hec astricta[a] numeris poeta[1] noster ad doctissimum Capnionem scripsit:

„Monstrorum domitor, toto Iove natus ab orbe
Nobile virtutum premia nomen habet.
Gloria Capnioni non est minor, ille nec hydra
Nec reliquis vicit monstra minora feris.
Qualia iam nemo querit, nisi forsitan esse
Incipis ignotus, bardocuculle, tibi.“

Nihil, mi Urbane, concinnius, sonantius, festivius fingi potest. Nostre vene modulus longe tenuior erogavit insequentia:

Hactenus imposuit ficta gravitate Catonis,
Non poterit populo nunc dare verba magus.
Debita Capnioni laus inviolata manebit,
Sed tua, quam simulas, gloria, barde, iacet.
Ceu Nemesis subito tetigisset sydere linguam,
Infans perpetuo non blaterator eris.

Habes igitur Hessum et Rufum. Accipe glossam. Iove natus: Hercules alexicacus, Musagethes, Melampygus, monstorum domitor. Subito sydere: Apoplexia. Cetera sunt cognitissima.

Handschriftl. F 407 fol. 258v—259r. Gedr. b. Tz S. 188 *von* Cum alia *bis* bardocuculle, tibi.

[a] *Tz* adstricta.

---

441. M. an Urban. (Gotha 1514. August oder September).

Mut. erklärt in einem Rechtshandel bei seiner anfänglichen Meinung zu verharren und verteidigt sich in scherzhafter Weise gegen den Vorwurf des Misstrauens. Gegen Nithard und Burensis könne Spalatin nichts machen. Urban möge energisch die Interessen des Freundes wahrnehmen. Osius sei bieder und brav, Publius habe sich gebessert.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Mi pater et quia libertatem tibi dedico neque manumitti volo, mi domine. Osimondo[2] dicendum erat, quod nullis epistolis exprimi

---

[1] Eobanus Hessus. Der Brief ist nicht erhalten, wohl aber die hier angeführten Disticha, welche im Hymnus paschalis (erschienen 1515) abgedruckt sind. (Vgl. Krause. E. Hessus I. 175). Mutian hatte Mitte September an Reuchlin geschrieben, (vgl. Br. 434) vielleicht hat er damals auch einen Brief von Hessus übersandt.

[2] Vgl. Br. 414 S. 74.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/104

poterat. Nam singula verba retractabas re ipsa preterita, quasi in garrulitatis palestram descendissemus. Neque timebam, quem Cotio[1] legavit ut fidum, tu habeas carum ut convivam. Utcunque sit, non muto, non nuto, sto ut ante tutor bonorum, vindex Musarum et sancte consciencie amator. Deo gloria eternum. Quod autem me minus credulum[2] dicebas, ob id candide et simpliciter in legalem creditoris personam lusimus:

Credulus Urbanus dicit: „Non credis amico."
Vera nimis: pauper credere nemo potest.
Divitis est flavos oranti credere nummos,
Est fortunati creditor officii.
Sed qui causidicis sua vel se credit avaris,
Cerbereos tandem sentiet ille dolos.

En quo perventum est? Tu iubes, ut Nythardo[3] calcar addam, Petreius vero ut Burensi[4] ex Fridislaria vellicem auriculas. Ah, miserum Spalatinum! Amisimus XXX aureos. Nunquam mittetur diploma. Tanta est Burensis authoritas in urbe, ut cum omnia fere possit, nihil tamen alienis accommodet. Actum est. Vale et curam adhibe villicationi et quid mihi agendum sit, prescribe. Citaciones et sigilla et tricas et nenias tabellionum tu procura et sine me philosophari.

Philippus Osius[5] videtur esse sanctus et religiosus. Adamus[6] fit officiosior. Ante non talis fuit. Castigabo et tamen adiuvabo, quantum in me[a] est.

Handschriftl. F 416 fol. 262 v.

[a] *F* m.

---

442. M. an Herebord von der Marthen. (Gotha 1514. Ende September.)

Mut. bittet den Herebord von der Marthen, sich für Hessus um eine Professur in Erfurt zu bemühen und in der Heiratsangelegenheit demselben mit Rat zur Seite zu stehen.

Iuris peritissimo domino Herebordo Margarito, patricio et advocato Erphurdiensi, amico celebrando.

---

[1] Johann Sömmering.

[2] Mutian zeigt sich in der That öfters misstrauisch.

[3] Der Erfurter Präpositus am Marienstift sollte sich wegen Spalatins Diplom bemühen. Vgl. Br. 414 S. 73—74.

[4] Mich 1492 wurden Iohannes und Bernl ardus Bueren de Fritzlaria in Erfurt immatrikuliert. Weiteres habe ich über den Namen Burensis nicht ermitteln können.

[5] Ein mehrfach erwähnter Diener Urbans.

[6] Publius. Ueber sein Verhalten vergl. Br. 423, 435 u a. m.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/105

S. Scripsi[1] ad te pro delitiis nostris Eobano Hesso et amoris fiducia quasi postulavi, ut spectata tua apud primores authoritate et gratia impetrares optimo poete perpetuum in gymnasio salarium. Retrahitur ille ab humanissimo suo presule[2] ad Bructeros, gentem feram et oppido barbaram. Legi literas mira benignitate miraque benevolencia refertas. Sed ego poete nostri optatis et voto favens utile futurum et decorum universitati studiosorum existimo, ut Erphurdie retineatur. Nam ex eius schola multi prodibunt iuris auditores et presertim, quo duxeris, sequaces. Nequc id incredibile, cum tu ornator legitime et canonice sapiencie limatius quam priores profitearis. Pauci sophistarum in montem ascendunt. Venient autem ad iuris interpretes plurimi auditionis poetice et humanitatis candidati. Veniet eciam Eobanus navabitque iuri operam. Fac igitur, ut per te, amicissimum virum et primarium doctorem, voti compos fiat. Instituatur lectio humanioris politiorisque doctrine cum eterno stipendio. Invoca Leonem[3] tuum, mathematicorum principem, allice veteres ex philosophastris amicos et persuade illis, ut usui dignitatique scholasticorum prospiciant. Quod si nonnulli refragabuntur, (mussant enim plerique facultates deesse erario literatorio tanquam exhausto et inani) tunc effice, ut Moguntini et consules[4] repente imperent dicendo: Volumus et iubemus, ut sit qui latinas literas optime doceat inter tot confusas et insulsas lectiones. Nemo erit, Hereborde, tam lividus, quin tibi gratias acturus sit ingentes. Te bonum civitatis ecdicum[5], te bonum patricium, te bonum doctorem appellabunt agminatim docti et indocti. Id etiam atque eciam a te peto minime petiturus, si aut laboriosum tibi aut inutile videretur. Erit autem poeta sincerus fidelissimum in diario tuo nomen. Bene feliciterque valeas. Cupit eciam uxorem ducere.[6] Ducat tuo auspicio ditissimam viduam. Advocabis Eobanum et dicas velim: Amice, suffragabor tibi, tum quia meus es teque probe novi, tum quia Mutianus instat et urget tui meique honoris amantissimus. Ego, mi Hereborde, non possum te non admonere. Id amoris sit et certi iudicii. Perspicio enim propter nativum acumen et si non abdi-

---

[1] Vgl. Br. 434 S. 92 93.

[2] Hiob von Dobeneck. Er hatte in Erfurt studiert, laut Notiz in der Studentenmatrikel zu Mich. 1476: Frater Iob von Dobenneck ordinis theutonicorum (späterer Zusatz: episcopus Rißeburgensis in Prussia). Hessus war von ihm reichlich mit Hilfsmitteln zum Studium der Jurisprudenz ausgestattet worden, hatte aber bald dasselbe aufgegeben.

[3] Vgl. Br. 346 S. 6 Anm. 5.

[4] Die Vertreter des Mainzer Erzbischofs und die Erfurter Ratsherren.

[5] Vgl. Br. 432 u. 433 S. 90—91.

[6] Vgl. Br. 427 S. 86.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/106

tissima, longe plura tamen quam ceteri. Itaque non te offendat asperitas, lenitati vero et blandis precibus acquiescas. .

Handschriftl. F 417 fol. 263r—263v.

---

443. M. an Eobanus Hessus. (Gotha 1514. Um Michaelis.)

Mut. hat von Petreius einen satirischen Dialog erhalten und teilt Einiges daraus mit. Die Altertümeleien, von denen auch Tilonin ein Freund, seien mit Recht zu verspotten. Hessus solle nur Ernst mit dem Heiraten machen.

Suo Aelio Eobano Hesso Angelopyrgio[1], cignigero, Musarum vindici, poete dulci, canoro, ęterno, Mutianus Rufus.

S. Dialogus Osci et Volsci[2], quem ex urbe Petreius ad me misit, aspere tractat antiquarios cacozelos, qualis erat Tiloninus[3]. Perlegi et fuit ipsa lectio iucunda. „Apostolum," inquit Volscus „occupatissimo noctisurgio incursim, celatim, perfestinatim, saltuatim, velitatim conscribellavi[4]." „Salve pancratice prosperiter, basilice, athletice ac faustiter et me ama mutuiter atque amiciter[5]." Vides, Eobane, quam sint ista ridenda. Sunt tamen plerique, qui talia mirentur et probent. Ego taliter mangonizata non emerem titivilicio[a], et tu Ciceroni et vere eloquencie accedis. Unum tamen admoneo, ne orthographiam negligamus. Nam scribimus cygnus, scribendum est cignus et reliqua. Vale et profugum cignum nuptialibus[6] pedicis obliga. Uxorem vates iam tibi, cigne, dabit. Prodeat sponsa. Cleopatram et Metram missas facito. Sanctum est legitimum vinculum.

Raptim, cum oblatus esset gratuitus cursor.

Handschriftl. F 418 fol. 263v.

[a] *F* titilivicio.

---

[1] Bewohner des Engelsburg.

[2] Mir ist eine Melanchthonsche Ausgabe davon bekannt geworden. Sie befindet sich in einem Sammelbande von Inkunabeln auf der Wolfenbütteler Bibliothek: Osci et Volsci | dialogus lu | dis romanis actus. 9 Bl. 4⁰ s. a. e. l. In der Anshelm'schen Offizin gedruckt. Vorausgeschickt ist dem Dialoge ein Widmungsbrief Melanchthons an den Grafen Hermann von Neuenaar. Der Graf hatte das Buch aus Italien mitgebracht und an Reuchlin geschenkt, dieser aber es dem Melanchthon zum Druck übergeben.

[3] Vgl. Br. 245 S. 322—323.

[4] Zitat, nach fol. Bv der obigen Ausgabe; „et ante eotino" fehlt zwischen noctisurgio und incursim.

[5] Zitat, nach fol. B 3 v.

[6] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/107

444. M. an Urban. (Gotha) 1514. (Nach 3. Oktober.)

Mut. übergiebt dem Urban die Rechnungen Schils zur Prüfung und bittet ihn, in Zukunft die Verwaltung der beiden Pfründen zu übernehmen. Er warnt vor Cerberus ebenso wie vor Musardus und will beim Abte alles besorgen.

Solertissimo questori Georgivallium Henrico Urbano, amico minime gregario.

S. V Nonas Octobres rediit Georgius Schilo et attulit septimam, qua me fraudare voluit, sexagenam[1]. Scripsit enim numeratam fuisse fraude insigni usus sive sua sagacitate sive suasu patrii. Ego procurationem Martini neque ratam neque gratam habeo, nisi tu, ut quiescam, censueris. Lege et relege raciocinia et consule simplici Mutiano. Tu enim sagaci es ingenio et, peritus paterfamilias. Eadem cura mea tractes velim, qua tua nomina. Si bene te novi, curiosius expedies, ut es reverentior. Cato interrogatus, quis esset certissimus questus, respondit: „Si bene pascas.“[2] Ego vero questuosissimum esse puto, si tempore suo, non sero, debitum cogitas. Tuere, quoad poteris, vectigal regni nostri et, ne eadem sepius dicantur, duarum in curam ararum[3] emolumenta et reditus accipe et esto in me, uti consuesti, fidelitate ac benevolentia singulari. Publio veniam[4] dedi. Tu scribe et corrige. Ignoscat tibi Deus, quod introductis Cerberis[5] grandem amicicie labem asperseris. Neque enim recte tibi consulis ideo probandos, quod industrie mercedem non petant. Haha! Ubi tuum est acumen? Quid hoc esse dicam aut quas deorum iras? Norunt et meretrices novis amatoribus parcere et sic est in preceptis amorum Ovidianis: „Partius exigito pretium, dum retia tendis.“[6] Quare mirandum est tibi tam acuto homini rabularam nugas et blandimenta non esse cognita. Ignovi et subrisi, non tamen irrisione subdola. Vide tu, ne fraudi tibi sit ista levitas. Musardus[7] hodie me salutavit. Premonitus esto, ne veluti solis radii in se nubem trahunt, ita tu tibi malum affundas. Ego, ne confundaris, ut salvus et florens istic permaneas[8], procurabo. Par pari refer. Amor erga te meus adhuc durat neque unquam, nisi mihi

---

[1] Vgl. Br. 439 S. 97.

[2] Cicero. De officiis II. 25. 89.

[3] Eine von den beiden Pfründen hatte Mutian bereits seit mindestens 1506, nämlich die „Vicaria S. Liborii in ecclesia S. Mathie,“ welche einst sein Bruder Johann, der Küchenmeister, bessesen hatte. Vgl. Registrum subsidii S. 14.

[4] Vgl Br. 435 S. 93 – 94.

[5] Vgl. Br. 167 S. 236 Anm. 7. Mutian hasste diese Persönlichkeit nebst ihrem Anhange.

[6] Amores I. 8. 69.

[7] Vgl. Br. 425 S. 84.

[8] Vgl. Br. 407. 411. 429.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/108

nasum amputaveris, desinet speroque nihil mihi te villicante defuturum. Vale, Urbanule levicule. Amicis literas redde. MDXIIII.

Handschriftl. F 408 fol. 259r—259v.

---

445. M. an Heinrich Eberbach. (Gotha) 1514. Oktober 9.

Mut. lobt das Eberbachsche Brüderpaar und bittet um Zubereitung von Pillen.

Henrico Aperbacho[1] medicorum prestantissimo, amico constanter honorando, Mutianus Rufus.

Salus. Bene agitur cum optimarum artium studiosis te Cornelium Celsum medicorum latinissimum in Erphurdiensi gymnasio enarrante. Vellem et mihi liceret te audire profitentem, profecto plurimum auxilii adversus mala corporis[2] colligerem et presentissima remedia. Vos duo fratres ad iuvandos homines nati estis. Ex Urbe Petreius noster semper aliquid mihi donat[3], quo ingenium alatur et doctrina fiat politior. Tu vero bonis et doctis viris mirifice succurris vel muria vel iure vel devorandis catapotiis. Neque contentus gratuitum prestitisse officium, domi eciam liberalis es et comis. Mitto, quam commodus et benignus disertissimo Eobano[4]. Hanc tuam probitatem multi predicant et, puto, futura secula dicent. Ego meam erga Aperbacchos observantiam inter maximas fortunas collocavi et gratulor tranquillo meo, quod tales habeam amicos. Nuper emi pilulas Rufi. Sed quia sub sinistris precordiis adhuc insincerus humor inflat, peto a te, ut vehementioribus pilulis cruditates exhaurias, ne quid pulmonibus et spleni et tandem cordi noceat. Solent enim sonantes intus humores ad levam frequenter gignere aquam intercutem, pleurisim[a], cardiacum et tandem interimere. Tuis igitur opitulamentis saluti nostre consulatur. Vale princeps medicorum, meum decus.

VII Eidus Octobres MDXIIII.

Handschriftl. F 415 fol. 262r.

[a] *F* pleuresim.

---

446. M. an Urban. (Gotha 1514. Vor 10. Oktober.)

Mut. freut sish über den täglich wachsenden Dichterruhm des Hessus und missbilligt die Reise des Herebord von der Marthen nach Braunschweig Erfurt schicke demnächst Gesandte nach Magdeburg an den Erzbischof, der nun 3 Bischofssitze inne habe.

Magistro Henrico Urbano economo, viro summo.

---

[1] Vgl. Br. 76 S. 111 Anm. 7.
[2] Auch sonst klagt Mutian über seinen schwachen Magen.
[3] Vgl. Br. 443 S. 101.
[4] Eberbach hatte den mittellosen Dichter bei seiner Rückkehr nach Erfurt aufs freundschaftlichste in seinem Hause aufgenommen. Vgl. Br. 408.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/109

S. Magnum et honestum esse inter professores Eobanum tam mihi placet quam quod maxime. Ingeniosissimus homo quantum carmine valeat, testis est Germania. Nos gloriari possumus habere talem amicum fama immortalem[a]. Noster Herebordus, si meo consilio fuisset usus, non vidisset Brunonis civitatem[1], genus ventosum et bibax. Maneat in regno paterno, ubi laudis plurimum assequi potest. Solus latinus, solus antiquarius, solus (quod voluptati mihi est) inter tam superbos causidicos sapere[b] videtur. Ceteri, ut sunt, habentur barbari. De tribus canonicis et scriba famigerato sic accepi: Ituros Parthenopolim[c]: Magdeburgum, ut salutent delectum pontificem[2]. Magna rerum mutacio. Unus iuvenis vix pedagogos[d] et rudimenta literarum relinquens uno anno fit ter presul et quidem eminentissimus. Miror, si Leo[e] X clenam (vulgo pallium vocant) transmittat[3]. Sed Rome quid non venale? Videbis penulatum Albertum, cui Deus constanciam tribuat. Mutato enim consilio plus nocebit, quia potentissimus, Ephurdie, quam prodesse censetur. Hec superi curent. Tu Ianum[4] audies et valebis ad vota felix.

Raptim.

Handschriftl. F 285 fol. 183r—183v. Gedr. b. Tz S. 149 *von* Magnum et honestum *bis* superi curent.

[a] *Tz* immortale. [b] *Tz hat vor* sapere *noch* mihi. [c] *Tz* Parthenopolin. [d] *F* pedagogus. [e] *F* Leon.

---

447. M. an Urban. (Gotha 1514. Vor 10. Oktober.)

Mut. lehnt die Zusammenstellung mit Erasmus und Reuchlin ab und berichtet über den Spalatinschen Vikar. Er sendet Inschriften für das Haus der Hornestus und wartet Urbans Rat in der Schilschen Affaire ab.

Henrico Urbano, amicorum optimo.

S. Ego minimus apostolorum[5]. Qui triumviratum[6] illum creant, vel me derident vel, quod vero similius est, male iudicant de summis illis viris, qui ita excellunt, quantum lenta solent inter viburna cupressi[7].

---

[1] Die Randbemerkung in dem Frankfurter Codex erklärt es als Brunswigk. Welchen Zweck die Reise des Herebord von der Marthen verfolgte, ist aus keinem Briefe ersichtlich.

[2] Nach Falkenstein. Historie von Erffurth S. 544 ordneten Magistrat und Stadt Erfurt am 10. Oktober ihre Gesandten ab, um dem neuen Erzbischof von Mainz, Albrecht von Brandenburg, Glück zu wünschen.

[3] Dasselbe wurde ihm am 1. September in Rom bewilligt.

[4] Janus Urbicus scheint in Gotha bei Mutian eine Bestellung ausgerichtet zu haben.

[5] 1. Korinther 15. 9.

[6] Erasmus, Reuchlin und Mutianus, nach einer Randbemerkung in dem Frankfurter Codex.

[7] Vergil. Eklogen I. 25.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/110

Spalatinus popam[1] suum[a] insimulat et merito. Nam qui nates et Priapum vicinis ostentat, indignus est, qui pane illo mystico vescatur. Peperci propudio vilissimo et iussi, ut in graciam Duronii[2] conniveret. Ita factum est. Sed alia meditabor et, quia non libenter meis consiliis accedere[b] soles, solus ipse proximis nundinis accusabo illum apud Duronium. Placet gestum morem fuisse tuo patriano[3]. Id quo magis placeat, audi:

Deo optimo maximo favente.
Esse bonos cives patrieque suisque creatos,
Non sibi dumtaxat dogma Platonis ait.
Propterea patrios laus est ornare penates
Hornestumque suis ędificasse patrem.

Cyriacus Hornestus re mercimoniis parta et agro consito sibi et suis, ut bene habitarent, ędificavit MDXIIII.

Audi et alteram formulam.

Non fraudabitur sua in patriam pietate Cyriacus Hornestus, qui auctus et re familiari et X liberorum numero, hanc domum sartam tectam exedificavit successioni prospiciens ut bonus pater familias et simul ornator publici decoris. Digna pietas, quam civis et hospes admiretur. MDXIIII.

Vale, Urbane carissime.

De Schilone[4] tuum consilium expecto. Si vis, ut taceam, tacebo, si iusseris, ut interpellem, interpellabo. Videbis, quantum mihi vicedominus nocuerit[5].

Handschriftl. F 421 fol. 264v—265r. Gedr b. Tz. S. 191 - 192 *von* Ego minimus *bis* tuo patriano.

[a] *Tz* suam. [b] *Tz* obtemperare.

---

448. M. an Urban. (Gotha) 1514. Oktober 10.

Mut. hat dem Drängen des Gelnhuser nachgegeben und die geschenkten Käse angenommen, nicht aber ohne poetische Gegengabe.

Henrico Urbano, viro docto et amicissimo.

Salus. Κυρίακος Hornus[6] iterum instat. Ego ea usus sum moderatione, ut ab auro abstinuerim, caseos vero contemnere inhumanum

---

[1] Vikar in Hohenkirchen. Vgl. Br. 414 S. 74.
[3] Die Pfarre gehörte dem Kloster Georgenthal.
[2] Eine Randbemerkung in der Frankfurter Handschrift stellt ihn als einen „Civis in Gelnhusen“ hin. Landsmann (Patrianus) von Urban ist er insofern, als dieser zu Urba bei Gelnhausen geboren.
[4] Wegen der Rechnungsablegung. Vgl. Br. 439 u. 444.
[5] In dem von Schil geführten Prozesse.
[6] Vgl. Br. 446.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/111

esset. Itaque animus est hoc munus poetica antipelargia redhostire. Non enim illos sector, qui sua venalia habent, manum, linguam, operam, vafricias. Prodesse bonis soleo homo letissime paupertatis, quod omnes admirantur. Tu vale et me ama mutuo.

VI Eidus Octobres MDXIIII.

Handschriftl. F 419 fol. 264r.

449. M. an Urban. (Gotha 1514. Um 10 Oktober.)

Mut. verteidigt sich wegen einiger ihm von Urban gemachten Vorwürfe, indem er die Prinzipien seiner Menschenkritik darlegt.

Prestantissimo suo patri Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Legi tuas literas et, sicuti iusseras, statim testibus Publio et Vulcano[1] concerpsi. Tu Cerberum[2] inter antiquos cenobii fautores unum nominas et, qua re fluxa sit fides Herebordi, multis argumentis planum facis, me quoque reprehendis, quod plurimorum bonam voluntatem sinistre accipiam. Nec remittendum fuisse honorarium[3] patriani tui arbitraris. Ego, Urbane, de hominibus bonis et malis sancte et graviter iudico, hos damno, illos observo. Iudicium meum livore caret et malevolentia. Nemo hactenus fidem et constanciam meam desideravit. Virtus et doctrina amicos mihi facit, vicium et insolentia inimicos. Sit igitur tuus, si ita vis, amicus, meus non erit Cerberus. Herebordo vero graviter irascor[4], quod sordes liberalitati, arrogantiam modestie, ingratitudinem grato animo preponit. Si corrigi potest, castigabo, si non potest, hei mihi! quam vereor, ne duobus mali fati causidicis[5] in criminibus et dedecore, nedum in honoribus successisse videatur. Patriani tui blandicias susque deque facio; non negavi rem petitam, munus capere recusavi. In eo me laudes necesse est, cum ex avaricia damnes Herebordum. Pudor et equitas non sinit, ut meas Musas more rabularum vendam. Dedi defuncto Adamo[6] cum alia tum Decretorum libros. Si moriens mihi gratiam non retulit, quiescat nihilominus in pace perpetua. An vero sim eversor et malignus interpres bone aliorum voluntatis, postea videro. Es magk wol sein, das der momus etwas streflichs bie mir findet. Homo sum. Illud tamen verissimum: nihil te unquam vidisse simplicius et equius iudicio Mutiani, potest tamen fieri, ut peccem. Vale.

Handschriftl. F 406 fol. 258v.

1 Vor seinen beiden Famuli.
2 Vgl. Br. 167 S. 237 Anm. 7.
3 Vgl. den vorigen Brief.
4 Vgl. Br. 434 S. 91—92.
5 Göde und Bobenzan. Vgl. Br. 373 S. 32 Anm. 3.
6 Die Persönlichkeit ist nicht festzustellen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/112

450. M. an Eobanus Hessus. (Gotha 1514. Mitte Oktober.)

Mut. scherzt über die Engelburg, wo die Braut des Hessus wohnt, billigt aber im übrigen die geplante Heirat.

Eobano cygnigero[1], magno maximi Apollinis sacerdoti in Christo dilecto, Mutianus Rufus.

S. Belle fugitivum olorem increpas et cohibere vis connubiali[2] vinculo. Recte medius fidius. Ita enim fiet vervece mansuetior, limacibus tardior et malva betaque mollior. Responde mihi Cygne, an id tibi cordi sit?

Est.

Quare?

Quia ab aquis ad aquas venio. Benedicite.

Quid ais? An pransitabimus?

Nocturnus recepit in suas preces.

Quid recepit?

Benedicite.

Quid tum?

In eodem hymno legitur: „Benedicite aque, que supra celos sunt, Domino.“ Ad eas ipsas venio.

Mysteria garris, explicatius loquere.

Omnes celites[3] unis in edibus habitant. Attigui sunt angelorum novem ordines. Habet ad ortum equinoctialem suum domicilium libripens Michael. Ea regio refert aquas supramundanas[a]. Iubet autem sive Ambrosius sive Augustinus sive ambo, ut aque, que supra celos sunt, benedicant Domino. Intelligunt angelos antelucanis laudantes Deum carminibus instar novem Musarum Apollini succinentium.

Habeo, Cygne, tua vota. Volabis igitur in Angeloburgium[b], ubi pronuba Iuno filiam tibi suam collocabit, ut pulchra faciat te[2] prole parentem[4].

Tenes propositum, superest, ut rapiam, hem, capiam dicere volui. Superest, inquam, ut traham puellam.

Ohe, non opus est, non reluctatur. Duci potest vel minimo digito.

Ducam igitur salutis et voluptatis gratia, salutis ut vivam cum securitate, voluptatis, ut die[d] noctuque membra labris abeant.

[a] *F und Tz* supra mundanas. [b] *Tz* Angeloburgum. [c] *F* te faciat. [d] *Tz* diu.

---

1 Hessus führte in seinem Wappen einen Schwan.

2 Vgl. Br. 427. 442.

3 Die Allerheiligen- und Sct. Michaelskirche lagen wohl in der Nähe der Engelburg. Vgl. den folgenden Brief.

4 Vergil. Aeneis I. 75.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/113

Benefacis, mi Cygne. Ego et Crotus[1] et Spalatinus orabimus Deum, ut bonum tibi sit et felix et faustum matrimonium. Vale.

Handschriftl. F 413 fol. 261 r — 261 v. Gedr. b. Tz S. 189—190 *vollständig.*

---

451. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1514. Mitte Oktober.)

Mut. ist sicher, dass Thrina ihrem Schwane die Flügel stutzen wird und wünscht Glück zu der bevorstehenden Heirat.

Angelici Silicernii[2] genero Eobano, amico optatissimo.

Iterum Cygnus[3] caput inter nubila condit subvolaturus, ut videtur, in sinum Iunonie Thryne[4]. Strepit passis alis et quasi gestiens applaudit sponse nubili.

Tondebit alas olori,
Nec erit vati rubori
Solvisse zonam virginis
Dando operam liberis.
Wan[a] Cleopetra vnd Metra[5]
Den sack zurissen et cetra,
Sie snyden auch den snabel ab
Vnd spiln mit im[b] den zabberlab.
Salve vina[6] Thryna rima
Inter formosulas prima.
Adhuc Cygni rostrum valet
Et mole sua precalet.
Izt[c] ist die zcieth[d], man back das brot[e],
Mach vns den tegk, es hat keyn not.
Zur Engelburgk[f] woln[g] wir blieben
Vnd vil[h] guter swenck[i] beschrieben.
Faveat sanctus Michael[7]
Et Gabriel et Uriel
Cum omnibus celitibus
Vicinis tuis edibus.

Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Quid est Dei civitas, nisi

[a] *Tz* Wann. [b] *Tz* ihm. [c] *Tz* Itzt. [d] *Tz* Zeith. [e] *Tz* Brodt. [f] *Tz* Engelburk. [g] *Tz* wollen. [h] *Tz* viel. [i] *Tz* Schwenck.

---

[1] Crotus lebte zu dieser Zeit im Kloster zu Fulda.
[2] Des alten Greises in der Engelburg.
[3] Vgl. den folgenden Brief.
[4] Katharina Spater.
[5] Vgl Br. 443 S. 101.
[6] Vgl. den folgenden Brief.
[7] Vgl. den vorigen Brief S. 107 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/114

celestis colonia, quam Engelburgk iure dixeris? Ergo felix es utpote celi colonus et civis sanctorum futuram illam patriam in hoc seculo nactus. Vale[a].

Concerpe[b].

Handschriftl. F 414 fol. 261v—262r. Gedr. b. Tz S. 190—191 *vollständig.*

[a] *Fehlt bei Tz.* [b] *Fehlt bei Tz.*

---

452. M. an Eobanus. (Gotha 1514. Oktober 15.)

Mut. fordert zur Feier des Geburtstages Vergils auf und scherzt über den Namen Thrina.

Dem hochgelarten Eoban Swan, heuptman zwr Engelburgk[1].

S. Hodie natalis est augustissimi Maronis Andini[a]. Rogo, gaudete. Par est enim, ut nostri ordinis musici homines sanctissimum diem Eiduum[b] Octobrium solemni hilaritate celebremus. Fons melioris eloquentie latine[c] natus est hodie. Letamini. Sine Vergiliana poesi infantes[d] essemus. Exultate. Silius Italicus teste Plinio[2] nepote religiosius hunc diem quam proprium natalem celebravit quotannis. Ergo triumphate. Ricinus[e] 3 Cordus Varenus cum sua Cunina[f] 4 Favonia feminarum fidelissima spirituali iucunditate domi esse gestiat. Tu vero cum dulcissima Thryna[5] vina bibe coronatus. Ego meum symbolum appono et tetrastichidio tuo admonitus eciam cantilo. Ais enim: „Sed tamen est ingens sordida rima pudor.“ Ideo pro rima[6] trina[g] substituitur. Thryna vina, id est, decora et pulchra valde, filia Hierusalem.

Blanda Venus triplici monstravit limite rimas
Prima fututori connubioque datur.
Altera lascivo rapto Ganymede tonanti
Sed vetulo peni[i] tercia rima patet.
Thryna, dabis veniam, pudor est, si dixero, rimam.
Te Thrynam vinam Musa iocosa vocat.
Cui placuit rimam nimium dixisse licenter,
Ille vetat posthac verba nefanda loqui.

Handschriftl F 420 fol. 264r—264v. Gedr. b. Tz. S. 191 *von* Hodie natalis *bis* filia Hierusalem.

[a] *Tz* Audini. [b] *F und Tz* Eidium. [c] *Fehlt bei Tz.* [d] *Tz* laetantes. [e] *Tz* Ricius. [f] *Tz* canina. [g] *Tz* Thryna. [h] *Fz* pulera. [i] *F* penni.

---

1 Vgl. den vorigen Brief.

2 Epist. III. 7.

3 So, anstatt Ricius Cordus. Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 4. Beide Namen, sowohl Ricinus als auch Varenus, lassen sich nicht erklären, da die in ihnen liegende Beziehung nicht ersichtlich ist.

4 Anspielung auf den Namen Kunigunde, wie die Gattin des Cordus hiess.

5 Vgl. den vorigen Brief S. 108 Anm. 4.

6 Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/115

453. M. an Urban. (Gotha 1514. Ende Oktober.)

Mut. beklagt sich über seinen Erfurter Bevollmächtigten, der das Zahlungsversprechen nicht einhält, vielmehr solche Berechnungen aufstellt, dass er überhaupt nichts herauszuzahlen hat.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Etsi occupatissimi tu et ego, (fervet enim vindemia[1]) tamen plus me occupat, imo degravat Martinus Schilo, unde et tibi pro amore mutuo gravis datur causa doloris. Quis enim equo ferat animo tantam fraudem, iniuriam, contumeliam? Nonne prevaricacio est transire dicenda? De XXX annuis[2] nulla fit mentio, videlicet oblitus est chirographi et proprie testationis. Non promisi salarium. Iuro Deum, iuro fidem. Qui poteram promittere, cum inclusum esset chirographo, ut numeratis XXX quotannis ipse reliquum teneret? Sed manes[3] evocat: Bene novit mortuis nullam esse curam. Me circumscribere molitur quasi stultum et fingit famulis nostris datum vinum et panem, idem vinitori. „Ego dedi semel atque iterum in domo eius prodigaliter. Testis meus in celo, quantum reliquerim. Nam multi docti congesserunt honoraria suam in me benevolentiam declarando.“ Sic ingratus et arrogans et sceleratus rusticus mecum agit. Putat me posse suis convitiis terreri, ut taceam. Verum putat. Nam eciam sine iurgiis istis libenter ero contentus parvo, si tu volueris. Sed tu consilium dabis. Id tertium, imo quartum postulo. Tribuo tibi plus quam meo iudicio. Nunquam inspexi rationes traditas. Nepos[4] dixit XV aureos superesse, quos vellet retinere salarii titulo. Supersunt plus quam centum. Conniveo, taceo, sum mansuetus. Verum hec paciencia habetur pro stulticia. Dixi: „Det dimidium et liber erit.“ Dedit dimidium furoris sui, uti vides et me contra fas et mores bonos lacerat indignissime. Ewer ſgunst vnd weisheit wolle darob sein, das solchem burischen groben furnemen vorkomen vnd abgewent werde. Satis diu me delusit. Vale. Raptim.

Custodi hasce et alias literas pro testimonio.

Handschriftl. F 423 fol. 266r—266v.

---

[1] Mutian hatte einen bei Erfurt gelegenen Weinberg. (Vgl. Br. 14 S. 20 Anm. 2). Dass zu dem Georgenthaler Hof in Erfurt auch Weinberge gehörten, ergiebt sich aus A. L. J. Michelsen. Der Mainzer Hof am Ausgange des Mittelalters. Jena 1885. S. 35 u. 36.

[2] Vgl. Br. 424 S. 84.

[3] Er beruft sich wohl auf Abmachungen mit dem verstorbenen Küchenmeister Johann Muth.

[4] Vgl. Br. 444 S. 102 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/116

454. M. an Urban. (Gotha 1514. Ende Oktober.)

Mut. verwahrt sich gegen den Vorwurf Urbans nicht bis zehn zählen zu können und erklärt den Rat Christi, der Schlangen Klugheit nachzuahmen, in anderer Weise. Es sei nicht wahr, was Schil über Verabreichung von Erfrischungen an die Diener behaupte.

Carissimo suo Urbano, amico dignissimo, εὖ πράττειν.

„Indubitata refers: sparsa est hec fabula, Rufe,
Te nescire X connumerare stipes[1].“
Taliter Urbanus sapiens illudit amico,
Cui potuit duro corde negare X[2].
Fallitur Urbanus, plures numeramus in usum:
Schilonis numero perfida facta[3] carent.
Illius ut nobis recitares furta, rogabam,
Differs me nimia simplicitate notans
Et censes damnum fallaci parcere servo
Nam levibus dominum convenit esse gravem.
Si placet, evasit, si displicet, ungue tenetur.
Liber erit vel non te duce, causa tua est.

Ita, mi Urbane, urbanus es Rogavi, ut Martini[4] perfidiam posito calculo detegeres. Tu me castigas et arguis imperitie. Sero quidem. Quoniam numerare didici, non discere iam debeo. Addis lectam in evangelicis literis metaphoram et vis imiter serpentis prudentiam[5]. Ineptum id[a] et cavillosum. Neque enim eam habet significantiam similitudo, quam tu pretendis. Non serpentina prudencia Christus est usus, in quem dicebatur[6]: „Euge, salvos fecit alios, se ipse salvare non potuit“ adeo negligens rerum externarum, ut pauperrimus in vita fuerit, cui ne ad supremam quidem cenam nisi quesita et aliena domus fuerit. Bene novit optimus et prestantissimus paterfamilias, quod etiam tradit in officiis Cicero, prudentiam sine iusticia nil valere ad faciendam fidem. Quo enim versutior quis et callidior, hoc invisior et suspectior detracta opinione probitatis, quasi tu dicas serpentis prudentiam sine iusticia[b] maliciam[c] esse. Sed communis preceptor insinuare voluit, ut

[a] *Bei Tz hinter* id *noch* est. [b] *Tz* iusta. [c] *Tz* malicia.

---

[1] Eine Glosse dazu in der Frankfurter Handschrift lautet: Arguebat Urbanus Mutianum simplicitatis et dixit non posse X numerare.

[2] Vgl. Br. 383 S. 42.

[3] Vgl. u. a. den vorigen Brief.

[4] Des Martin Schil, der sich nach vielem Drängen endlich dazu bequemt hatte, Rechnung abzulegen.

[5] Matth. 10. 16.

[6] Matth. 27. 42.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/117

caput nostrum, quod est Christus: virtus et sapientia Dei, instar serpentis contegamus. Nam omnis hic magistri nostri sermo de Iudeis est atque hereticis ad sanctos apostolos, ut hoc exemplo inter persecutiones caput ecclesie occulerent. Alioqui vafriciam docuisset, quam Martinus exercuit, quod a te facilius quam a me deprehendi potest. Quod enim de prebitis narrat escis[1], falsum est. Non Paulus[2], non Rufinus[3] nisi semel me presente, non Ianus[4] micam[a] ligurivit apud[b] eum. Intravit edes Aperbacchorum Rufinus. Sed ista non curo. Tota lis ex tuo iuditio pendet.

Handschriftl. F 437 fol. 272r—272v. Gedr. b. Tz S. 194—196 *von* Indubitata refers *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* unicam. [b] *Die Worte von* apud *bis* Aperbacchorum *fehlen bei Tz, dafür* non.

455. M. an Urban. (Gotha 1514.) November 1.

Mut. bedauert, dass er mit dem Abte über Urban und den Hohenkirchener Vikar nicht sprechen konnte, und erzählt, wie er mit Schils Neffen verfahren. Er klagt über den lange ausbleibenden Publius und will dem stolzen Herebord von der Marthen die Wahrheit sagen. Dass Hessus so unklug heirate, will ihm gar nicht in den Sinn. Die Acta Parrhisiensium sollen ihm gesandt werden.

Suo carissimo Urbano magistro, economo, viro excellentis et ingenii et prudencie, Mutianus.

S. Loqui, ut instituera m, cum Duronio[5] non licuit eo, quod legatus principum[6] una cum ceteris collegis subito hinc ad pagum Bercam[7] proficiscebatur. Instaurassem meam fidem et benevolentiam blande et modeste et per cuniculos quosdam atque Meandros duxissem sermonem in tuum commodum, tum in odium istius impudici papi Hohnkyrchensis[8]. Preparaveram duas vini amphoras, sed abierat pater decano[9] meo nescio an duce an comite. Nepos[10] Schilonis, homo patruo similis: perditus et amens, a me obiurgatus instigavit contra me Martinum. Martinus larvis agitatus et suis furiis inflammatus cruciabiliter me hac epistola tractat, infamat et falso criminatur. Postea rediit nepos, postulavit eyn Quitantz, aber ich gab im

[1] Vgl. Br. 453 S. 110.
[2] Diener Mutians. Vgl. Br. 423 S. 83 Anm. 4.
[3] Diener Mutians. Vgl. Br. 10 S. 14 Anm. 3.
[4] Diener Mutians. Vgl. Br. 249 S. 327 Anm. 1.
[5] Urbans wegen. Vgl. Br. 407. 411. 429. 436.
[6] Friedrichs und Johanns von Sachsen.
[7] Wahrscheinlich Berka an der Werra, 5 Kilometer von Gerstungen im Eisenach'schen gelegen.
[8] Vgl. Br. 447 S. 105 Anm. 1.
[9] Gerhard Marschalk de Gosserstedt. Vgl. Br. 86 S. 126 Anm. 4.
[10] Georg Schil. Vgl. Br. 453 S. 110 Anm. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/118

Sant Viths dantz. „Veni," inquam, „legam tibi patrui tui literas." Legi et adiunxi singulis articulis singulas defensiones cum asperitate verborum. Deinde legi meam ad te epistolam usus vafricia et tali commento, ut dicerem eam scriptam ad Volscum[1] et Engelmannum[2]. Itaque inter legendum mutavi personas et numeros et casus et tempora. „I nunc," inquam, „et narra tuo domino, quid profecerit procacitate stili et temeritate insulsa." Ego cogor esse quietus, nisi tu iusseris, ut implorem amicorum presidia. Adamus Publius[3] missus Eisennachum nimis abest diu. Homo dubie fidei, dubie pudicicie, dubie sanitatis. Nondum pro certo comperi, quid monstri alat. Illud certissimum: Nisi severus et cautus essem, non recte faceret. Natura bardus et hebes, sed futilis, malignus, invidus. Plus salis insumemus, ut plenius cognoscatur. Amisit schedulam a te sibi datam. Pacientia. Prestat habere stultum et insanum coquum quam catam et sanam coquam[a]. Ita homo sum, ut a consuetis sive bonis sive malis non facile recedam. „Edibus in nostris que prava aut recta geruntur." Novi, quid desit mihi. „Sic me vivere iuvat, sic perire."[4] Culpam et laudem probe scio et de his satis.

Herebordum[5] multi accusant ut superbum et patris iniquitati consimilem. Vere displicet. In sancta veritate non possum non egre ferre amicorum vicia, presertim nocitura. Ich weiß wol, das er nit vil nach mir fraget, doch kan ich das nit vmbgaen. Ich muß im auß liebe vnd freuntschafft etwas der warheit ansagen zu guter warnung.

Eobanus sua sponte libertatem amisit. Omnes male taxant sponsalia[6]. Ego dixi, ut Francobergium[7] consuleret iam digamum et viduam ditissimam duceret. Rescripsit: „Non, a veteribus enim cunnis abhorreo." Ah Deus! Dicitur esse preflorata et inops maleque dotata. Tamen melius est habere legitimam, ut turpiora vitemus. De salario velim agas cum semivivo[8]. Mitte ad me ea, que Parrhisienses[9] scripse-

[a] *F* coquuam.

---

1 Vgl. Br. 65 S. 88 Anm. 1.
2 Mainzer Küchenmeister in Erfurt.
3 Mutians Famulus. Aehnliche Klagen öfter. Vgl. Br. 435 S. 93/94.
4 Martialis XII 18. 26. Sic me vivere, sic iuvat perire.
5 Nach Erlangung der hohen Stellung des Stadtsyndicus.
6 Vgl. Br. 427 S. 86.
7 Vgl. Br. 191 S. 266 Anm. 6.
8 Holtmann. Vgl. Br. 427 S. 86 Anm. 4.
9 Acta Doctorum Parrhisiensium de sacratissima facultate theologica ... contra Speculum oculare Io. Reuchlin Phorcensis una cum sententia eiusdem libelli condemnativa ad ignem. 10 Bl. in 4°. Bei Quentell 1514 im Dezember erschienen. (Vgl. Geiger. Reuchlin S. 285/6). Interessant ist es, dass Mutian damals schon mindestens anderthalb Monate um die Schrift wusste.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/119

runt in Capnionem. Vidi acta[1] vnd die stormglock[2] des verfluchten Juden Pfefferkorns. Maternus[3] me vocat. Quid dabo? Consule et vale.

Die divorum.

Handschriftl. F 422 fol. 265r—266r. Gedr. b, Tz S. 192 *von* Eobanus sua *bis* turpiora vitemus.

---

456. M. an Urban. (Gotha 1514. November 2.)

Mut. berichtet, welche Schritte er zur Beschaffung eines Geschenkes für Hessus unternommen, und bittet um Benachrichtigung über die Vikare und den Weinbergskäufer ebenso wie um Uebersendung der neuen Origenesausgabe und der Acta Parrhisiensium. Er bedauert alsdann den kurzsichtigen Hessus.

Optimo patri Henrico Urbano.

S. Magno molimine et curis apparo munus[4], ut votis tuis et Eobani optatis respondeam. Misi Adamum[5] ad Hessos, solum ut venationem excitaret. Nihil reportavit et frustra cucurrit. Ait Paulum[6] ad Christi natalem ad me cum pecunia venturum. Hodie ad Duronium legavi, cui dono dedi prognosticon[7] et calendarium et miris verbis ex-

---

[1] Gemeint ist die von Ortwin Gratius gegen Reuchlin gerichtete Publikation aus dem Februar 1514, welche unter folgendem Titel erschien: Hoc in opusculo contra Speculum oculare Ioannis Reuchlin Phorcensis hec in fidei et ecclesie tuitionem continentur: Prenonotamenta Ortwini Grati ..... Historica et vera enarratio Iuridici processus habiti in Maguntia contra libellum eiusdem hereticas sapientem pravitates. Decisiones quatuor universitatum de speculo eiusdem oculari ab ecclesia dei tollendo. Heretici ex eodem libello articuli ut Christiani omnes male eum scripsisse luce clarius dijudicent. Sententia condemnativa, quod iuste, legitime et catholice Speculum oculare sit combustum. 10 Bl. 4°.

[2] Ebenfalls 1514 in Köln erschienen: Sturm Johannsen Pfefferkorn vber vnd wider die drulosen Juden, anfechter des leichnams Christi vnd seiner glidmossen. Sturm vber eynen alten sunder Johann Reuchlin, zuneiger der falschen Juden vnd wesens, vff warer thatt begriffen in seinem biechlin Augenspiegell, durch sunderlichem geschefft Kaiserlicher maiestait vnnd anzeigung vierer hohen schulen durch den Ketzermeister mit recht vnn myt vrtel offenklichen zu Cöllen abgethon verdilgt vnnd mit dem fuer verbrant ist worden. Wilche verbrantniß nu confirmiert ist durch die erwerdigst vnd allerhoichst vniversiteit van Paryß. Sturm Glock.

[3] Maternus Pistor. Vgl. Br. 8 S. 12 Anm. 3.

[4] Wohl ein Hochzeitsgeschenk für Hessus.

[5] Vgl. den vorigen Brief. Publius ist demnach über Eisenach nach Hessen gegangen und soeben zurückgekehrt.

[6] In einem späteren Briefe als „vernaculus sacerdos“ bezeichnet. Vielleicht war er Vikar auf einer Mutianschen Pfründe und hatte demgemäss einen Teil der Einkünfte an denselben abzuliefern oder er verwaltete die Liegenschaften Mutians in Hessen.

[7] Vgl. Br. 60 S. 77 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/120

palpare studui obsonium. Scripsi eciam Schalbo[1]. Si nulla via patebit, dabo aurum. Mi Urbane, scribas de vicariis et dic nomen emptoris vineti[2] et quantum dare velit. Originem[3] et Disputata[4] bardorum videre cupio. Commendo me tue dignitati, cui devota constancia prodesse velim, si possim. Vale.

Alias stilum dilatabo. Bonus Eobanus ait sponsam[5] esse formosissimam, dotatissimam, castissimam. Sed ohe, solus id dicit. Utcunque sit, melius est gratis futuere quam scortum sive concubinam alere. Sit ille felix cum sua Corinna. Futuat. Nos oremus pro fidelibus defunctis.

Handschriftl. F 424 fol. 266 v.

---

457. M. an Urban. (Gotha 1514. November.)

Mut. beklagt den Expenses und will sich an Voltzke wenden. Schils Auftreten werde allmählich unerträglich, da er überall sich an fremdem Gute bereichere. Auch der Präpositus Nithard täusche fortwährend. Den Herebord von der Marthen solle Urban zurechtweisen.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Circumcurrit Expenses[6] totus et animo et corpore vagus. Miser homo. Tu amanter et sapienter consulis, ut Cocioni[7] et Engelmanno[8] curam delegem. Facerem, nisi Titus Marius[9] plus tribueret Vulsco[10] quam illis. Hunc igitur adiurabo. Sufficit mihi voluntas Engelmanni et habeo gratiam, quod propinare voluit. Schilonis improbitas[11] late patet. Multos annos litigavit meo nomine cum Hartungi uxore[12] et cum quodam Holtmanno[13] presbytero. Tandem nihil obtinui. Ideo autem litigavit, ut iudici et notario pecuniam afferret et sic sibi favorem servaret de mea substancia. O fraudem capitalem! Mit ander leuthe gelt im gunstige richter kauffen. Moritur Holtmannus. Schilo invadit eius bona et omnia aufert non mihi, sed sibi atque ita de pro-

---

[1] Vgl. Br. 294 S. 381 Anm. 4.

[2] Mutian hatte demnach seine am 10. Juli 1514 geäusserte Meinung geändert. Vgl. Br. 403 S. 61/62.

[3] Origenis Adamantii Operum Tomi duo priores ... Parisiis 1512. In aed. Ascensianis, nach Panzer. Ann. typ. VII. 561. 524.

[4] „Acta Parrhisiensium". Vgl. den vorigen Brief.

[5] Vgl. den vorigen Brief.

[6] In der Frankfurter Handschrift ist zu diesem Briefe bemerkt: Per Expenses intelligit quendam magistrum, qui ita locutus est. Sonst geschieht seiner in den Briefen keine Erwähnung.

[7] Johann Sömmering, dem Sigillifer.

[8] Mainzer Küchenmeister.

[9] Mutians Mieter.

[10] Vgl. Br. 455 S. 113 Anm. 1.

[11] Vgl. Br. 453—455.

[12] Vgl. Br. 407 S. 66/67.

[13] Vgl. Br. 427 S. 86 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/121

curatore factus est dominus. Non contentus tali furto Er behilt auch den hauszcins in der lawen gassen[1] et audet dicere sibi a me datum, quod falsum est. Sed ferre talia possum, contumelias verborum in epistola[2] ipsius vix ferre possum. Quare exclamat? Quid unquam feci aut dixi in eum, quod esset acerbum? Nonne sepius ad te scripsi parcendum esse seni et expectanda voluntas ultima fortasse pia? Sed desperatus est et nihil ad conscientiam refert. Nithardum[3] non appellas. Male facis. Te Nithardus, me Schilo deridet. Herebordum tu deberes amice admonere, ut gratiam populi et bonorum pariter custodiret[4]. Ego nimius forsan sum in castigando. Ingenue vos amicos arripio, sed inanem operam presto. Eobanus, Urbanus, Herebordus sibi placent. Mihi gratissimum est, quoties meam desidiam increpatis. Nam et ipse me novi et de vestra veritate gaudeo. Bene vale.

Handschriftl. F 425 fol. 267 r.

---

458. M. an Johann Sömmering. (Gotha 1514. November).

Mut. nimmt in seinem Rechtshandel mit den Vikaren Sömmerings Intervention in Anspruch und klagt über Nithard wegen der Diplomangelegenheit.

Clarissimo domino Sigillifero[5] Mutianus Rufus.

S. Ago gratias, quod opinioni mee accesseris. Nam ita sunt hic Gothi et Vandali, ut mihi non facile credant, nisi magnorum authoritas subscribat. Feci orationem piam et sanctam. Neque enim semper gentiliter est disserendum rel. Vicarii[6] Mariani me citarunt. Terminus est die Veneris proxima. Dimitte istos a tribunali ad extraordinariam tuam audientiam. Agitur de domo. Prestantissimi viri dominus Engelmannus[7] et Urbanus curabunt meas partes. Plura nobis scribere non placet. Satis nosti me quietum esse et libenter quieturum, si mali non interturbarent. Dominus Nithardus misere et turpiter negligit[8] Spalatini negocium. Miror, cur tibi non gratificetur. Nam si me et Spalatinum contemnit, non tamen te tali dignitate preditum contemnere deberet. Vale.

Handschriftl. F 426 fol. 267 v.

---

[1] Vgl. Br. 214 S. 291 Anm. 2.
[2] Vgl. Br. 455 S. 112.
[3] Er hielt den Spalatin so lange mit dem Diplom hin. Vgl. Br. 414 u. 415.
[4] Vgl. Br. 455 S. 113.
[5] Johann Sömmering. Vgl. Br. 11 S. 17 Anm. 1.
[6] Sie zitierten Mutian deswegen vor Gericht, weil er das Haus nicht in baulichem Zustande hielt. Schon anderthalb Jahre früher hatten sie sich mit dieser Absicht getragen. Vgl. Br. 289 S. 376.
[7] Mainzer Küchenmeister.
[8] Vgl. Br. 414. 415. 457.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/122

459. M. an Abt Hartmann. (Gotha) 1514. Dezember 20.

Mut. will die Ansicht Hartmanns über die in Angriff genommene Kalenderreform wissen und bittet denselben, den Erzbischof Albrecht von Mainz für Reuchlin zu gewinnen. Leo X sei diesem geneigt. Er begrüsst die gesamte Mainzer Gesandtschaft in Erfurt.

Amplissimo domino Hartmanno[1], Fuldensi et Hersfeldensi abbati, legato archiepiscopi et primatis Germanie Auguste cancellario, principi meo, Mutianus Rufus.

Salus tue dignitati, princeps et domine. Relatum est ad concilium Lateranense[2] de errore circa pascha nostrum. Quis crederet Ioannem de Monte Regio[3] sub pontifice Syxto hallucinatum fuisse. Ego intelligere cupio, quid tu, doctor excellentissime, sentias et cesar, quid in hac questione requirat. Scripsit enim ad gymnasia Germanorum. Capnion noster acre bellum gerit cum picis[4] mendicantibus. Favet cause nostre Leo[5] decimus deditque iudicem Venetum Grimanum[6]. Sed adversus doctissimum Capnionem conspiraverunt circiter quinque milia fratrum Dominicalium. Tu clarissime vindex et patrone, concilia nobis favorem et graciam maximi Alberti et procul dubio de monstris istis[a] triumphabimus Christo auspice et comite veritate. Bene tecum in[b] legatione[b] valeant Martini clientes, dominus Sunthausen[8], Gregorius[9] scriba[c] et ceteri nobiles viri, quibus me humiliter commendo.

In profesto Thome apostoli MDXIIII[d].

Handschriftl. F 445 fol 276 v. Gedr. b. Tz. S. 198 *Adresse und von* Relatum est *bis* humiliter commendo.

[a] *Tz* illius. [b] *Die beiden Worte fehlen.* [c] *F und Tz* S. [d] *F* MDXIIII.

---

[1] Vgl Br. 8 S. 11 Anm. 2.

[2] Es wurde 1512 eröffnet.

[3] Johann Müller von Königsberg in Unterfranken, der berühmte Mathematiker und Astronom, lebte von 1436—1476. (Vgl. Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung Bd. III. S. 497—513). Er war 1475 vom Papste Sixtus IV zur Reformation des Kalenders nach Rom berufen worden, wurde aber über seiner Arbeit vom Tode ereilt.

[4] Dominikaner.

[5] Vgl. Br. 374 S. 34.

[6] Dominikus Grimanus, Kardinal von S. Markus. Vgl. Geiger. Reuchlin S. 307.

[7] Die Gesandtschaft war zur Ordnung der Erfurter Verhältnisse abgeschickt worden. Vgl. Br. 475 S. 125.

[8] Valentin Sunthusen war Rat Albrechts von Mainz und früher Zögling der Erfurter Universität. Er wurde daselbst immatrikuliert Ostern 1490. Im Liber rationum fol. 86 r (zum Rektorate des Martin von der Marthen, Winter 1496/97) heisst es von ihm: Valentinus Sunthausen dedit I aureum nummum, collegit non minus duas libras cere etc.

[9] Grecker, wie ihn Mutian später nennt, oder Grieker, wie er in den Acta iudiciorum heisst, ist der Mainzer Scriba, welcher in dem Reuchlin'schen Streite eine Rolle spielt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/123

460. M. an einen Unbekannten. (Gotha 1514?)

Mut. lobt des Hessus Charakter, vor allem aber sein Dichtertalent. Was er vermag, habe er neulich als Nachahmer Ovids gezeigt.

Mitior est et lenior Eobanus noster et carmine clarior. Is nuper quaesivit[1], nunquid valeat ut ante suum carmen. Ego ut calcar admoverem quanquam ultro currenti, laudabam olim plausibiliter et si quid aliud, hoc nimirum callido feci consilio, quia gloria iure dicitur fax mentis honestae, laudo etiamnum. Quis enim non probaret aemulum Ovidii[2], tam copiosum ingenium, tantum patriae decus?

Gedr. 1) Lib. nov. fol. G3r. 2) b. Tz S. 230.

---

461. M. an Urban. (Gotha Ende 1514 oder Anfang 1515.)

Mut. erzählt von seinem früheren Schüler Rucker, der allmählich auf schlechte Wege geraten und von dem Berichte des Mercurius über einen in Not lebenden jungen Mönch. Duronius habe dem Hessus ein schäbiges Hochzeitsgeschenk gemacht, Sömmering wahrscheinlich gar keins. Ganz anders handele der freigebige Engelmann. Die Gothaer Hochzeiten beehrt der Briefschreiber nicht mit seiner Gegenwart, nur um nicht mit seinen Feinden zusammen zu kommen.

Prestanti doctrina magistro Henrico Urbano, viro solerti, amico honorando, Mutianus Rufus.

S. Quis sit ille Columbarius[3], ignoro. Est in contubernio Hartmanni[4] Volgwinus Rucker[5], olim meus assecla et tum innocens tum sanctus. Deinde migravit ad Fuldam. Ex eo fuit, uti accepi, perdite vite et leno domini. Mirum est, Urbane. Alui complures bone indolis et pudice educavi, sed ubi adoleverunt, mutarunt mores de bonis facti peiores. Idem accidit in cenobio tuo. Oves intrant, sed lupi fiunt. Audivi Mercurium[6] tuum, multa sumus collocuti. Me illius loquacitas invitavit ad sermones. Inter alia literas mihi ostendit cuiusdam religiosi adulescentis in exedra testudinata apud parietem domus tue manentis. Probavi votum, laudavi institutum utpote pium, magnifeci stilum, ut Mercurius et Publius[7] sub exemplo stimularentur[a] ad similia condenda. Effice tu, ut pater optato illius respondeat. Vellem dieta hiberna fornacem haberet, ut calvi et frigidi saltem cibum su-

[a] *F* stimularetur.

---

1 In den Heroiden. Vgl. Br. 408—410.

2 In Br. 412 S. 72 u. Br. 436 S. 95 stellt Mutian den Hessus in die Mitte zwischen Ovid und Baptista Mantuanus.

3 Die Persönlichkeit ist nicht näher bekannt.

4 Der als Haupt der Mainzer Gesandtschaft in Erfurt weilte. Vgl. Br. 459.

5 Wohl identisch mit dem Mich. 1492 immatrikulierten Volckwinus Rucker de Wetter. Er kam mit der Mainzer Gesandtschaft naeh Erfurt.

6 Famulus Urbans.

7 Adamus Publius, Famulus Mutians.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/124

mentes calescerent. Ah, nulla est misericordia patrum. Vos, prelati, bene vos curatis de ceteris nihil cure habentes. Dabo florenum ex caritate sincera. Dabit etiam nonnihil Mattheus in usum prefornii. Expedias hoc apud Duronium hisce feriis verbi breviati. Non libenter saluto patrem, cum Gothe est, nam Figulus[1] impurissimus omnia obscenis dictis deturpat. Tali conviva letatur, qui sanctis moribus presidet. O indignum facinus! Oravi, nedum petii, ut amici[2] nuptias largiter ornaret. Idem puto te fecisse. Petiit item sponsus et literis et nuntio. Quid impetravit? Par leporum. Dantur aliis vacce, domicilia, vestes. Sic fortuna fert. Illud scire cupio, quid obtulerit poete Cotio[3]. Si nihil donavit, sed sub pretextu iudicii latuit, certe pessimus est Cotio et avarissimus omnium bipedum. Omnia pollicetur. Vappa est. Quanto maioris fidei et dexteritatis Engelmannus[4], qui a me nihil officii accepit et tamen vetus mihi vinum largitus est! Utinam possem referre gratiam! Ego nuptias Gothensium omnes etsi non presentia, tamen muneribus honestis celebre. Cur non visito? Dicam ingenue: Mori et Lotiani[5] occupant primam mensam[a], Mutiano inter vicarios sedere non[b] placet. Habes causam, ne me cum Steffano[c] tuo[6] damnes. Vale.

Handschriftl. F 431 fol. 268 v — 269 v. Gedr. b. Tz. S. 192—193 *von* Ego nuptias *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* primam mensam occupant. [b] *Tz* haud. [c] *Tz* Stephano.

---

462. M. an Urban. (Gotha) 1515. Januar 5.

Mut. gratuliert zum neuen Jahre und frägt betreffs des Weinbergskäufers, des Hausprozesses und der Mainzer Gesandten an. Gegen Cordus solle Urban freigebig sein, Justus Menius werde einige Medikamente überbringen.

Prestantissimo Cisterciensium Henrico Urbano, magistro et amico suavissimo, Mutianus Rufus.

Salus et felix annus. Que mea interesse arbitraris, miror, cur non scripseris „homo fidus, certus amicus[7].“ Ego audivi esse Lanium[8] isthic, qui velit emere vinetum[9] meum. Explora, quid sit daturus.

---

1 Der Busenfreund des Georgenthaler Abtes. Vgl. Br. 292 S. 379 Anm. 2.
2 Des Eobanus Hessus. Vgl. Br. 456.
3 Johann Sömmering, der Sigillifer.
4 Mainzer Küchenmeister.
5 Leute wie Morch und Köteling.
6 Bruder Spalatins. Vgl. Br. 125 S. 180 Anm. 1.
7 Nach Martial IV. 5. 9: Homo certus, fidus amicus.
8 Er ist sonst nicht bekannt. Vielleicht ist es der Ostern 1511 in Erfurt immatrikulierte Petrus Lanius ex Mönster Meynfelt.
9 Vgl. Br. 14 S. 22 Anm. 2, Br. 403 u. 456.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/125

Vendam neque pensi habeo, bonusne sit an malus civis, dummodo C vel LXXX vel paulo minus statim representet. Ita tu cura levaberis[1] et ipse quietior ero. Item quid habet novi domus? Tacentne vicarii[2]? Quid Vuolscus egit[3] cum suo Tito Mario? Item quid actum est in senatu ab legatis[4] illis archiepiscopi? Quid agit Herebordus? Bellumne an pax an neutrum? Cordus[5] ait te esse liberalem. Rara predicatio. Sed esto talis. Meum studium et fides in te non cessabit. Atque utinam daretur mihi occasio de te quam optime merendi! Iustus Menius[6] tradet remedia quedam. Ea Mercurius[7] vel Hosius[8] ad me ferat. Vale.

Nonis Ianuarii anno MDXV.

Handschriftl. F 430 fol. 268r—268v.

---

463. M. an Urban. (Gotha 1515. Um 5. Januar).

Mut. will Urbans Wünsche erfüllen; er solle nur von Lanius oder einem andern Käufer des Weinbergs Mitteilung machen.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Quod petis, accipies et quod imperas, faciam. Tu modo de Lanio[9] aut alio emptore scribas. Vale et parce.

Iam alia molimur.

Handschriftl. F 429 fol. 268r.

---

464. M. an Urban. Gotha 1515. Januar 9.

Mut hegt dieselben Befürchtungen für Hessus wie Spalatin und wünscht Nachricht über Engellender. Er wundert sich über die Anfrage eines Augustiners und hätte gegen den Verkauf des Weinberges nichts einzuwenden. Ueber Spalatins Vikar habe er mit Duronius gesprochen, über Urban werde er es bei nächster Gelegenheit thun.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

Salus. His proximis diebus accepi literas Spalatini; videbis ut communis amicus. Timet Eobano. Sic et ipse. A me futura debuit cognoscere[10], etsi dixerit me talium rerum imperitum. Non autem erat difficilis coniectura et probe novi nihil dotis, nihil hereditatis, nihil

---

[1] Urban beaufsichtigte den Weinberg wahrscheinlich.
[2] Die Vikare des Marienstifts. Vgl. Br. 458 S. 116.
[3] Vgl. Br. 457 S. 115 Anm. 10.
[4] Abt Hartmann und seine Begleiter. Vgl. Br. 459 S. 117.
[5] Der Dichter Euricius Cordus. Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 4.
[6] Vgl. Br. 431 S. 89 Anm. 9.
[7] Diener Urbans.
[8] Philippus Hosius (Osius). Vgl. Br. 441 S. 91 Anm. 5.
[9] Vgl. Br. 462 S. 119 Anm. 8.
[10] Mutian hatte mehrfach seine warnende Stimme erhoben, vor allem aber gewünscht, dass der Dichter eine reiche Frau heimführe. Vgl. Br. 427. 442. 456.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/126

concordie apud istos esse, qui nobis eripuerunt amicum. Quid incautius quam puellam sibi copulare et nullas ante[a] tabulas dotales conficere? Sed hec facta sunt.

Quid dicunt de Engellendro?[1] An desiit esse cancellarius? Quidam ordinis Augustini[2] me consuluit[b], uti vides, homo mihi ignotus. Facilis responsio. Non tamen respondebo, ne ex thesi mihi faciant[c] hypothesim[d] et plus sit in causa quam proponatur. Iudicium tuum dicas. Barbari tradunt germanas esse, que sint eiusdem matris filie, consanguineas vero, que unius patris. Novit hunc casum quilibet arborum lector. Ideo miror, cur pater ille dubitet.

De vineto[3] habes meam sententiam. Si alienari potest, non repugno. De vicario[4] Spalatini quid statuam, nescio. Ut Duronio gratum facerem, consului retinendum. Te sequar. Ego scio Morianum[5] esse et Musardum[6] Lotianum et Duronium Simplicianum. Ob id timidius ago neque saluto Duronium. Auscultaret Musardus et Figulus[7] et candida forsan perverterent. Iam dormio, non tamen omnino sum oblitus officii mei. Observo enim occasiones[8], ut appareat tibi voluntas et facultas Mutiani tui.

Concerpe et nemini confide.

Ex Gotha V Eidus Ianuarias anno XV.

Handschriftl. F. 432 fol. 269 v — 270 r. Gedr. b. Tz. S. 193 *von* His proximis *bis* quam proponatur.

[a] *Tz* antea. [b] *Tz* consulit. [c] *Tz* faciat. [d] *Tz* hypethesin.

465. M. an Urban. (Gotha 1515. Kurz nach 9. Januar.)

Mut. bestellt Grüsse von Reuchlin, erkundigt sich nach dem Aufenthaltsorte des Erasmus und empfiehlt den armen Cordus zur Unterstützung. Hessus habe sich nicht wollen warnen lassen Das Faber'sche Werk solle nach Gotha geschafft und Musardus gegrüsst werden. Auch seien die Bücher des Spicenassus nach Georgenthal zu befördern.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Capnion[9] te[a] salute plurima donat, homo trium linguarum peritissimus. Vexatur autem a Dominicalibus; quorum arrogantiam

[a] *Tz* de.

1 Erst Hessischer, dann Mainzer Kanzler.
2 Doch wohl ein Insasse des Gothaer Augustinerklosters.
3 Vgl. Br. 456, 462 u. 463.
4 In Hohenkirchen. Vgl Br. 447 u. 455.
5 Freund des Mutianfeindes Morch.
6 Er hält es mit Köteling, dem Feinde Mutians. Vgl. Br. 448.
7 Nikolaus, intimer Freund des Abtes. Vgl. Br. 461 S. 119 Anm. 1.
8 Um mit Duronius wegen Urbans zu sprechen.
9 Mutian hatte in der zweiten Hälfte des September an Reuchlin geschrieben (vgl. Br. 434 S 91 Anm. 9) und wahrscheinlich erst jetzt auf diesen Brief eine Antwort erhalten. Dieselbe ist nicht aufbewahrt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/127

quis ferat? Christus admonet, ut noscamus fermentum [1] Pharisseorum [a], quod est hypocrisis, et alio loco [2]: „Attendite," inquit, „ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioqui [b] mercedem non habetis apud Deum, patrem vestrum, qui in celis est." Ait Esaias: „Appropinquat [3] mihi hic populus ore suo et labiis [c] me honorat, cor autem longe abest a me." Hos simulatores vir doctissimus, imo nos omnes, qui Musas colimus, sentimus esse gravissimos hostes. Detrahunt nobis et contumeliam iniuriamque faciunt vesanis suis contradictionibus solum ob id, quod fontes habemus et ipsi tantum turbidos rivos sacrarum literarum. Sed tandem veritas interclusa respirabit. Hec de alienis. Non plura dicam, ne imputes illud Menedemi Terentiani [4]: „Tantumne ab re tua tibi est ocii, aliena ut cures, que ad te nihil pertinent?" Valeant isti Pseudocatones et desinant nostros παναγίους [d] incessere. Dic mihi, carissime Urbane, ubi sit Erasmus [5]. Aiunt esse Moguntiaci. Do tibi epistolam [6] elegantis ludi magistri. Videbo iuvenem, bene scribit. De Bisurgi citra notam Ritii consulemus. Commendo tibi Ricium Cordum, Codrum [7] potius quam Cordum. Habet probam uxorem [8] et liberos et unde vivat, non habet. Esto liberalis. Habes domi Romanensem [9]. Cave. Solent errare ubique locorum exploratores. Propheta [10] fui Eobano. Tandem videbis, quid scripserim. Verus et iustus fui, sed non persuasi. Tanta et cecitas amantis. Phorcensis [11] dabit ad me libellum Stapulensis brevem [12], fac ut tuorum aliquis te absente ad me ferat. In Vallibus saluta Musardum [13] et cura, ut libri Alberti Spicenassi [14] ad tuos perferantur favente patre nostro. Hec a prandio. Concerpe.

Handschriftl. F 433 fol. 270r — 270v. Gedr. b. Tz. S. 193 *von* Capnion te *bis* de alienis.

[a] *Tz* Pharisaeorum. [b] *Tz* alioquin. [c] *Tz* suis *hinter* labiis. [d] *F* παντάγιους.

---

1 Matth. 16. 6.

2 Matth. 6. 1.

3 Jesaias 29. 13.

4 Terenz. Heautontimorumenos I. 1. 23 ff.

5 Er kam 1514 von England nach Basel, reiste jedoch bereits 1515 nach jenem Lande zurück. Auf der Hin- und Rückreise verweilte er in Mainz.

6 Dieser Brief ist verloren gegangen.

7 Wahrscheinlich eine Anspielung auf den bei Iuvenal III. 203 ff erwähnten armen Dichter.

8 Vgl. Br. 452 S. 109.

9 Es ist nicht ersichtlich, welchen Erfurter Mutian hier als Römling hinstellt.

10 Vgl. den vorigen Brief.

11 Vgl. Br. 431 S. 89 u. Br. 434 S. 91.

12 Es lässt sich nicht konstatieren, welches Werk des Faber Stapulensis Mutian hier im Auge hat.

13 Den Mutian sonst für verdächtig hielt. Vgl. z. B. Br. 464 S. 121.

14 Sonst unbekannt. In der Studentenmatrikel (Ostern 1465) findet sich der Name Albertus Spicznaße de Bischoffguttern.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/128

466. M. an Urban. (Gotha) 1515. (Anfang Januar.)

Mut. instruiert den Urban für den Prozess mit den Vikaren und meldet, dass er den Publius nach Hessen um Geld gesandt habe.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Ecce inopinatam ruinam, ecce inopinatas querelas vicariorum![1] Ego literas dare ad collegium illud nolui. Captantur enim in omni verbo anse calumniarum. Tu, rogo, vadas in comitia et expone rationem consilii mei, videlicet locatam domum Dithmaro sine ulla pensione ob id tantum, ut instrueret et fulciret ruinosa et nutancia[2]. Nam ea me esse pietate, ut fraternam pietatem in testamento servare studeam. Sed casus ille fortuitus est, et verum dixit Coquinarius[3] eos prestare debere damnum vicinie et molis aquariis datum. Non tamen inficias eo licere vicariis me convenire ut usuarium. Quid verbis opus? Postquam humaniter vicarios salutaveris, evoca statim Dithmarum et dicito: Cura ut rudera tollantur et meatus Gherre repurgetur vel exi cessante conditione quinquennii. Si demigraverit, tolle cementum et lapides meo sumptu. Si permanserit, tollat ipse in nomine diaboli. „O quantum est in subitis casibus ingenium!“ inquit Marcialis[4]. Tu igitur ingenio maximus et mei honoris amantissimus procura hoc fideliter, ut confido. Dabo tibi, quod debeo, ad minimum quadrantem teque colam fide perpetua. Est nunc in patria mea Adamus Publius[5]. Nummos reportabit, domine mi, ne moreris. Valeas in Christo.

MDXV.

Handschriftl. F 435 fol. 270v—271r.

---

467. M. an Urban. (Gotha 1515. Anfang Januar).

Mut. bittet um einige Bücher, verspricht den Publius sofort nach seiner Rückkehr zu senden und will sein Haus nebst Weinberg verkaufen. Vor der Hand aber soll die Gera gereinigt werden.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Incommoda ubique ingruentia faciunt, ut librorum obliviscar. Quanquam, ne hoc omittam, videre ut antea discupio Disputata Parrhisiensium[6]. Item Origenis[7] opera, tuum cum indice literario

---

[1] Vgl. Br. 462 S. 120.

[2] Nach Br. 243 S. 320 war Mutian urkundlich verpflichtet zur Instandhaltung des Hauses und suchte gerade diese Verpflichtung auf den Mieter abzuwälzen.

[3] Nikolaus Engelmann.

[4] Liber spectaculorum XIV. 4. „In“ fehlt daselbst.

[5] Der Famulus sollte vielleicht die 10 Gulden holen, welche Paulus versprochen, aber noch nicht gebracht. Vgl. Br. 456 S. 114 Anm. 6.

[6] Vgl. Br. 455 S. 113 Anm. 9.

[7] Vgl. Br. 456 S. 115 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/129

Apuleium[1]. Hodie vel cras reveniet Adamus[2]. Eum allegabo ad te, quam primum venerit. Vendam domum[3] et vineam. Nunc, quod urget, stagnantem Gherram[4] purgemus. Vale.

Handschriftl. F 434 fol. 270 v.

---

468. M. an Urban. (Gotha 1515. Anfang Januar.)

Mut meldet, dass Voltzke mit den Vikaren des Hauses wegen verhandeln wird. Er leide am Magen.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

Salve magnorum[5] conviva. De domo Vuolscus[6] aget cum vicariis. Ego inpresentia stomachi curam habeo. Tu cura tuam valetudinem et hunc Osium[7] ama. Vale.

Handschriftl. F 441 fol. 273 v.

---

469. M. an Abt Hartmann. (Gotha 1515. Kurz vor 10. Januar.)

Mut. wünscht nähere Auskunft über den Fortgang der Kalenderverbesserung und verspricht, nicht nur die Defensio Reuchlins, sondern alles Streitmaterial zu senden.

Maximo legato Erphurdie presidenti, domino Hartmanno, doctori et principi claro.

Salus. De Orosio scribit ad Hieronymum Augustinus[8]: „Venit ad me religiosus iuvenis conpresbyter[a] noster Orosius vigil ingenio, ornatus eloquio, flagrans studio et cetera. Docui, quod potui. Quod autem non potui, unde discere valeret, admonui. Itaque ut ad te proficisceretur, hortatus sum. Utile hoc est exemplum: „Disce[9], sed a doctis," consilium pete, sed a consultis. Sic papa Syxtus consuluit[10] Ioannem[b] Monteregium. An autem Germanus ille correxerit paschale Dionysii computum, me latet. Leo X consulit gymnasia nostra, in quibus multi Eudoxi, multi Sosigenes, qui vel Iulianum annum renormarent vel aureum numerum corrigerent. Hec est singularis gloria

[a] *Tz* compresbiter. [d] *Tz* Iohannem.

---

1 Vgl. Br. 117 S. 163 Anm. 2.

2 Vgl. den vorigen Brief.

3 Dieses Vorhaben äussert Mutian bereits im Sommer 1513 (vgl. Br. 288 S. 376) scheint aber es bald aufgegeben zu haben.

4 Vgl. den vorigen Brief.

5 Vielleicht sind die Mainzer Gesandten gemeint, welche doch wohl im Mainzer Hofe wohnten und demnach Nachbarn Urbans waren.

6 Vgl. Br. 462 S. 120.

7 Vgl. Br. 441 S. 99 Anm. 5.

8 Augustinii epist. 166. 2.

9 Catonis disticha IV. 51.

10 Vgl. Br. 459 S. 117.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/130

nostrorum hominum, ad quos senatus Lateranensis concilii[1] in re prestantissima respicit. Quid enim prestantius quam eius ceremonias in ordinem adducere, qui dicit[a] . . . . . Vale, sapientissime principum, et legationem illam tuam feliciter gere. Ego non solum Defensionem[2] Capnionis, sed eciam totum negocium[3] ad te mittam, si legendi datur ocium. Iterum vale, doctor optime.

Handschriftl. F 444 fol 276r. Gedr. b. Tz. S. 197, *vollständig bis auf den Satz* Quid enim *bis* qui dicit.

[a] *Die hier folgenden Worte in hebräischer Srhrift sind nicht zu lesen.*

---

470. M. an Abt Hartmann. Gotha 1515. Januar 10.

Mut. bittet für seinen Schützling Rhanis und sendet eine Schrift gegen die Acta Parrhisiensium. Er betet zu Gott, dass das Versöhnungswerk dem Abte gelingen möge.

Inclyto principi Hartmanno[4] Fuldensi et Hersfeldensi abbati, doctorum iurisconsultissimo et eloquentissimo patrono meo, Mutianus Rufus.

Inclytissime pater. Non possum preterire, quod utile videatur erario vestro. Ita totus sum auctoratus vestris, id est, tuis et cenobii tui commodis et honoribus. Conservatorem iuris isthic constituat tua sublimitas, ad quem Rhanis[5], cerę procurator, recurrat. Dominus Sigillifer[6], homo consultus, libenter in hac re obtemperabit preceptis tuis. Preterea mitto ridiculum opus[7] et facetum, sed verum et necessarium, quo sub fictis personis enthymemata[8] theologorum Parrhisiensium eluduntur. Iucunda sane lectio et stilus pragmaticorum. Habemus, ut spero, tue gracie favorem. Volguinus[9] noster remittat. Ego Deum oro, ut plebem nobilitati concilies et pacem reducas, legate et pacificator sapientissime. Vale et salve. Rhanis se mecum tue humanitati commendat.

Ex Gotha IIII Idus Ianuarias anno MDXV.

Handschriftl. F 446 fol. 276v—277r. Gedr. b. Tz S. 198—199 *bis auf die Adresse vollständig.*

---

1 Vgl. Br. 459 S. 117.

2 Vgl. Br. 251 S. 332 Anm. 1.

3 Ich verstehe diese Stelle so, dass Mutian sagt, er wolle dem Hartmann alles auf den Reuchlinschen Streit bezügliche schicken.

4 Er weilte in Erfurt als Haupt der erzbischöflichen Gesandtschaft.

5 Vgl. Br. 234 S. 313 Anm. 7.

6 Johann Sömmering.

7 Wahrscheinlich „Contra sentimentum Parrhisiense“ abgedruckt bei Friedländer. Beiträge zur Reformationsgeschichte. Berlin 1837. Böcking hält Crotus Rubianus für den Verfasser dieser Satire.

8 Vgl. Br. 455 S 113 Anm. 9.

9 Vgl. Br. 461 S. 118 Anm. 5.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/131

471. M. an Urban. (Gotha 1515). Februar 5.

Mut. lässt sich in sehr erregter Weise über die jüngste gerichtliche Verhandlung mit den Vikaren aus und will von nun an den Osimundus mit der Wahrnehmung seiner Rechte betraut wissen, da Pyrrhus sich unfähig gezeigt. Vor allen Dingen sei ein Aufschub der Sache nötig. Er erbittet sodann Auskunft über Engellender, die Mainzer Gesandtschaft, den Weinberg und seinen Käufer. Von seinem Kollegen Wagner habe er einen wichtigen Fingerzeig erhalten, an Nithard wolle er sich nicht wenden. Am nächsten Tage sei der Gerichtstermin.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Legi, que adversum vicarios inter Convalles et arbusta festo Mariano[1] scripseras, Ianum[2] scilicet egisse sinistro genio, Engelmanni preces non valuisse, iudicem prorogasse diem iudicii. Istos ἀποφράδας τιτᾶνας tam κενταυρικῶς mecum agentes meamque existimationem propter suam insolentiam sui questus et commodi gratia ineptissimis nugis saburrantes quis tulerit equo animo? Non est dormitandum, Urbane, in hoc negotio curarum pleno. Resistendum pro virili levi et dicaci argutie, occurrendum sannis et Sisyphi commentis neque dicendum, quod prudentis non est, „οὐκ[a] ὥμην.“[3] Imploremus auxilium domini[4], invocemus presidium doctrine et industrie. Si Ianus imperfectus et dimidiatus procurator erat, ut ipsi aiunt, statuatur egregius aliquis assertor litis et dignitatis mee, qui et ipse lapides, ut ita loquar, proferre possit, quibus cerebrum excutiat istis chorididascalis, vulturibus, cerdonibus, ne bonos viros modis omnibus sollicitent suis minis, iurgiis, vafritiis vel potius immanitate, ferocitate, arrogantia, incivilitate et barbaria. Eiusmodi enim propugnator, ut dixi, invadat Λουλοπολιν et conciliabulum byrsopolarum et urgeat eorum syndicum cum aliis tum hisce convitiis: „Lusisti, satis est, sed te, mihi crede, memento intra pelliculam cerdo tenere tuam.“[5] Re enim vera vultures sunt et cerdones, qui mortem non expectantes vivos nituntur sepelire et devorare facultates ante tempus. Sinant me spirare diutius a summo habituri domum, quam nunc frustra sui emolumenti respectu auferre laborant. Quocirca Hallensis[6] erit imperator, homo exercitatus et forensium litium peritus. Veh muscis et Pseudocatonibus! Quod Ianus non potuit depellere, profligabit Osimondus. Habes igitur epitomen procuratoriam rem risu prorsus ludoque dignam, sed, ut tempora sunt,

[a] *F* οὔκ ὤμην.

---

[1] Am 2. Februar.
[2] Pyrrhus Campegus. Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.
[3] Vgl. Cicero. De off. I. 23. 81.
[4] Des Erzbischofs Albrecht.
[5] Nach Martial. III. 16. 5— 6: Lusisti corio, sed te, mihi crede, memento nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.
[6] Osimundus von Halle. Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/132

sane necessariam. Nam ista plebeia et vernacula latinitas, Deum immortalem, quantum arridet consistorio, quantum virium habet ad excitandas tempestates, ad extorquendas pecuniarias suppetias, ad terrendos adversarios! Potueram eleganter et erudite creare defensorem, sed aures iste mucose non audiunt cygnos et Musas. Potueram imitari doctissimos iurisconsultos evi antiquioris, sed nostrates rabule, ὄνοι πρὸς αὐλόν[1], amant suas verrucas et nevos et tubera. Non est ob id consilium tangere hoc carcinoma. Nemo enim adeo magnus adhuc vel Rome vel alibi inventus, qui protritum et vulgarem fori stilum emendare auderet. Vide Capnionis[2] turbas: cum barbaris barbare digladiatur, presertim apud iudices. Ita mihi persuasi non movendam esse lineam neque cecis speculum adhibendum. Sunt, fateor, multa superflua, multa inepta. Fecit, constituit, creavit et ordinavit procuratorem, nuncium, negociorum gestorem, defensorem et reliqua lectionis eiusdem. Quanquam Accursius[3] ad legem „Mutus,“ § „pena“ ff de procuratoribus[4], damnet istam verbositatem et Bartholus[5], auriga leguleiorum, brevitatis amore ait sufficere, si quis datus sit ad agendum. Eundem enim eciam ad defendendum videri datum. Eodem spectant, que leguntur in Decretis canonicis, XIX dist. „Si[6] Romanorum,“ LXXVI dist. „Huiusmodi.“[7] Item in actis improbatur supervacaneum Codex de precibus imperatori offerendis[8]. Lege „Si extra,“[9] § „Sane.“ Verum enimvero connivemus omnes et causidici cecutiunt et hallucinantur more suo. Nam suus cuique mos placet. „Tractant fabrilia fabri[10].“ Nunc inseruntur formulis tot ratihabitiones, tot genera cautionum, quasi non sit satis iubere, ut agas. Me facta, transacta, iudicata, placita breviter omnia ratificare. Ego, quoties audio satisdationes illas sive iuratorias sive fideiussorias sive hypothecarias, misere mihi metuo, ne lateat hamus sub esca. „Cautus enim metuit,“ ut inquit Horatius[11] „foveam lupus accipiterque suspectos laqueos adopertum milvius hamum.“ Nonne tutius foret constituere per epistolam, qui

[1] Vgl. Erasmus. Adagia p. 882.
[2] Sein Prozessschwebte damals in Rom.
[3] Vgl. Br. 434 S. 93 Anm. 3.
[4] Digesta III. 3. 43. 4.
[5] Vgl. Br. 4 S. 8 Anm. 5.
[6] Decreti prima pars, distinctio 19. c. 1: Si Romanorum Pontificum decreto ceterorum opuscula tractatorum approbantur vel reprobantur etc.
[7] Mut. zitiert hier falsch. Mit Huiusmodi beginnt Decreti secunda pars, causa X, questio II c. III.
[8] Cod. Iustinianus I. 19.
[9] Wiederum falsch zitiert.
[10] Horaz. Episteln II. 1. 116.
[11] Horaz. Episteln I. 16. 50—51.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/133

litem alienam accipiat? Novi hanc artem et Clementina docuit. Sed usus multorum prevaluit, ita ut me pudeat istarum meretricum, ut tecum faceto et philogelo iocer. „Quas," inquit quidam, „meretrices mihi nominas?" cum dictum fuisset Clementina Novella extravagans. Ad rem. Habes procuratorium Demosthenis et Ciceronis, summam eloquenciam Salimanni[1]. Quid plura? Est, qualis est. Scit Osimondus noster hoc negocium circa mandata esse dilatorium. Itaque differat moram pausamque faciat, ne cito lis contestetur. Uti volo remedio paucis cognito et miris dolis deludere vicarios. Tantum effice, ut moramenta fiant ante contestationem litis. Hactenus de foro. Nunc agam de re familiari. De Engellendro[2] fac me certiorem. Item dic nomina eorum, qui president[3] curie Moguntine, idque gradatim post abbam Hartmannum. Item tempus est, ut scribas de vineto et Lanio[4]. Si fieri non potest venditio, dic vinitori meo, quando ad te venerit, ut reddat instrumenta et alia tractet. Me habere novum vinitorem rel. Nihil ad Rodam[5] amplius dicas. Novi Syros. Consultacio vicariorum est mihi usquequaque ad amussim explorata. Mattheus Waner[6], meus collega et vicariorum, narravit mihi, ubi cardo litis versetur. Tu nemini confide et cogita, quantus sit nebulo Nithardus[7], qui tibi illudit. Illuderet et mihi, si supplicarem. Sed nolo littus arare. Si non potest fieri, quod vis, id velis, quod possit[8]. Cras est terminus iudicii, itaque vigila. Petatur causa in scriptis vel alia falla pertrudatur et, ut urbane loquar, clamet ille noster fieri mihi iniuriam indebite, iniuriose de facto contra Deum et euangelium, contra canones et leges, contra morem et honestatem et proclamet rabiosa magis et insana quam probis probanda. Extra iocum: Rescribe diligenter, quid tibi videatur.

Datum Nonis Februariis. Raptim. MDXV.

Handschriftl. F 443 fol. 273r—274v.

---

472. M. an Gregor Agricola. Gotha (1515). Februar 23.

Mut. klagt über die Sklaverei des Gottesdienstes und grüsst Ceratinus nebst Saurus.

Gregorio Agricole[9], patri et modestissimo et doctissimo, Mutianus Rufus.

---

[1] Vgl. Br. 76 S. 111 Anm. 5.
[2] Vgl. Br. 464 S. 121 Anm. 1.
[3] Teilnehmer an der Gesandtschaft. Vgl. Br. 459 S. 117.
[4] Vgl. Br. 462 S. 119 Anm. 8.
[5] Nur hier genannt.
[6] Vgl. Br. 89 S. 128 Anm. 5.
[7] In der Angelegenheit des Spalatinschen Diploms. Vgl. Br. 458 S. 116.
[8] Nach Terenz. Andria II. 1. 5—6.
[9] Vgl. Br. 278 S. 365 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/134

S. Quid scribam, doctissime pater? Preces Iovis famule[1] me in servitutem trahunt, rectius ducerent ut generosi animi hominem. A servo servilem epistolam[a] accipe. Liber Petreius, liber Urbanus, ego servio. Vale.

VII Calendas Martias.

Saluta Ceratinum[b 2] humanissimum et illum ingenio et facundia nobilem canonicum[3], Beroaldi discipulum.

Inter Gothos.

Handschriftl. F 438 fol. 272v—273r. Gedr. b. Tz. S. 196, *bis auf die Adresse vollständig.*

[a] *Tz* accipe epistolam. [b] *Tz* Cratinum.

473. M. an Valentin Sunthausen. (Gotha 1515. März 1.)

Mut. sendet dem Freunde durch Osimundus einen Gruss und fordert ihn auf, den 1. März festlich zu begehen.

Clarissimo viro Valentino Sunthusenio[4], iureconsulto et oratori, Mutianus Rufus.

S. Calendis Martiis cum me Hallensis[5], rectorum studiorum admirator, in tranquillitate mea salutaret, habita est cum de aliis ornatissimis legatis[6] maximi antistitis Alberti tum de te primi nominis iurisconsulto, ut fieri assolet in familiari colloquio, et iucunda et honesta mentio. Itaque preculis et susurris huius annue et solemnis inedie paulisper intermissis, quibus nos Christi sacris initiati quasi cicuramur et ad mansuetudinem macerati revocamur, non potui facere, quin amoris erga te mei gratia darem ad te literas tam idoneo et benevolo Hallensi meo. Hodie sunt, ut inde auspicemur, Calende Martie, dies voluptarius[a] et genialis, dies antiqui Romanorum gaudii merito celebris et observandus Nam hodie matrone convictu apparatissimo servos

[a] *F* voluptaris.

1 Der Jungfrau Maria.

2 Wahrscheinlich „Iacobus Theodorici de Horn“ aus den Niederlanden. Vgl. Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens der Wissenschaften Bd. III S. 329—332. Er wurde Ost. 1500 in Erfurt immatrikuliert, Mich. 1501 Bacularius, 1504 Magister artium. Im Winter 1509/10 erreichte er den ersten theologischen Grad (Liber rat. fol. 108r), im Sommer 1510 den zweiten, im Winter 1519/20 unter seinem eigenen Rektorate den dritten und wahrscheinlich noch 1520 den höchsten, den eines Doctors der Theologie. Da er 1515 Dekan der philosophischen Fakultät war, müsste er noch im Anfang des Jahres 1515 von Breslau zurückgekehrt sein. Ueber seinen dortigen Aufenthalt ist sonst nichts bekannt.

3 Stanislaus Saurus. Vgl. Br. 402 S. 61 Anm. 3.

4 Vgl. Br. 459 S. 117.

5 Georg Osimundus. Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 2.

6 Vgl. Br. 459 S. 117.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/135

accipiebant. Causam reddit Macrobius[1], ut videlicet initio anni — erat enim Martius primus mensis apud veteres — matrone beneficio et largitate servos sibi in annum secuturum obligarent haberentque obsequentissimos. Ideo dicuntur a poetis Calende feminee[2]. Huc etiam pertinet, quod scribit iurisconsultus[3] noster libro IIII et XX Digestorum: „Si vir uxori munus immodicum in Calendis Martiis aut natali die dedisset.“ Vides, optime Valentine, huius inclyte hilaritatis rationem. Quam nisi esuriales ferie et theologorum supercilium obliterarent, mariti et uxores Romano citu colerent quotannis et, quamvis imperator priscorum servos et servitutes ex bona parte submovit, daremus tamen munera domesticis et una letaremur. Nihil tamen prohibet, quin hoc antiquum et venerabile festum coepulonibus tuis doctissimis, Hartmanno, principi sui ordinis splendidissimo, Gregorio[4], cui in scribendis epistolis merito palma tribuitur ab omnibus, qui novere, quid sit elegantia et nitor teutonismi et ceteris preclaris viris clara voce predices et persuadeas, ut genio indulgeant. At si Hartmannus ieiunium et austeritatem remissioni et laxamento pretulerit ut homo sacrosanctus et caput religionis benedicte, respondebis tu non errasse Platonem, summum philosophorum, qui censet a deo festorum alacritatem institutam, qua humana fragilitas recrearetur. Contradicet hoc, opinor, modo: Minos legem accepturus a Iove novem diebus in spelunca ieiunium observavit, si Homero credimus, Moses, Hebreorum legumlator, XL dierum spacio cibo abstinuit. Notum quoque vel idiotis nostratibus, quid Helias et prophete, quid Christus et apostoli fecerint. Eorum vestigiis insistendum esse, postquam Thelesporo[5] placuit, ut septem hebdomadibus ieiunaremus. Habeo, Valentine, quid humanissimo patri opponas. Nihil enim hic nisi festivum et ridiculum afferam. Ausonium legisti. Ausonius[6] inquit:

„Sancta salutiferi redeunt solemnia Christi
Et devota pii celebrant ieiunia myste.“

Docet Ausonius mystas, id est, sacerdotes celebrasse ieiunia. Itaque cum Gregorius[7] et Huthenus[8] et tu sine sacerdotio vivatis, facile

---

[1] Saturnalia I. 12. 7.
[2] Z. B. Iuvenal 9. 53: Munera femineis tractat secreta Calendis.
[3] Pomponius in Digesta XXIV. 1. 31. 8.
[4] Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 9.
[5] Decreti prima pars Dist. IV. c. 6: Thelesphorus Romae urbis Archiepiscopus omnibus episcopis: Statuimus, ut septem ebdomadas ante sanctum pascha omnes clerici in sortem Domini vocati a carne ieiunent etc.
[6] Versus paschales Proco dicti in der Ausgabe von C. Schenkl. S. 30. 1—2.
[7] Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 9.
[8] Wahrscheinlich der Mainzer Marschalk Frowin von Hutten.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/136

commenta supersticiosorum ut ficticia refelletis, quamquam Hartmannus minime omnium sit supersticiosus. Ceterum in aliis cenobiis degunt veri Timones[1] et tristes Areopagite[2] et, ut ita dicam, καθημερόβιοι καὶ ῥυποκόνδυλοι[a] immoderata parsimonia utentes, sed sine pietate, sine doctrina, ut inanis ut stulta videatur abstinentia. Quis enim credat placere Deo inediam bardorum, nisi mens a viciis ieiunet? Hoc in Decretis canonicis vere magnum ieiunium Augustinus appellat. Sed insulsos et vecordes stupidosque relinquamus, qui sunt in alienis erratis lyncei, in propriis lippi. Habeant suas questuarias nenias et trivialia nugamenta nescio risune explodenda an dissimulanda silentio. Vos, viri prestantes et eruditi, Ovidianum[3] illud dicite in prandia cucullatorum: „Hostibus eveniant convivia talia nostris“ et illud Horatii[4]: „Nulla placere diu neque vivere carmina possunt, que scribuntur aque potoribus.“ Item: „Satur est, cum dicit Horatius ohe.“ Itaque medium unguem ostendite leguminibus et istos, ut inquit in Truculento[5] Plautus, qui cum geniis suis belligerant, parcepromos[b] relegate in molas olearias. Verum quid ago? Censoribus meis frustra precipio. Sed libuit iocari, ut festo Calendarum Martiarum aliqua saltem ex parte ut antiquarius ad te peritissimum antiquitatis scribens satisfacerem. Illud autem in fine serio dicam „μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον.“ Symbolum est Pythagore[6]: „Arctum anulum ne gestato.“ Significat hoc enigma interprete Hieronymo: ne vixeris anxie, neque liber cum sis, in servitutem te redigi patiaris. Quare, mi Valentine, tu tuo vivito more. „Sanus“ enim „homo,“ ut tradit Cornelius Celsus[7] „qui et bene valet et sue spontis est, nullis obligare se legibus debet.“ Sit tibi venter pro salario, ut admonet in commentariis preceptor tuus Philippus Beroaldus et tunc comesse debemus, quando esurimus. Hec ut raptim scriberem, benevolentia iussit. Malui siquidem inepta scribere quam omnino nihil scribere fretus comitate et candore tui ingenii. Bene vale.

Handschriftl. F 447 fol. 277 r—279 r.

[a] *F* ῥυποκονδολοῖ. [b] *F* parce promos.

---

1 Leute wie der Menschenfeind Timon von Athen.
2 Vgl. Erasmus. Adagia p. 309 ff.
3 Heroiden XV. 217.
4 Horaz. Episteln I. 19. 2—3.
5 Truculentus I 2. 81.
6 Vgl. Erasmus. Adagia p. 16.
7 Corn. Celsus I. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/137

474. M. an Janus Urbicus. (Gotha) 1515. März 6.

Mut. meldet, dass nun endlich Spalatins Diplom eingetroffen. Für den Fall, dass der Adressat nach Wittenberg geht, will er ihm einen Brief mitgeben.

Iano Urbico literato et officioso suo Mutianus Rufus.

S. Hesit in urbe diploma[1] veluti limax in cochlea, tandem prorepsit ratificans spem amici et eorum, qui procurabant fidem. Destinas ire Vuittenburgum[2], quasi vero non queas isthic[a] in maius crescere. Si omnino apud Albim Minervam vestigabis, nolo sine meis literis proficiscare. Valeas[b].

Pridie Nonas Martias MDXV.

Handschriftl. F 455 fol. 286r. Gedr. b. Tz. S. 205 *vollständig.*

[a] *Tz* istic. [b] *Tz* V.

---

475. M. an Abt Hartmann. (Gotha) 1515. März 15.

Mut. dankt dem Abte Hartmann, dass er einem Vikar in Gotha beigestanden und gegen die Augustiner sich fest gezeigt, welche den Kanonikern die Ostereier wegnahmen, ähnlich wie in der Fabel einst der Käfer die Adlereier. Er bittet um die Beförderung des Rhanis in ein Notariat und wünscht, dass die Friedensvermittlung in Erfurt gut von statten gehe.

Doctissimo et sacrosancto patri et domino Hartmanno, abbatiarum Fuldensis et Hersfeldensis Augustarum archicancellario, meo principi et patrono, Mutianus Rufus.

S. Illustris et beatissime pater. Etsi mira et inaudita ex literis et nunciis cognovi, que novitatis gratia perscribere statueram, admonuere me tamen pisces silentii. Pisces, inquam, discipline Pythagorice contubernales, qui nisi essent symbolum taciturnitatis, non dicerent greci autores „ἀφωνότερος ἰχθύος,“ hoc est, magis mutus quam piscis. Itaque nihil scribam de exundatione Tyberis[3], de conflagratione[a] Vaticani palatii, de novo rege[4] Gallorum, de Anna[5] rem Hessiacam administrante. Aliena sunt ista et a salsamentis ac holeribus abhorrent. Sed quominus agam tibi gratias, nullus Zeno, nullus unquam Pythagoras efficiet[b]. Nam Gothi nostri tuam benevolentiam ita laudant, ut omnia tibi debeamus. Primum in negotio baptismalis phani veteranum vicario nostro molestum tua sentencia correximus. Deinde constanter

[a] *F* conflagatione. [b] *F* unquam *vor* efficiet *trotz des* unquam *zwischen* nullus *und* Pythagoras.

---

[1] Das so lange erwartete.

[2] Die Wittenberger Studentenmatrikel enthält den Namen des „Joannes Fasnacht ex Urba“ (vgl. Br. 249 S. 327 Anm. 1) nicht.

[3] Die beiden Nachrichten aus Rom stammen gewiss von Petrejus her, der seit Herbst 1513 daselbst verweilte.

[4] Franz I.

[5] Bellicosa Semiramis, wie sie in Br. 431 S. 89 heisst.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/138

egisti cum eremitis Aurelianis[1], quanquam isti lapides non moverentur. Quid cecis lumen preferamus? Ita versantur in Cimmeriis tenebris, ut vel in sole veritatis caligare videantur. Omittamus oves nigri velleris. Periculosum certamen est digladiari cum mendico momo, cuius pera nunquam impletur. Vulgo creditur istis ob fucatam[a] sanctimoniam. Unum caput controversie risum mihi movit: de ovorum expilatione. Si[b] schern[c] vns die ostereyger[d] vß[e] dem neste velut scarabei. Audi fabulam antiquissimam: Scarabeus spretus ab aquila cepit de vindicta cogitare. Adrepsit ad nidum aquile et ova propulit. Aquila id moleste ferens transtulit nidum in editiorem locum. Sed improbus scarabeus simili dolo deiecit ova. Tum Iovem patronum adiit aquila, exponit calamitatem his verbis; „Summe pater, defende clientem, vim vi repelle, conserva prosapiam, sint nati natorum et qui nascentur ab illis. Ignota mihi pestis nidum infestat, deturbantur ova et, quamvis commuto domicilium et sepius alio dilabor, nusquam hactenus tamen in tuto nidificavi. Boni presidis est purgare provinciam, ne latrones invadant alienas facultates. Vide, Iupiter, celi terreque rector, ne fiat contra ius et fas iniuria tuis famulis.“ His suppliciter dictis bene sperare iubet magnus conservator. „Pone,“ inquit, „in meo gremio tua ova; nemo fidem et tutelam imperii nostri[f] violabit.“ Sed o pertinacis scarabei temeritatem! Nam per vestis lacinias sinusque prorepsit ad ova. Que cum Iupiter commoveri animadverteret[g] neque videret, unde impetus ille esset[h], territus rei novitate excussa gremio profudit in terram. Risere spectatores, sed aquila doluit et mansit in querela sempiterna. Consimilis modo Timones nostri de vindicta de canonicis quoquo modo sumenda cogitantes, quia nocere alia via non possunt, colligunt ova nostra neque contenti de nido pepulisse, devorant etiam et gallinas ipsas, imo gallos insidiis illectant et decipiunt. Occurreret huic fraudi Iupiter nobis opem laturus, nisi haberet spinas in pedibus. Proinde pacientes esse cogimur tueque voluntati gratias agimus. Fecisti, quod Paulus prescribit. „Argue, obsecra, increpa“[2]. Audita fuit suadendi authoritas[i] et iubendi potestas, sed crassis auribus monaste non receperunt tanti legati sermones saluberrimos. Quid igitur aliud quam illud evangelicum dixeris[3]: „Cantavimus vobis tibiis, et non saltastis, cecinimus[k] lugubre, et non plorastis?“ Et de his quidem hactenus.

[a] *Tz* facatam. [b] *Tz* Sie [c] *Tz* scheren [d] *Tz* Ostereyer. [e] *Tz* aus. [f] *Tz* nostri imperii. [g] *F und Tz* animadvertit. [h] *Fehlt bei Tz.* [i] *Tz* autoritas. [k] *Tz hat noch* vobis *hinter* cecinimus.

---

[1] Auf die Gothaer Augustiner scheint Mutian überhaupt nicht gut zu sprechen zu sein.

[2] 2. Timoth. 4. 2.

[3] Matth. 11. 17.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/139

Rhanis noster cupit esse notarius. Da huic inanem titulum sibi profuturum et fortasse rebus tuis. Facito authenticum, ut scribat authorem suum esse non solum papam et cesarem, sed etiam regem Persarum et abbam Fuldanum. Idem Rhanis noster frustra senatum istum interpellat de usura sui fenoris. Preferatur ceteris, si unquam habebitur in persolvendo ere alieno bone fidei ratio. Ego nihil pro me peto, tantum opto, ut bene valeas et Trasybulum imiteris in reducenda et stabilienda pace[2]. Trasybulus enim, cum civitatem Atheniensium XXX tyrannorum sevitia liberasset, pebiscitum interposuit, ne qua preteritarum rerum mentio fieret. Hanc publicam veniam, hanc malorum oblivionem ἀμνηστίαν vocant. De qua M. Tullius[3] ita loquitur: „In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis Atheniensiumque renovavi vetus exemplum. Grecum eciam verbum usurpavi, quod tum in sedandis discordiis usurpaverat civitas illa atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.“ Apud Herodianum[4] imperator Maximus hoc modo disserit: „Neque vero suspicemini rerum superiorum memoriam ullam superfore aut in nobis, quippe nihil non iussi fecistis aut in Romano populo nationibusque aliis, quecunque ob acceptas iniurias desciverunt. Sit omnium oblivio, sit fedus constantis amicicie fidesque benevolentie ac moderationis sempiterna.“ Alias plura dicam de hac amnestia. Commendo me tue dignitati, pater et domine noster, item commendo Nicolaum Engelmannum[5], fautorem meum, Eobanum Hessum poetam celeberrimum et Henricum Urbanum, latinum et solertem virum, qui tuus cancellarius si esset, laus et gloria mirum in modum augeretur, presertini tua prudentia literas illius recognoscente. Vale felix.

MDXV. Eidibus Martiis.

Handschriftl. F 449 fol. 281 r — 282 v. Gedr. b. Tz. S. 200— 201 *von* Gothi nostri *bis* quidem hactenus.

---

476. M. an Valentin Sunthausen. (Gotha) 1515. März 15.

Mut. bespöttelt das Fasten und entschuldigt sich wegen seines unbedeutenden Briefes. Daran knüpft er den Wunsch, das Friedenswerk in Erfurt möge gelingen und die Verbannung der Patrizier ihr Ende finden.

Valentino Sunthuseni o[6], equiti et iureconsulto nobilissimo, amico precipuo, Mutianus Rufus.

---

1 Vgl. Br. 470 S. 125 Anm. 5.
2 Zwischen den Patriziern und der Gemeine. Vgl. Br. 470.
3 Philipp. I 1. 1.
4 Herodian VIII. 7. 6.
5 Mainzer Küchenmeister.
6 Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 8.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/140

S.[a] Quid est Valentine, doctor[b] humanissime[b], quod scribit ad Fabium Gallum M. Tullius: „Ego, qui me ostreis et murenis facile abstinebam, a beta eciam et malva deceptus sum. Posthac igitur erimus cautiores[1].“ Plane ostendit summus[c] vir ille nocuisse sibi holera[d]. Quo me vertam, si beta nocet, si malva ledit. Plinius[2] libro XX capite quinto testatur Syriam in hortis esse operosissimam et „multa Syrorum holera“ Greci noverunt. Iudea autem, Syrie portio, misit ad nos authores nostri dogmatis, qui esurire nos docent et vesci leguminibus Benene an male mereantur de[e] nobis, vix possum dicere. Una omnium medicorum est sententia omnia legumina et herbas ventum et humores impuros afferre corporibus atque hanc ob causam detestatur Cicero malvam et betam. Nota res, mala optima. Neque sine causa dixit Martialis: „Ut sapiant fatue fabrorum prandia bete, o quam sepe petet vina piperque coquus[3]!“ Cesar Octavianus[f] teste Suetonio[4] a devoratis betis betizare dixit pro languere. Referant Stoici, quicquid velint ad frugalitatis commendationem, nos plebeias et viles herbas non libenter esitamus. Magis probo Augusti parsimoniam, qui cibi minimi erat ac vulgaris fere. Secundarium panem ac pisciculos minutos et caseum bubulum manu pressum maxime[g] appetebat. Quid autem tibi videatur, expone. Noli a me tetricas literas expectare, quales amplissimo legato[5] et tibi consessori singulis horis redduntur tanquam magnis[h] presidibus, de damnis et querelis privatorum, vel interdum de fluctibus et agitacione reipublice. Quam utinam immortalis Deus conservare dignetur exulibus[6] tandem in patriam postlinimio reductis! Vale.

Eidibus Martiis MDXV.

Handschriftl. F 450 fol. 282 v — 283 v. Gedr. b. Tz S. 201 — 202 *vollständig.*

[a] *Fehlt bei Tz.* [b] *Die beiden Wörter fehlen bei Tz.* [c] *Fehlt bei Tz.* [d] *Tz* olera. [e] *Tz* a. [f] *F* Octavius. [g] *Tz hat* quam *vor* maxime. [h] *Tz* magis.

477. M. an Cordus. (Gotha 1515. März 15.)

Mut. gratuliert dem Cordus zur Geburt eines Sohnes und hätte gern das grosse Lob im Itinerarium vermieden gesehen.

Euritio[7] Cordo, poete celebri suo, Mutianus Rufus.

1 Epistolae ad fam. VII. 26. 2.
2 Plin. Nat. hist. XX. 5. 16.
3 Martialis XIII. 13.
4 Sueton. Augustus c. 87.
5 Abt Hartmann von Fulda und Hersfeld.
6 Sie lebten zum grössten Teile in Gotha
7 Mutian hatte aus Ricius Euricius gemacht Cordus sagt darüber in seiner Defensio fol. C 2 r Ausg. 1515:

Legerat ut Rici versus, „Euricius esto“
Rufus ait, studii est syllaba prima tui.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/141

S. Quo tempore salaces et apitii cicurantur inedia, reddidit mihi tuas literas Eleutherius Nigellus[1]. Eas ut obviis ulnis excepi, (neque enim amicorum scripta ἐχεμυθίαν impediunt) perlegi libenter. Inprimis autem tibi gratulor, quod scitus puer[2] natus est non dico e Pamphilo, ut Terentius[3], sed Cordo, minime gurdus, sed cordatus, ut spero, futurus. Mira fecunditas tue domus. Auget te[a] uxor liberorum[4] numero, tu literariam rempublicam ingenii fetu iuvas et ornas. Non ita felices Emylianus et magni στρατηγοί. Placet item, quod recens nato filiolo nomen Valerio feceris sumpta, ut opinor, occasione a Romanis Valeriis vel boni ominis gratia, ut bene puellus valeat, bene alatur et vivat diu, ubi adoleverit, lucubranti patri candelabrum teneat. Ambo Musarum ęmuli alternis dicetis, „amant alterna Camenę[5].“ Ante hoc tempus annuę parsimonię dedisti ad me partem Itinerarii[6] tui. Nimius es, pace tua dictum sit, in architectura blandiciarum. Aliena, sive laudes sive convitia sint, pacientissimis auribus accipio. Mihi qui palpatur, odiosus est, quanquam πάντες φίλαυτοι. Semper abhorrui ab encomiis et ambitione ac missum feci arbitrium popularis aurę. Parcius igitur de Mutiano. Tranquillitas aversatur strepitum. Quę, malum, ratio est, ut istis questuariis nugis meum[b] caput demulceas, quasi vero Pythagoras admiserit hirundinum garritus. Non tu es Μαψυλάκας[c] aut Mevio[7] stultior. Absit, ut bono poetę et amico suum nomen[d] detraham. Sed ut verum audias, preter modum tumes in assentacione et videtur ista βαττολογία foliis, ne dicam paleis, persimilis, non omnino tamen inanis, si studio[e] et benevolentię tuę iudicium non deesset. Bene vale cum liberis et puerpera.

Handschriftl. F 452 fol. 282 v — 283. Gedr. b Tz S. 203 — 204 v *von* Mira fecunditas *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* de. [b] *Tz* caput meum. [c] *Tz und F* Μαχυλάκας. [d] *Tz* nomen suum. [e] *Tz* studium.

---

1 Näheres ist mir über ihn nicht bekannt.
2 Valerius Cordus wurde am 18. Februar 1515 geboren.
3 Vgl. Terenz. Audria III. 2. 6 : Per ecastor scitus puer est natus Pamphilo.
4 Er war der dritte Sohn.
5 Vergil. Ekl. III. 59.
6 Ricii Cordi nocturnae periclitationis Hessiaticorum fontium Nymphis sacrum expiatorium poema 1515. Der Dichter schildert eine Reise von Erfurt in seine Heimat, auf der er in grosse Wassersgefahr geraten. Sein Weg führte ihn über Gotha und gab ihm Gelegenheit, Mutian zu besuchen. Siehe unten die Beilage.
7 Ein von Horaz und Vergil verspotteter Dichter.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/142

Beilage zu No. 477. (Siehe S. 136 Anm. 6.)

Primus apud Rufum prono me vesper Olympo
Prendit, ad instructas cum sedet ille dapes.
Mox omnes patuere fores iussique ministri
Optima de plenis vina tulere cadis.
Et quamvis vario splendebat mensa paratu
Et Lybicis fuerant aemula fercla fabis,
Plus tamen auditu est quam gustu accepta voluptas,
Threiciae rebar plectra sonare lyrae.
Tam facundus erat vates, qui longa suavi
Tempora in exiguas abscidit ore moras.
Sic, ubi in Hyblaeis redolet vindemia campis,
E liquido manant aurea melle favo.
Qui doctum, integrum, facilem, humanumque videre
Expetis et celebrem relligione virum.
Quem non vana trahit mirantis opinio vulgi,
Qui cupiat tacitos claudere posse dies,
Hoc intra hospitium, quod Delphica ut antra frequentat,
Cum canit ex adytis alter Apollo suis.
Et tua ne dubius vestigia sevocet error,
(Non est vulgari semita trita pede)
Secreta in tacito est sedes post templa recessu,
Nobile Daedalii pene laboris opus.
Prima docet facies tranquillam exquirere vitam
Idque tribus verbis parvulus asser habet.
Hic trahe pendentem declivi ex culmine funem
Et dabit internos tinnula nola sonos.
Non fucata genas reserabit limina Thais,
Horret enim sanctus talia monstra locus.
Non vetus usque adeo sincerum Vesta pudorem
Continuo fovit quam domus illa foco.
Sedulus occurret puer exertusque fenestra
Te, quare venias et quis et unde, rogat.
Tunc tua prospiciens sustollas lumina, cernes
Monstrantem dignis cuncta patere trabem.
Ingressus caveas, ne musica sacra prophanes,
An sis, quem posset Phoebus amare, vide.
Non optata magis dabis illi nuncia quam quae
Impia Capnionem monstra domasse ferunt.
Hunc magnum laudato virum primumque poetam
Plurima victorem secla valere iube.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/143

Sic tibi se facilem Rufus praebebit amicum
Inque sodalitium te leget inde suum.
Pictus habet paries multorum insignia vatum,
Quos tali iunctos semper amore colit.
Hic pia serpentem crepitante ciconia rostro
Enecat, haec volucris te, Spalatine, refert.
Illic complicitis Rubiani cornua loris
Et quae sunt alia singula parte patent.
Praecipue condens caput inter nubila cygnus
Hesseni merito tradita signa viro.
Quae propter quota pars horrens subrepit et histrix,
Et lenta triplex laurea fronde viret.
Quid cum ridiculo portento, Ruffe, quid inter
Laedaeas turpis noctua quaerit aves?
Sicne tua in nostras errat sententia nugas,
Ut tantum iuvenem nomen habere putes?
Non facis, ut mereor, sed ut urget amica voluntas,
Iudicio longe sum minor ipse tuo.

Gedr. 1) fol. 80—81 *in* Euricii Cordi Simesusii Germani poetae lepidissimi opera poetica omnia iam primum collecta ac posteritati transmissa. 2) p. 144—147 *des 1614 erschienenen Abdrucks obiger Ausgabe.* 3) p. 5—7 *in* Tenzels Reliquiae Epistolarum Mutiani.

478. M. an Eoban Hessus. (Gotha) 1515. März 15.

Mut. bedauert, den beiden Dichtern Hutten und Hessus, die so köstliche Briefe schreiben, nicht helfen zu können. Seine Bemühungen für Hessus seien sogar alle fehlgeschlagen. Das alte Verhältnis mit diesem solle bestehen bleiben. Er meldet sodann den Tod Wilhelms von Hessen und die daran sich knüpfenden Gerüchte.

Eobano Hesso, poete clarissimo, Mutiano Rufo.

Bona tibi salus. Invitas me ad literarum officium intermissum nescio qua socordia, invitat eciam Ulrichus Huttenus[1]. Vos duo magni poete ita me naribus trahitis, ut velim nolim sequar vos. Nam epistole vestre non solum teretes sunt atque rotunde, sed eciam velut asylo concite fulmen habent, et cum alii me[a] admoneant, vos cogitis. Amabo, boni viri. Quid vultis? Si possem prodesse vobis, patrem agerem. At qui possum? Imploravi, ut tecum nunc agam, Eobane, auxilium Herebordi[2], te commendavi, sed nostra cogitata sunt irrita. Nec in Capitolium ascendisti[3] nec inter preceptores Labyrinthi[4] et loquacis

[a] *Fehlt bei Tz.*

1 Um diese Zeit in Mainz.
2 In mehreren Briefen, z. B. 442 S. 100.
3 Er hat den erhofften Lorbeer nicht erhalten. Vgl. Br. 414 S. 74.
4 Vgl. Br. 277 S. 364 Anm. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/144

dialectice garrire tibi cum stipendio contigit, uti optabas. Musa te liberum esse voluit. Utinam istum rimosum Labyrinthum cum philosophico commutasses! Pristinam inter nos consuetudinem[a] (ita oras) conservare velis. Bene merendi, obiurgandi, castigandi morem servabo. Quanquam Christus suo me iugo ducat in antiquam sylvam, hodie me[b] vocat ad betas et malvas, extorquet butyrum, infert garum et oleum. Ita betizamus, ut Cesaris Octaviani[c] verbo[1] supersticionem hanc intelligas. Queris novitates patrias. Guilhelmus[2d] non malus princeps, ceterum phanaticus[e] et delirus, obiit. Alii referunt in cenam venenatam. Non credo verum id esse. Vere quecunque humoris motu moventur, in motu[f] esse consueverunt. Itaque causa mortis erat tam repentine abscessus corporis. Greci apostemata nominant. Nos sacri parentamur illius manibus. College repetunt et decies iterant requiem. Ego novi, quid sit δίς κράμβη[3], quid βρεκεκεκέξ κοὰξ κοάξ. Proinde mecum sic musso[4]:

„Absint inani funere nenię
Luctusque turpes et querimonię.
Compesce clamorem ac sepulchri[g]
Mitte supervacuos honores.“

Hartmannus[5] princeps sacrosanctus studiosissimus est ut reipublicę ita tocius literarii ordinis. Verus, mihi crede, Mecęnas ętatis nostrę Crotum[6] diligit, me amat. Dignus, Eobane, quem Musę tue tollant ad astra. Vale.

Eidibus Martiis XV°.

Handschriftl. F 451 fol. 284 r — 284 v. Gedr. 1) b. Tz. S. 202 — 203 *von* Invitas mo *bis zum Schlusse*. 2) b. Böcking. Ulr Hutteni opera I S. 37 — 38 *von* Invitas me *bis* auxiliam Herebordi *und von* Hartmannus princeps *bis zum Schlusse*.

[a] *Tz* consuetudinem inter nos. [b] *F* me me. [c] *F und Tz* Octavii. [d] *Tz* Quilhelmus. [e] *Tz* fanaticus. [f] *F und Tz* metu. [g] *Tz* sepulcri.

---

1 Vgl. Br. 476 S. 135 Anm. 4.

2 Wilhelm der Aeltere starb am 8. Februar 1515.

3 Vgl. Erasmus. Adagia p. 174.

4 Horaz. Oden II. 20. 21 — 24.

5 Schon in Br. 475 hat Mutian seinen Schützling Hessus dem Abte empfohlen.

6 Nach dem Tode des Abtes Johann von Henneberg und dem Regierungsantritte Hartmanns scheint Crotus trotz aller Klagen über die Bürde des geistlichen Amtes eine geachtete Stellung in Fulda eingenommen zu haben.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/145

479. M. an Johann Nithard. (Gotha) 1515. März 15.

Mut. ist froh, dass nun das Diplom angekommen und wird das Geld dafür durch Urban auszahlen lassen. Er bittet, seinen Verleumdern keinen Glauben zu schenken.

Egregio iurisperito et magno preposito domino Ioanni Nithardo[1], patrono reverendo, Mutianus Rufus.

S. Quod optatum et iucundum mihi est, allatum[2] esse audio diploma Romanum. Itaque summa affectus leticia gratias ago dignitati tue. Pater Urbanus dabit[3] tibi Spalatini nomine, quantum volueris. Omnes et amici nostri Deo volente gratiam benigno modio remetiemur. Fama est quosdam notarios[4] me calumniari excitatos ad maledicendum a falsis fratribus nostris Mi domine patrone, mihi potius crede quam illis. Te colo et amo neque libenter irrito crabrones, nulla tamen patientia possum assequi, ut perditissimi homunculi bene de bonis loquantur et nocere tranquillitati mee desinant. Verum te fautore ac patrono malorum mendatia, ut semper feci, contemnam. Vale.

Eidibus Martiis MDXV.

Handschriftl. F 454 fol. 286 r.

---

480. M. an Urban. (Gotha) 1515. März 15.

Mut. bittet um das Geld für den Weinberg und erteilt eine Reihe anderer Aufträge, darunter den, das Haus den Vikaren zu übergeben. Er drückt seine Missbilligung über die Veröffentlichung des Itinerariums aus.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Si Kindepontanus[5] perfecit emptionem, mitte ad me precium. Fac XXX sint aurei optimi et reliquum vulgaris commatis. Domum[6] tuo arbitrio trade vicariis, Schilonis maledicta[7] remitte, Campegum[8] iuva. Nunc intelligo interceptas[9] esse literas meas. Nam misi ad te manum Campegi. Quere solicitius. Nithardus dicitur mihi non favere[10]. Fronto[11] et Hammo[12] subornantur a canonicis in nostrum damnum. Dicas: Domine preposite, tuus est Mutianus, ne credideris delatoribus.

---

[1] Vgl. Br. 234 S. 313 Anm. 1.

[2] Vgl. Br. 274 S. 132.

[3] Nur durch eine versprochene Geldzahlung war es schliesslich möglich, das Diplom zu erhalten.

[4] Vgl. den folgenden Brief.

[5] Vgl. Br. 403 S. 61 Anm. 5.

[6] Demnach hat Mutian dennoch den Besitz des Erfurter Hauses aufgeben müssen.

[7] Vgl. Br. 455 S. 112.

[8] Worin ihm geholfen werden sollte, ist nicht ersichtlich.

[9] Vgl. Br. 436 S. 94.

[10] Vgl. den vorigen Brief.

[11] Vgl. Br. 421 S 82 Anm. 7.

[12] Ueber diesen Erfurter Notar habe ich sonst nichts ermitteln können.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/146

Iussit Spalatini[1] nomine, ut tibi darem, quantum velles. Nam, mi Urbane, redimendum erit diploma. Volumus esse liberales et malum bono vincere. Ego quoque promitto meum obsequium cum ingenti graciarum actione. Redde literas[2] Hartmanno, Valentino, Euritio, Eobano, Nithardo et Iano Urbico. Non placet, quod Euritius Itinerarium[3] publicat. Me nimium laudat et satis incaute. Omittat ista nugamenta, nocent fame[a]. Stultus homo, dum me Vestali castimonia celebrat, ingerit tamen pueri[4] mentionem. Incidit in Scyllam cupiens vitare Carybdim[b]. Caute admoneas. Forsan bono zelo ducitur, sed cautissimus quisque rimas undique claudit. Vale. Concerpe.

MDXV ad Eidus Martias.

Handschriftl. F 453 fol. 285 v. Gedr. b. Tz. S. 204 *von* Non placet *bis zum Schlusse.*
[a] *F und Tz* fame nocent. [b] *Tz* Charybdim.

---

481. M. an Urban. (Gotha) 1515. März 19.

Mut. beklagt den Verlust Urbans, hofft aber dass Osius sich von dem auf ihm ruhenden Verdachte reinigen werde. Kindepontanus scheine ohne Geld kaufen zu wollen. Er will, dass Urban mit dem Hausmieter unterhandele und frägt an, ob Voltzke zurück; den Hessus, der leider unfrei geworden, werde er angelegentlichst dem Abt Hartmann empfehlen.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Vera si mihi garris in aurem, vere doleo te parta et undique conversa corrasaque uno simul dolo perdere. Neque tamen adducor, ut Osium[5] furti accusem. Idem dixit te vel in sterquilinio crumenam sepelire solere et sepius accidisse, ut quasi oblitus custodie domesticos haberes[a] suspectos. Itaque vove Mercurio pinguem hostiam, ut querat. Si inveneris gaudebo et diis fumigabo. De vineto nescio plane, quid definiam. Dii perdant improbum Kindepontanum[6]. Quid vult iste philosophaster? Num mercem petit sine precio? Si precium non habet, cur emit? Tito Mario[7] quid scribam? Te audiat procuratorem. Rediitne Vuolscus?[8] Eobano non desum neque deero. Ingeniosus est,

[a] *F* habere.

---

1 Für sein Diplom. Vgl. den vorigen Brief.
2 Es sind die Nummern 474—479.
3 Vgl. Br. 477 S. 136 Anm. 6.
4 Vgl. V. 31—32 in der Beilage zu Nr. 477.
5 Vgl. Br. 441 S. 99 Anm. 5.
6 Vgl. Br. 480.
7 Dem Einwohner seines Erfurter Hauses, der, entgegen den Abmachungen, das Haus nicht gehörig ausgebessert hatte.
8 Er war vielleicht nach Magdeburg gereist, wo er ebenso wie in Erfurt ein Kanonikat inne hatte. Die Studentenmatrikel (Mich. 1491) nennt ihn decretorum doctor sigillifer in Erffordia ac sanctorum Sebastiani Magdeburgensis et Severi Erffordensis ecclesiarum canonicus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/147

sed Cordus versutior. Hartmanno sic commendabo[1], ut nemo melius possit poëtam disertissimum commendare. Utinam liber et vagus esset, ut antea fuit! Iugum et dominationem soceri[2] et nurus fert ut qui impacientissime. O nos felices clericos! Quid enim libero lectulo dulcius! Vale.

Raptim die Lune[a] post Letare Hierusalem MDXV.

Handschriftl. F 462 fol. 291r—291v.

[a] *So ist der in F gezeichnete Halbmond zu verstehen.*

---

482. M. an Heinrich Eberbach[3]. (Gotha) 1515. März 20.

Mut. hat vernommen, dass Petrejus ein Kanonikat in Gotha erlangt habe und übermittelt des Hessus Dank für den wieder zum Vorschein gekommenen Ring. Eobans häusliche Lage sei unerträglich, hauptsächlich durch die Schwiegermutter.

Celebratissimo doctori et medico Henrico Aperbaccho, amico non gregario, sed singulari.

S. Petreius noster dicitur impetrasse[4] canonicatum Gothanum. Expecto diploma et nihil avidius desidero quam videre tandem in choro nostro fratrem tuum. Eobanus noster tibi gratias agit ob inventum vel potius repertum anulum[5]. Dii boni, talem alis puellam, qualem ne Thessalia quidem habuit, utpote cuius in digitulo abstrusa contempleris. Valeat Mercurius, furtorum indagator, valeant Chaldei[6] et divinaculi, si in uncto tantum[a] est unguiculo. Effice, vir humanissime, ut parem amico cuidam nostro feras opem. Vale.

XIII Calendas Apriles MDXV.

Navigat[7] reflantibus austris Eobanus et procul abest a portu, celum undique et undique mare. Gemunt vela et rudentes, quatitur prora et puppis, nox atra solem eripuit. Unde, mi doctor, talis tempestas? Quis adeo Musis inimicus, ut non doleat male vehi poetam? Ah, Angeloburgum[8] arx facta demonum, pro angelica pace successit diabolica criminatio. Nescio, virine an uxoris culpa. Non puto nuptam peccasse, sed impudicam matrem. Vale.

Handschriftl. F 460 fol. 290r—290v.

[a] *Verbessert aus* tanta.

---

[1] Vgl. Br. 484.
[2] Vgl. Br. 451 S. 108 Anm. 2.
[3] Vgl. Br. 76 S. 111 Anm. 7.
[4] Vgl. Br. 364 S. 22.
[5] Am Rande der Handschrift wird dazu bemerkt: Puella in digito vidit anulum amissum.
[6] Mutian scheint hier einen Seitenhieb auf den Georgenthaler Abt auszuteilen, der eine grosse Vorliebe für „Chaldei“ besass.
[7] Vgl. den Schluss des vorigen Briefes.
[8] Die Wohnung der Schwiegereltern des Hessus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/148

483. M. an Urban. (Gotha 1515. Um 20. März.)

Mut. spricht über die beiden bekannten Erfurter Archen, das Juristen- und das Philosophenauditorium, und spottet über den Aberglauben des Heinrich Eberbach.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

Salus. Voluit Eobanus, imo pro suo in nos imperio[1] precepit, ut de arca Nohe scriberem. Ego vero imperatoris nostri mandatis obtemperans aio arcas[2] Erfordie duas esse publice cognobiles, alteram, in qua Herebordus[3] navigat, alteram Minerve capacem. In utraque fuit et est omne animal. Quid est omne animal? Audi Gregorium: „Omnis creatura dicitur homo, quia habet esse cum lapidibus et vivere cum arboribus et intelligere cum angelis.“ Si igitur homo est omnis creatura, cur non omne animal? Proinde in priore arca nascuntur lites et iurgia, in posteriore sophismata et blateramina. In illa consulit amicus noster, in hac garriunt sophiste. In utraque fenum comest vector. Tantum accola divorum[4] vescitur ambrosia et delectatur Olympo. In uno tamen magus est factus, quod videlicet in pollice[5] infecto plus vidisse dicit, quam Democritus, Leucippus, Epicurus, Aristoteles, Plinius in omni vita videre potuerunt. Eo dilabitur pia credulitas. Herus infantarie arcana rimatur sui[a] cubilis oblitus. Noli casum et accidens fortuitum sapientiam putare. Cause enim desunt et authoritas et ratio magis atque ideo operosissima vanitas non iniuria appellatar ista plebeia divinacio. Tu autem quere rem.

Handschriftl. in: F 461 fol. 290v—291r.

[a] *F* cui: *dazu am Rande in roter Dinte bemerkt:* proprii credo.

---

484. M. an Abt Hartmann. Gotha 1515. (Zwischen 18. und 29. März.)

Mut. empfiehlt dem Abte Hartmann seinen Schützling Hessus, der sich zu mancherlei Dingen eigne.

Magno pontifici Hartmanno, sacrorum Fulde et Hersfeldie presidi ter maximi Alberti nostri archiepiscopi, Mutianus Rufus.

Salve, magne pontifex! Inter questiones convivales nata fuit heri disputacio neque protrita neque promiscua: quonam se prorepserint alces et uri et bisontes Germanis olim notissime fere, quas Herciniam

---

[1] Eine Anspielung auf den vor kurzem von Reuchlin verliehenen Königstitel. Vgl. Geiger, J. Reuchlins Briefwechsel S. 233.

[2] Dazu am Rande bemerkt: „Archen bei allenn Heilgen. Archen. burß beim collegium.“ (So lese ich das handschriftliche collé. Es müsste alsdann wohl an das Collegium maius gedacht werden.) Vgl. Br. 450 S. 107 Anm. 3.

[3] In Br. 333 S. 426 heisst er habitator fornicis mit Bezug hierauf.

[4] Heinrich Eberbach, nach der Randglosse.

[5] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/149

silvam longe lateque peragrare clarissimi geographi testantur. Aderant eruditi homines et veteris et recentis historie atqüe adeo totius literarii negocii vel inprimis[a] periti, qui se ex libris illa[b] nosse animalia dicebant, ceterum vidisse nusquam[c]. Tum poeta Eobanus omnium, qui apud nostrates bonos versus faciant, sine controversia princeps, Croto[1] tuo et mihi amicissimus, oculatum se testem, qui pluris est, ut inquit Plantus,[2] quam auriti decem hallucinantibus nobis exhibuit. „Nolite" inquit, „dubitare, in Prewssen lawffen die thire[d] vnd hab das wilprat[e] gesehen." Mox singulatim, que viderat, exposuit alcibus cervinam timiditatem, uris ferociam et odium in genus humanum, bisontibus pernicitatem miramque in fuga celeritatem tribuens. Quibus ego sermonibus plurimum[f] delectatus retuli audisse[g] me talia, sed eciam ex Hartmanno, patrono doctorum, de pelliculis preciosis veram historiam. Nam Gothe tua dignacio inter alia auditu iucunda nobis enarravit conspexisse te[3] regem Dacie in ornatissima triremi sedente ad latus regis amica quadam nescio fucata an formosa, pendentibus in carina et puppi et prora murinis pelliculis adeo preciosis, ut aurum[h] et gemme accessionis loco habeantur et quasi vilescant estimato precio sobellinorum. Mirabar tale beneficium istis barbarissimis gentibus indulsisse naturam. Respondit Eobanus non carere Hartmannum authoritate[i] et gratia apud Bructeros[4], Polonos et fratres Teutonicos, cognitum sibi, quibus laudibus Polonie regnum tuam eloquentiam attollat, quid Dacie proceres de iurisperitia tua loquantur non sine maxima admiratione. Idque verissimum esse affirmabat de pellibus in precio habitis, ita ut negaret olosericas vestes auroque rigentes pluris constare. Servierat poeta noster episcopo[5] ditissimo, cui ob ingenium et fidem et suavissimos mores gratissimus erat. Nomen excidit mihi. Habitavit in aula cum eodem episcopo et in intimam familiaritatem utpote cancellarius et interpres pervenit. Tandem fatis ita volentibus[k] relictis Bructeris ad Erfordiam[6] remigravit[l]. Miror autem hunc talem magistrum, tam[m] egregium poetam minus esse tue sublimitati familiarem, cum doctissimus quis

[a] *Tz* imprimis. [b] Fehlt b. *Tz*. [c] *Tz* nunquam. [d] *Tz* thiere. [e] *Tz* wildprat. [f] *Tz* mire. [g] *Tz* me audisse. [h] *Tz* gemmae et aurum. [i] *Tz* auctoritate. [k] *Tz* volventibus. [l] *Tz* migravit. [m] *Tz* et.

---

1 Vgl. Br. 478 S. 139 Anm. 6.
2 Truculentus II 6, 8.
3 Als kaiserlicher Gesandter.
4 Dieselbe Bezeichnung für Preussen wie in Br. 442 S. 100.
5 Hiob von Dobeneck. Vgl. Br. 442 S. 100 Anm. 2.
6 Er ging nicht direkt nach Erfurt zurück, sondern verweilte längere Zeit in Frankfurt a/O und in Leipzig. Seine Rückkehr nach Erfurt erfolgte am 21. Juli 1514. Vgl. Br. 408 S. 67 Anm. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/150

que Germanorum huic lauream primam imo, quod maius est, Christianorum poetarum palmam et prestancie coronam assignet. Iussi igitur, ut statim se tibi, Mecenati nostro, insinuaret. Miraberis concinnitatem carminis. Non Bavium[1], non Mevium[1], non Cherilum[1], sed Tibullum et Ovidium exprimit. Parum dixi. Tibullum et Ovidium vel, si quid in eo genere preclarius est, longo post se intervallo reliquit[a] et obtinet gloriam nunquam interituri nominis. Ego, mi presul et patrone, qui ex secundis rebus tuis incredibilem voluptatem concipio, totus addictus tue felicitati Eobanum Hessum concilio tibi ac dedico futurum in tua tutela et presidio. Honestissimum esset et instar immortalitatis, si Crotum et Eobanum Fulde aleres. Crotum fecisti cardinalem, restat, ut Croto poetam nobilissimum adiungas. Non petit templorum vectigalia, neque enim diis fumigare potest ducta domum virgine. Ex quo sane intelligi potest, magne pontifex, optimum[b] fore cancellarium vel censorem rusticorum. Quanquam ad omnia domi forisque illustranda valde idoneus esse videatur. Verum hec tue prudencie plenius dispensanda relinquo contentus obtulisse primum et utilissimum poetarum, in quo nulla malignitas, nullus livor, nulla arrogancia timeatur. Totus enim probus est, totus sincerus, totus modestus et officiosus; in seriis attentus, in iocis urbanus et cythare deditus et plane[c] omnium horarum homo. Habes, amplissime pater et domine noster, papyraceum Eobanum; si verum aspicere et audire[d] volueris, non errabis. Maior est omni laudum preconio et dignissimus, quem tuum facias. Meliorem tue glorie propagatorem, ita me Deus amet, nunquam inveni. Vale, nostrum presidium[e], princeps et legate.

Ex beata tranquillitate nostra anno recentatoris Christi MDXV.

Handschriftl. F 463 fol. 291v—293r. Gedr. b. Tz S. 207—210 *vollständig, bis auf die Adresse.*

[a] *Tz* relinquit. [b] *Tz* optime. [c] *Tz* plene. [d] *Tz* videre. [e] *Tz hat hinter* presidium *noch* et.

485. M. an Abt Hartmann. (Gotha) 1515. März 29.

Mut. bittet den Abt um seine thätige Unterstützung für Hessus zur Erlangung einer Professur.

Mecenati poetarum Hartmanno, principi serenissimo, Mutianus Rufus.

Sacrosancte Mecenas, salvus sis. Habes in clientela[2] maximum poetam: huic faveas, hunc tuum Virgilium dicito. Tantum Hartmanno prestabit Eobanus, quantum Maro Mecenati suo prestitit, hoc est, im-

[1] Alle drei Dichter von üblem Rufe.
[2] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/151

mortalitatem. Deest homini stipendium senatus[1]. Sophiste, qui talem preconem magno emere deberent, nullo hactenus salario dignati sunt. Persuadeat tua claritas magistris et senatoribus, ut annona sublevent. Nam nisi uxori iugoque maritali serviret, tua procul dubio munificencia cardinalem crearet et Croto[2] adiungeret. Quid plura, doctissime princeps? Eobanum retine et valetudinem cura, non tamen Hieronymiano remedio, quod relatum est in Decretis[3] pontificalibus: „Legimus quosdam morbo articulari et podagre humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam et pauperes cibos redactos convaluisse.“ Scripsit hec contra Iovinianum Hieronymus capite XXXVIII, sed Iulio[4] pontifici non placebant, utpote qui temulentia continua pedum dolores ita superavit, ut non sentiret. Vale.

IIII Kalendas Apriles MDXV.

Handschriftl. F 464 fol. 293r—293v.

---

486. M. an Abt Hartmann. (Gotha 1515.) März 29.

Mut. wünscht dem Hartmann eine glückliche Hand bei seinem Friedenswerke in Erfurt und bittet ihn um seine Fürsprache dafür, dass die Urkunden über zwei versprochene Pfründen baldigst ausgestellt werden, auch bei frei werdenden Pfründen in Erfurt oder anderswo seiner gedacht werde.

Amplissimo legato S. Moguntine sedis Hartmanno abbati, principi meo, Mutianus Rufus.

Salus et gloria tibi, domine. Merito te sic honoris et officii causa saluto. Tua enim incolumitas lecto et culcitra relictis salutem affert universis ordinibus[5] Erdisfordiane reipublice. Faciat ille, qui nihil non potest, ut pace impetrata civitas refloreat tibique pacificatori sellam currulem eburneam, togam pictam, tunicam palmatam, pateram auream et breviter universa triumphalia ornamenta secundis ominibus et hilari consensione decernat. Nam si olim lege cautum[6] fuit, ne cui triumphus decerneretur, nisi qui quinque millia hostium una acie occidisset, quanto foret equius pro conservatis XX millibus bonorum civium te honestissimum apparatu magnificentissimo triumphare? Mihi sufficit Danielis hodie lecta precacio: „Domine, ne despicias populum tuum neque auferas misericordiam tuam a nobis.“ Audi nunc, patrone, quid

---

[1] Schon Herebord von der Marthen sollte bei den Mainzern und bei den Erfurter Ratsherrn sich darum bemühen. Vgl. Br. 442 S. 100.

[2] Der in Fulda Geistlicher war. Vgl. Br. 484.

[3] Decreti tertia pars, dist. V c. 30. Vgl. Br. 122 S. 168 Anm. 4.

[4] Julius II.

[5] Die durch die Revolution von 1509 u. 1510 geschaffenen unhaltbaren Zustände Erfurts sollten durch die Mainzer endlich neu geordnet werden.

[6] Vgl. Valerius Maximus II. 8. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/152

mea intersit. Adamus Publius[1], domesticus meus obsonator et cocus, a me missus ad Eitelvolphum[2], virum in aula Moguntina precipue dignitatis et authoritatis et gracie, magnam mihi spem retulit. „Audivi," inquit, „Albertum sanctissimum honorabili voce canentem divina mysteria festo die, cui Letare[3] nomen est. Nulla fuit unquam divinior ceremoniarum ratio. Papalis crux episcopali scipioni decus adiecit Post rem divinam respondit Eitelvolphus: Ich wil das vnserm Mutiano bruderlich ausrichten." O fidissimum et benignissimum auxiliarium! Verum id, quod flagitabam et Eitelvolphus promiserat, adhuc heret in scribarum decuria tue nobis felicitatis expediendum manu. De qua spe seorsum ad te scribam, patrone noster. Vale.

IIII Kalendas Apriles.

Cardo spei nostre in eo vertitur. Postquam Ioanni Engellendro[4] successor est datus doctor Camere, (utar notis verbis) cecidit mea expectacio. Nam poposci preces primarias gen Eisenach[5] oder Saltza. Nun hat mir her Eitelvolph vom Stain in der Cancellie erfragt, wie das enwegk sei. Sed velle se scrutari summa diligentia, an adhuc aliquid restet dandum vel isthic vel extra Erphurdiam[6]. Se paratum esse gratum mihi facere et opitulari. His dictis mandat negocium Chonrato Ruckert[7] et ipsius fratri Andree, ut Adamo meo querant preces nondum impetratas. Hi duo primarii scribe haben gesagt sibi ocium indagandi deesse impeditosque sub idem tempus, gratificaturos se tamen Mutiano, cum vacabunt. Vides, optime princeps, egere me tua fide. Si nosti Erphurdie locum precibus aptum, non me desere. Ego rem et spem tue trado fidei. Tenuis est mihi res familiaris, sed admodum leta liberalitas, quod docti hospites una voce testantur. Non dubito, pater amplissime, quin tua et Eitelvolphi benignitate consequar optata Ambo enim humanissimi estis et literatorum omnium patroni.

Hanc narrationem legat et concerpat tua florentissima dignatio.

Handschriftl. F 465 fol. 293 v—295 r.

---

[1] Vgl. Br. 350 S. 10 Anm. 1.
[2] Vgl. Br. 381 S. 41. Anm. 1.
[3] 18. März.
[4] Vgl. Br. 464 u 471.
[5] Nach der kirchlichen Einteilung bildete Eisenach (Ecclesia beatae Mariae virginis) ein Archidiakonat oder eine Praepositur mit 9 Dekanaten, Saltza dagegen ein Dekanat von dem Archidiakonat Dorla. Vgl. Registrum subsidii a. 1506 impositi.
[6] D. h ausserhalb der beiden Erfurter Archidiakonate.
[7] Vielleicht identisch mit dem Mich. 1473 in Erfurt immatrikulierten Conradus Rucker de Bruchsella.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/153

487. M. an Urban. (Gotha 1515.) März 29.

Mut. bittet, das Erfurter Haus den Vikaren zu übergeben und findet den Mercurius besser als den Osius.

Henrico Urbano.

Amico Deo domum erigimus. Tu istam[1] vicariis trade. Orent et rumpantur. Cetera Mercurius[2] melior Osio[3].

IIII Kalendas Apriles.

Handschriftl. F 466 fol. 295 r.

---

488. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515.) März 29.

Mut. will dem Hessus nicht allein mit schönen Worten, sondern auch durch Thaten helfen und spöttelt über die Ohrenbeichte. Er rät von dem Studium der Jurisprudenz oder Medizin ab und meldet, dass er das Itinerarium des Cordus an Crotus mit einem Versscherze übersandt habe.

Suo carissimo Eobano Hesso, extemporali et admirando poete.

S. Mores et studia tua me hortantur et invitant, ut tuus esse velim. Mores enim suavissimi et integerrima vita pre se ferunt virtutis opinionem vel absolutissime, studiorum vero nitor gloriam adfert tui amantibus, nedum tibi. Itaque solis commendationum adminiculis prodesse ridiculum et impar tuis meritis videtur. Nihil enim non meretur „virtus repulse nescia sordide[4],“ ut inquit Horatius. Quod autem ad Dacas et Gothas[5] (ita malo dicere quam Dacos et Gothos) attinet, id totum in aliud tempus differatur. Male feriatus[a] hodie Christi tragedias in supersticiosorum nugis ago. Esset magis consentaneum, ut de auricularia confessione consultus responderem. Sed nota est Senece, gravis viri, admonitio: „Quod tacitum esse vis, nemini dixeris.“ Finge nos esse auditores istarum mussationum, non aliud acciperes quam illud psalmographi: „Conserva innocenciam et vide equitatem, quoniam sunt reliquie homini pacifico.“ Nunc de aura. Inflant te, mi Eobane, qui vel medicum vel advocatum efficere[6] moliuntur, quasi vero consilii egeas et non potius auxilii. Ad carmen es natus. Muse forum non intrant vel si intrant, bibunt et fugiunt instar canis in Egypto[7]. Mederi vero morbosis viles empyrici solent a grecis dicti σκατοφάγοι,

[a] *F* feratus.

---

1 Das in Erfurt gelegene, um das so lange gestritten wurde.
2 Vgl. Br. 462 S. 120 Anm. 7.
3 Vgl Br. 441 S. 99 Anm. 5.
4 Horaz. Oden III. 2. 17.
5 Es ist nicht ersichtlich, worauf sich Mutian hier bezieht. „Dacae“ und „Gothae“ sind doch wohl die rohen und ungebildeten Geistlichen.
6 Alle Bemühungen des Hessus, zu einer besoldeten Professur zu gelangen, waren bisher vergeblich gewesen.
7 Vgl. Br. 393 S. 52 Anm. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/154

id est, merdam comedentes ab ipso tractatu lotii et excrementorum. Ego petendam opem, non consilium Hartmanni existimo. Ab eodem, quid in rem tuam egerim[1], intelliges. Hasce literas combure. Misi recens Euritii poema[2] ad Crotum cum hoc meo argumento.

Lembus ut adversis Cordum defecerat undis,
Christophori salicem corripuisse ferunt,
Sed trabe non potuit madidam fulcire ruinam,
Auxilium Cordo, qui tibi, Petre, tulit[3].

Vale. IIII Calendas Apriles.

Handschriftl. F 467 fol. 295r—295v.

---

489. M. an Kaspar Schalbus. (Gotha 1515. Im ersten Vierteljahr.)

Mut. stellt Schalbus als Dichter in eine Reihe mit Hessus und Cordus.

Mutiani Rufi de Eobano et Euricio ad Schalbum distichon.

Hessorum duo sunt prelustri nomine vates,
Tertius ad numerum, Schalbe, vocandus eris.

Gedr. 1) fol. D4r in Euricii Cordi con | tra maledicum Thiloni | num Philymnum | Defensio. Expressum Erffordię per Ioannem Canappum .... anno Christi MDXV. 16 Bl. 4°. Die Königl. Bibliothek in Dresden besitzt ein Exemplar dieses Originaldruckes mit einer eigenhändigen Widmung des Verfassers an Phacchus (vgl. Br 155 S. 226 Anm. 6). 2) fol. 99r in Euricii Cordi Simesusii Germani, poetae lepidissimi, opera poetica omnia iam primum collecta ac posteritati transmissa s. l. e. a. 3) in dem 1614 erschienenen Abdruck von der soeben erwähnten Ausgabe. 4) Tz. Rel. ep. Mut. S. 11.

---

490. Johann Lange[4] an Mutian. (Gotha 1515.) Mai 2.

Lange bezeichnet Luther als denjenigen, welcher Tags vorher sehr gegen die Sittenlosigkeit der Mönche gedonnert hat. Rednerische Eleganz sei bei ihm nicht zu finden. Er will die Briefe für Wittenberg zugestellt und die zwei Predigten später zurückgesandt haben. Staupitz werde morgen predigen.

Mutiano Rufo[a], sacrorum decretorum doctori rectiorumque studiorum adsertori sapientissimo, S.

Τῶν ἀγαθῶν τὴν μυρμηκιὰν σοὶ μὲν εὔχομαι.

Mutiane humanissime!

Litteras tuas heri inter coenandum accepi non sine singulari reverentia. Quis enim eas non suscipiat, quae sunt et latinissimae et

[a] *Anstatt der langen Adresse hat der* Cod. Mon. *nur die Worte* Conrado Mutiano.

---

[1] Vgl. Br. 485.
[2] Das Itinerarium des Cordus. Vgl. Br. 474.
[3] Die Worte beziehen sich auf den Unglücksfall, welchen Cordus auf seiner Reise in die Heimat erlitt und dann poetisch verherrlicht hat.
[4] Vgl. Br. 311 S. 405 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/155

citreum leporem commistum olent? De acri illo oratore[1] rogas, qui hesterno die in fratrum sanctulorum mores invectus[2] est. Is doctor Martinus est, quocum Erfurti[a] perquam familiariter vixi, nec parum auxilii bonis in litteris olim mihi attulit. Eum ipsum ut Apollinem Spalatinus noster veneraturque et consulit. Dictionem eius fuco vacantem (quem ex industria fugit) mitto una cum nostra. Demosthenis autem lucernam in neutra reperies, quippe quod nostrum uterque lectionibus Wittenburgi adeo disturbatur, ut vix respirare liceat. Cras forte si commode possum, abibo. Litteras igitur Wittenburgum[b] repraesentandas exarato. Nostras etiam oratiunculas, quas nondum transcripserim[c], posteâquam perlegeris, remittito. Vale.

Dum licet, me ad tuam tranquillitatis domum conferam.

Properiter die divo Sigismundo sacro.

Langus Augustinianus.

Pater Staupitius[3] noster cras hora circiter sexta pro concione vulgari dicet.

Handschriftl. im Cod. Mon 2106 p. 152—153. Gedr. 1) in Hekelius Manipulus epistolarum singularium p. 104—105. 2) bei Tenz. Reliquiae ep. Mut. S. 28—29.

[a] *Tz* Erphurdii. [b] *Tz* Wittenburgium. [c] *Tz* transcripsimus.

---

491. M. an Johann Lange. (Gotha 1515. Mai 4.)

Mut. ist durch Urbans Besuch verhindert, bei Staupitz zum Frühstück zu erscheinen und bittet deshalb, ihn gehörigen Ortes zu entschuldigen. Er empfiehlt den Adressaten an Hessus nebst Cordus und übermittelt Grüsse an Luther.

Venerando Iano[a] Lango, professori Aristotelico, viro literatissimo suo.

Mi Lange. Vocatus ad prandium omnino descendere volui et obsequi votis prestantissimi patris vicarii[4]. Sed intervenit hospes Henricus Urbanus[5] ordinis Cisterciensis, amicus eruditus. Itaque re-

[a] *Kolde*: Ioanni.

---

1 Martin Luther, der zur Versammlung seines Ordens in Gotha erschienen war.

2 Nach Köstlin (Martin Luther. Sein Leben und seine Schriften. 2. Aufl. 1883. Bd. I S. 125 ff.) hatte die Predigt den Psalm 112 als Text zur Grundlage und richtete sich gegen die Sucht, andere herabzusetzen und ihnen Uebles nachzureden. Dieselbe ist erhalten. Vgl. Luthers Werke. Hrsgg. von Knaake. Bd. I. S. 19.

3 Generalvikar der sächsischen Kongregation des Augustinerordens. Vgl. Br. 122 S. 170 Anm. 1.

4 Staupitz, Lange und Luther waren zum Konvent in Gotha versammelt. Vgl. den vorigen Brief.

5 Urban weilte am 4. Mai in Gotha, von wo aus er einen Brief an Lange richtete und ihm darin seine Freundschaft antrug. Vgl. die Beilage.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/156

tentus domi te rogo, ut meam absentiam optimo presidi nostro[a] pro tua comitate excuses. Iniunxit autem mihi et cuidam college meo senatus canonicus, ut statim a prandio adiremus dominum Staupitium veluti pacificatorem optatissimum, et ita faciemus Deo bene volente etc.[b] Aperui tibi ianuam amicicie apud Eobanum[1] et Euritium[2], poetas inclytos. Velis eos Erphurdie redditis literis familiariter alloqui et dignos existimare, quos perpetuo uti me diligas. Vale, mi Lange, vale et salve et felix abi et vive felix et Martinum[3] Deo devotissimum doctorem saluta meis verbis.

Tuus Mutianus.

Handschriftl. Cod. Mon. der Collectio Cameraria vol. VIII Br. 21 Autograph. Gedr. b. Kolde. Analecta Lutherana. Gotha 1883. S. 4—5.

[a] *Kolde:* vestro. [b] *Kolde:* Hic.

Beilage zu No. 491. (Vgl. S. 150 Anm. 5).

Ioanni Lango Erphurdiensi, bonarum literarum magistro, Henricus Urbanus.

S. Cum te tui mores et doctrina non sine bonorum testimonio in Mutiani familiaritatem adegerint, non potes non esse et mihi quoque carissimus. Ita enim mutua benevolentia consentimus, ut sicut omnia inter nos, ita eciam amicorum adoptacio sit communis. Hac hora veni et herenti adhuc mihi in sella Langum largum adesse dixit Mutianus. „Quid“ inquam „Langum largum?“ Ego neque Langus neque largus. Tum ille pro sua humanitate: „Langus adest quidam oppido quam erudi- cenobita, Spalatini sodalis, bonarum literarum vel[a] consultissimus. Ideo autem largus, quia me donavit Xysti Pythagorici utilissimo volumine. Si sapis ergo, adi confestim largum Langum[b] et saluta reverenter. Id autem cum mihi facere non liceat ob celerem abitum, manu te saluto tibique Henricum Urbanum[c], economum Georgivallensium[d] Erphurdie habitantem, dedo rogoque, ut me non minus carum habeas quam vel Petreium vel Spalatinum vel Mutianum remansurum[e] in amicicia fidelissime. Quemadmodum enim[f] „θεοὶ δωτῆρες ἑάων,“ ita sanctissime voluptatis conciliatores sunt amici. Neque unquam[g] reli-

[a] *Tz* quam. [b] *Fehlt bei Tz.* [c] *Fehlt bei Tz.* [d] *Tz* Georgivallensem.
[e] *Tz* responsurum. [f] *Tz* non ὃεοὶ. [g] *Tz* enim.

---

[1] Hessus hat bereits vor seinem Weggange nach Preussen die Bekanntschaft Langes gemacht. Es ergiebt sich dies aus H. E. Hessi . . . et amicorum ipsius epistolarum familiarium libri XII. Marburg 1543. fol. B2. Mutian scheint aber nichts davon gewusst zu haben.

[2] Cordus ist wirklich seit jener Zeit in ein näheres Verhältais zu Lange getreten.

[3] Luther. Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/157

gionis austeritas a politioribus literis nos removebit et ab amore mutuo. Vale[a].

IIII Nonas Maii MDXV.

Δεισιδαίμων: supersticiosus[b].

Handschriftl. F 469 fol. 296 v. Gedr. b. Tz S. 210 *vollständig*.

[a] *Fehlt bei Tz.* [b] *Die beiden Wörter fehlen bei Tz.*

---

492. M. an Urban. (Gotha) 1515. Mai 16.

Mut. bittet um die Besorgung mehrerer Exemplare von den Parabolae des Erasmus, hegt Zweifel an der Aufrichtigkeit des Voltzke'schen Versprechens und empfiehlt den Verkauf seines Weinberges.

Omnium bonarum artium magistro celeberrimo Henrico Urbano, economo perpetuo, amico fido, Mutianus Rufus.

S. Recipe, queso, plura exemplaria Parabolarum[1], ut ea Publius noster isthic inveniat dato precio. Nam festo Trinitatis episcopum Paulum[2] adibit. Tito Mario favet[3] Vuolscus, etsi aliter loqui tibi videatur, non tamen ita favet, ut me circumscribat. Promisit enim operam suam. Finiatur[4] hoc negocium, eciamsi exhibenda pecunia sit inquilino. Preterea vinetum[5] vende et age bonum amicum, sicuti hactenus prestitisti. Bene vale.

Profesto Dominice ascensionis MDXV.

Handschriftl. F 474 fol. 300 r — 300 v.

---

493. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515. Vor 23. Mai.)

Mut. teilt scherzhafte Aeusserungen aus einem Briefe des Crotus mit und wünscht, dass Hessus gegen den Feind im eigenen Hause ebenso energisch zu Felde ziehe, wie es gegen Tilonin geschehen. Auch solle er vom Trunke und Spiele lassen.

Illustrissimo regi[6] Eobano Schwano[7] Mutianus Rufus.

Mi Eobane! Facetus Crotus facetissime tecum iocatur. Ricium Euritium[8] preficit terra militantibus, quasi irato Neptuno parum felix sit in gubernanda classe. Res risu digna. Hostem vero Heliani im-

---

[1] Des. Erasmi Rot. Parabolarum seu Similium liber. Argent. Ex aed. Schurer. 1514. Nach Panzer. Ann. typ. VI. 68. 341.

[2] Paulus Huthener. Vgl. Br. 29 S. 33 Anm. 1.

[3] Mutian hegte den Verdacht, dass Voltzke den Dietmar in dem Hausprozesse allzusehr begünstige. Vgl Br. 466.

[4] Vgl. Br. 487 S. 148.

[5] Vgl. Br. 471 u. 480.

[6] Vgl. Br. 483 S. 143 Anm. 1.

[7] Vgl. Br. 450 S. 170 Anm. 1.

[8] Cordus. Vgl. Br. 477 S. 135 Anm. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/158

perii Tiloninum[1] recte nominat scotinum, id est, tenebricosum. Hortatur et monet, ut commeatum et copias in profligandum hostem pares. Ego vero consilium maiestati tue datum non improbo, quanquam consultius videatur connivere, ut interim reges solent latronum insultus contemnentes. Nam Indus elephas culicem publicemque non timet neque leo muscas. „Nobilis in muscas non furit ore leo," ut inquit lascivus poeta[2]. Verum gravius urget bellum, cui nisi Herculeum robur opposueris, actum de te et imperio iudicabo. Intus est hostis, domesticus grassator iugulum impetit et tu, que tua est securitas et simplicitas, dormis in utranque aurem ociosus neque sentis irudinem vel potius lernam malorum. Dulce malum, deformis illecebra, grando et calamitas poete uxor. De qua tam copiose, tam ardenter scripsit Crotus, ut concerpserim epistolas. Quid multis? Inflammatior fuit in obiurgando quam ego. Mirantur omnes, qua ratione possis tam nasutam, tam lurore et macie confectam amare. Hei, heu, ohe! Huc addo, quod reticere non debeo, aleatorem te esse et ebriosum[3] cum tuo malo maximo Corrige, sodes, istam fabulam. Urbanus tibi iucunda narrabit, lego acetum pio animo propinavi. Uterque tui amantissimus. Vale.

Handschriftl. F 468 fol. 295v—296r.

---

494. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515. Vor 23. Mai.)

Mut. verteidigt sich gegen die Vorwürfe der Aneignung fremden Eigentums und des Neides, welche Hessus ihm gemacht hatte, und präzisiert seine ganze Stellung dem Dichter gegenüber.

Divino Eobano Hesso, Musarum antistiti.

S. Ego te ut aleatorem[4] et perdite vite hominem obiurgare deberem pro mea erga te benevolentia, sed tu me furti et invidencie arguis quasi clausulam ori meo daturus. Hec mea diluam crimina, si mea sunt, que mea non sunt. Crotus, vir optimus et vere tuus pater, quadam petulantissima epistola, imo quatuor foliis tuam levitatem ac stulticiam in re uxoria proscidit mandans, ut meo arbitrio vel retinerem vel emitterem. Ego vero (erant enim patule, non obsignate litere[a])

[a] *Fehlt bei Tz.*

---

[1] Vgl. Br. 59 S. 75 Anm. 1. Die beiden Gegner Tilonin und Cordus hatten von neuem den Kampf aufgenommen: ersterer durch sein „Choleamynterium," (vgl. darüber meine „Lutherana" S. 10) letzterer durch „Euricii Cordi contra maledicum Thiloninum Philymnum Defensio."

[2] Der Vers scheint einem neueren Dichter anzugehören.

[3] Dass Hessus bisweilen dem Trunke ergeben, lässt sich aus seinen eigenen Briefen ersehen.

[4] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/159

tantum iuste amaritudinis offendi, ut combusserim evestigio. Neque id sine causa. Nam si mihi silentium imperasti ob nudam et simplicem castigationem, quid faceres Croto[a] totum vulnus suffricanti? Procul dubio aqua et igni interdiceres. In summa: scripsit grece et latine, sed ad hunc modum, ut diceret te illud sempiternum[b] penitere nimis magno emisse, cum vilius futuere constet. Adiecit: „Si tria fulmina in manu haberem, primum excuterem in uxorem Eobani, nasutam et deformem, secundum in sectam Hochstratinianam[1], tercium mihi in usum aliquem necessarium reservarem.“ Ah, mi Eobane, boni mecum omnes idem sentiunt. Dispuli furti notam, invidentie culpam nemo unquam[c] in me deprehendit. Erasmus dicit: „Ubi nulla felicitas, ibi nulla invidia.“ Qui invident amicorum felicitati, nolunt eos prorsus subverti, sed tamen gravantur illorum excellentia. Ego precor tibi felicitatem, cui multi, multi dico, invideant. Ego autem neque invideo[d] prestantie[e] tue et sacris carminibus, sed[f] gratulor[f] et doleo te haberi ab uxore, imo servire feritati et luxurie. Tu me fer tui amantem et spera. Cras forsan fulgor, hodie nubes. Vale.

Handschriftl. F 470 fol. 297 r — 297 v. Gedr. b. Tz S. 211 *vollständig.*

[a] *Tz* Croto faceres. [b] *Tz* sempiternum illud. [c] *Tz* in me unquam. [d] *Tz* invidiae. [e] *Fehlt bei Tz.* [f] *Beide Wörter fehlen bei Tz.*

---

495. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515. Vor 23. Mai.)

Mut berichtet von der überschwenglichen Art und Weise des Sbrulius, der ihn besucht und zum Urteile über seine Verse herausgefordert habe. Er teilt Proben eigener Dichtung mit, darunter zum Schlusse 4 Distichen über eine Aeusserung des Crotus bezüglich der Frau des Hessus.

Eobano Hesso Mutianus Rufus.

S. „Beatus, qui vel umbram amici habet[2].“ Vidi poetam Foroiuliensem[3] et excepi tractavique perquam familiariter. Qualis sermo! Ille: „Sum tui nominis studiosus, tu mihi places, sum perpetuo tuus“ et reliqua titillationis eiusdem. Ego: „Tantum mihi polliceri vestre humanitatis est. Bene sentit vestra caritas. Sbruli mi, totum me vobis dedico perpetuo obsequentem.“ Talibus blandiciis par pari retuli et quantum ille me depressit, (deprimit enim, qui palpo percutit) tantum ego magnorum verborum remetiebar nulla quidem in parte gnathoni inferior. Sed vides me longe modestius et civilius fuisse locutum, si civile est uti moribus presentibus et verbis, ut ita dicam, vestritiis.

---

[1] Als Reuchlinfeinde.

[2] Nach dem Verse des Menander „ἀγαθὸν ἕκαστος, ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν,“ welchen Plutarch Περὶ φιλαδελφίας c. III anführt.

[3] Richard Sbrulius. Vgl. Br. 58 S. 74 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/160

Obtulit mihi versatiles versus et plane lubrice rotunditatis. Erat in prima fronte:

„Conspice, queso, tuum constanti lumine Christum,
Quisquis es, dominum conspice, queso, tuum.“

Ohe! „Conspice, queso, tuum“ et in calce quaternionum:

„Vita serena iuvat terre studiosa polique
Auspiciis dextris, vita serena iuvat.“

Hec sunt infirmi ac pusilli ingenii veluti quedam subsidia neque vim illam habent:

„Rumpitur[1] invidia, quod turba semper in omni
Monstramur digito, rumpitur invidia.“

Nos ita lusimus:

Suspice sanguineum terebrataque tempora regem
Et cole devota mente salutis opus.

Item:

Nulla crucis servo, domino sit gloria tantum,
Nam cruce mors victa est et cruce parta salus.

Item:

Signa salutiferi ducis, hec rogo, suspice miles
Signa, quibus vicium tollitur omne procul.

Item:

Ligna triumphalis fidei viteque future
Subsequar ut iusti mystica signa ducis.

Hec obiter, sed ex intimis theologie secretis. Quin et posterioribus versiculis illudam sumptis ex arcana philosophia visendis ediscendisque sentenciis:

Infima cum superis media virtute iugantur,
Utile sic pulchro conseruisse iuvat.

Item:

Terra quidem corpus, summo tenet ethere mentem
Iupiter: hanc illud, qui sapit, ille colit.

Item:

Qui nimis indulget celo, possessio terre
Hunc fugit et stultis stultior errat humi.

Item:

Si nimis indulges terre, possessio celi
Diffugit, in neutra parte relinque locum.

[1] Martial IX. 97. 3—4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/161

Hec ineptus ineptum deridens effudi subitaria contemplatione. Uter nostrum graviores sententias concinnius expresserit, tui sit iudicii. Nunquam volui esse talis poeta: pessimus, quia Eobanus: bonus poeta, ob humanissimas, ut Plinius inquit, ambitiones et curam rei familiaris esse non potui. Vale. Sed quid hoc sibi vult: „Vellem uxorem duxisses, profecto nullam literam scriberes. At ego scribo et facio?“ Cedis me. Sentio. En tibi. Referio.

Quod facis et scribis, miser es felixque poeta
Tamque stilo felix quam miser ob dominam.
Ut Crotus exclamat: „magno[1] tibi constat inire,
Nam iuga serva domi carius empta geris.“
Vendita libertas, proh! turpi servis amicę,
Qua referunt isthic vilius esse nihil.
Doctus Aristippos sequitur calvosque disertus
Delitias sapiens comparat exiguo.

Handschriftl. F 471 fol 297v—298v. Gedr. b. Tz. S. 211—212 *von* Beatus qui *bis* lubrice rotunditatis.

---

496. M. an Urban. (Gotha 1515. Vor 23. Mai.)

Mut. tadelt den Spalatin wegen seiner thörichten Gutmütigkeit den Anverwandten gegenüber und erkundigt sich danach, was mit den öffentlichen Edikten geschehen sei. Hessus erhalte mehr Briefe als ihm manchmal lieb sei und Cordus thue Unrecht, wenn er Tilonin angreife. Urban wird gebeten, einen goldenen Becher zu besorgen. Wie Sbrulius an Eitelwolf vom Stein empfohlen worden, könnte auch Hessus empfohlen werden, wenn er nicht verheiratet wäre.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Bonus Spalatinus eget, propterea quod sui eum deplumant[a]. Cur sua[b] prodigaliter largitur? Bis taxavi hoc vicium eciam contumeliosissime et crudelissime. Audiam Abelum[2] et postea tibi respondebo. Seneca dicit: „Dabo egenti, sed non, ut ipse egeam[3].“ Item[c] „succurram perituro, sed non, ut ipse peream[4],“ item „multo gravius est male dedisse beneficium quam non dedisse[5].“ Verum stultus homo pietatem allegat. Non est ista pietas, sed amencia dare fatuo fratri[6] et impudice bestie. Ego scripsi „indignos esse tuos beneficiis tuis“ et apposui asperrima iurgia. Unas literas accepit cum diplomate[7], alteras

[a] *F* deplument. [b] *Tz* tam *hinter* sua. [c] *Fehlt bei Tz.*

---

1 Vgl. den vorigen Brief.
2 Vgl. Br. 341 S. 485 Anm. 2.
3 Seneca. De beneficiis II. 15.
4 Seneca. De beneficiis II. 15.
5 Seneca. De beneficiis IV. 10. Für dedisse heisst es recepisse.
6 Vgl. Br. 125 S. 180 Anm. 1.
7 Vgl. Br. 474 S. 132 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/162

Langus[1] monasta tradet. Quid factum est in edictis[2] publice proponendis? An Sunthusenius[3] Eobano dedit invulganda, uti mandaveram? Eobanus me culpat quasi nihil scribentem ad se. Sepius scribo et forsan plura quam velit. Egregius poeta est, sed simplex et rerum ignarus. Argue stultum et nihil proficies. Ricius momordit[4]. Tiloninum non lacessitus, nunc remordetur. Male quidem isti. Tu, vir optime, cyathum[5] para cum operculo bene deauratum et gravem. Parum est XX, plus dabo. Ego Sbrulium[6] commendavi Eytelvolpho[7]. Posthac de me scribam Eobanus utinam uxorem non haberet vel talem saltem non haberet, mitterem ad Eytelvolphum et melius haberet. Vale et vive.

Handschriftl. E 473 fol 299v – 300r Gedr. b. Tz. S. 212—213 *von* Bonus Spalatinus *bis* monasta tradet.

---

497. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515. Vor 23. Mai.)

Mut. hält dem Hessus seine allzugrosse Empfindlichkeit vor, die ihm gegenüber übel angebracht sei.

Eobano Hesso, Herculi, malorum depulsori, Musarum patrono, pro ede divorum[8] philosophanti imperatori nostro, Mutianus Rufus.

S. Hesterno crepusculo reddite mihi sunt tue litere poetieis tectoriis, id est, pulcherrimis et admirabilibus convestite versiculis, quas tu Rome in castello Sancti Angeli[9] datas fuisse testaris. Eas prius legi, quam cubitum discederem neque cursim legisse contentus hodie post quartam castrensem vigiliam attentius, ut amicorum epistolas soleo, relegi. Inter alia magni ingenii pignora deprehendi irata et inimica[a] mihi fuisse pia numina vatum[b] Iovem, Phebum, Venerem, Musas. Nam, ut ais:

„Abstulit infelix illam tibi falcifer horam,
Qua poteras Hesso tam ferus esse tuo.
Illa sol latuit, latuit Venus aurea[c]“ et cetera.

[a] *Fehlt bei Tz.* [b] *Fehlt bei Tz.* [c] *Nach* aurea *folgt bei Tz noch* luce.

---

1 Bei der Rückkehr von Gotha. Vgl. Br. 491.

2 Wahrscheinlich Bekanntmachungen, welche auf die Beilegung des Streites zwischen Erfurter Rat und Gemeine Bezug hatten, wenn man nicht etwa an Edikte denken will, die den Reuchlinschen Prozess betreffen.

3 Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 8.

4 Vgl. Br. 493 S. 153.

5 Mutian wollte damit ein Hochzeitsgeschenk machen. Vgl. Br. 504.

6 Vgl. den vorigen Brief.

7 Vgl. Br. 381 S. 41 Anm. 1.

8 Vgl. Br. 483 S. 143.

9 Anspielung auf die Engelsburg, das Haus seines Schwiegervaters, in dem Hessus wohnte.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/163

Ego vero, cui deorum id tribuam, quod ex preteritis et presentibus causis futura nonnunquam sagatius quam credulum vulgus prospitio, nondum statuere possum. Quod autem ea, que sentio, ad usum amicorum ingenue profero, videor fortasse tibi intempestivam anagyrim movere. Legis enim mea non ut consilium ad casus instantes aut devitandos aut pacienter sustinendos, sed veluti dicta istius vappe ardelionis Tilonini[1], ut videlicet convicia retorqueas. Sic meus senetio[2] concionatores audit, non ut mores corrigat, sed ut ipse mihi prodigiosam fabellam domi referat. Sic supersticiosi divorum imagines, non ipsos divos intuentur plus oculis quam animo contemplantes. Sic in deviis nemoribus „reparabilis assonat eccho[3].“ Itaque valeant odiosa monita, conticescant seria, succedat phalerata et inutilis blandiloquentia, dummodo scias adulatorem esse blandum hostem, amicos turbulentissima castigatione prodesse. Qnamquam insane mentis fluctus sedare ac componere nemo potest. Cave trucides, que solet membra levare, lecti sociam. Si potest esse diuturna talis voluptas, profecto sinerem te iacere et frui domina, que vel sine naso nasuta[4]: dicacula potest esse, formosa vero nunquam. Vidistine testudinem suam secum domum[a] circumferentem? Hoc male cunno iugati, hem, coniugati dicere volui, facere nequeunt. Habes summam. Tu vale et parce momo.

Handschriftl. F 476 fol. 302r — 302v. Gedr. b. Tz. S. 213 — 214 *vollständig.*

[a] *Tz* domi.

498. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515. Vor 23. Mai.)

Mut. kommt noch einmal auf die Vorwürfe des Neides und der Unterschlagung zurück, welche Hessus ihm gemacht und nur teilweise zurückgenommen hat und teilt unzüchtige Versscherze über Tilonin mit, die er in Gemeinschaft mit Cordus gemacht hat.

Eobano Hesso, theologo et medico, poetarum hosti perversissimo. S. Ut invidiam[5] tibi mihique adimis, ita furta et rudem insciciam relinquis. „Beatus, qui vel umbram amici tenet[6].“ Hoc nihil ad te, sentencia est Plutarchi. Putavi familiariter scribentem non oportere testes producere, cum sit evanidum authoritatibus in nugis tumere. Si legenda publice scriberem, dicerem authorum nomina, ut sors fieret ex usura cum simplicitate et grati animi signo. Tantum absum ab omni

[1] Gegen ihn hatte Hessus Angriffe in Versen gerichtet. Vgl. Br. 493.
[2] Dieser Alte stand wahrscheinlich in einer Art von dienstlichem Verhältnisse zu Mutian, wenn er auch nicht in dessen Hause wohnte.
[3] Vgl. Persius I. 102.
[4] Vgl. Br. 493 S. 153.
[5] Vgl. Br. 494 S. 153.
[6] Vgl. Br. 495 S. 154 Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/164

arrogantia et fastu, ut prope me nihil scire existimem atque eciam ea, que scio, vel dissimulem vel multis ignorare videar, tantum ab ambitione ac temeritate, ut in omni vita nihil edere constituerim ingenii natureque virium memor. Tum demum vivo in libris, quando tecum et cum ceteris iuvenibus disertis, qui me laude aliqua dignantur. Nisi comiter iocari spirare est. Audi Serenum Pappum[1] in pennas nothi[a 2] Tilonini cavillantem. Nam detractor ille pro penna pennem operte figurateque ponit.

Que violant pennas, Notus auferat; est scelus ingens
Improba de doctis cogere dicta viris.
O ego quam vellem nunquam studuisse poetis,
Si maculat mentes lectio spurca pias!
Penna capit volucrem tereti commissa sagitte,
Penne salax asinam tu, Tilonine, frica.

Hec est mea petulaneia, cui si festus Pyrrhus[3] accesserit, fiet, opinor, ut rideas. Festus Pyrrhus ab iniuria sese vindicat.

Quis ferat audacis temeraria dicta poete?
Quis docuit stultum verba canina loqui?
Author erat Pyrrhus. Mentiris. Talia demon,
Qui celo cecidit, semina spargit humi.

Ad patrem apud villam pro matre et amica.

Vende, pater, magicos populo spectante susurros
Et requiem functis lumine vende, pater.
Tum stipe collata genetricem pasce Dionen[b]
Et mihi cunnosam pasce, pater, dominam.

Genius agrestis

Garrula divitiis nutrit Iovis aula nepotes,
Veh tibi, qui sacra luxuriaris ope!

Talia cum Euritio[4] nostro ludebam.

I nunc, Eobane Schwane[5],
et vade plane.
Sic nos sacri sumus sues et asini,
ut interdum simus amasii.

Handschriftl. F 477 fol. 302 v — 303 v.

[a] *F* noti. [b] *F* Dionem.

---

1 Diesen fingierten Namen legt sich Mutian nur an dieser Stelle bei.
2 Für Spurius, wie er in den Schmähschriften seiner Gegner heisst.
3 Ianus Pyrrhus Campegus. Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.
4 Cordus. Vgl Br. 477 S. 135 Anm. 7.
5 Vgl. Br. 493 S. 152 Anm. 7.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/165

499. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515.) Mai 23.

Mut. versucht wiederum den Hessus zu beruhigen betreffs der brieflichen Aeusserungen des Crotus über seine Frau und ermahnt ihn, den einmal mit Glück betretenen Pfad des dichterischen Schaffens weiter zu wandeln. Er selber wolle auch seine Weise behalten.

Eobano Hesso fortunato, si uxorem non haberet[1], Mutianus Rufus. S. Magno sis animo et forti. Non te amicorum obiurgationes in desperationem urgeant. Nemo est sine voluptate et dolore, quamquam hec duo[a] mala opposita inter sese habeant virtutem mediam, quam pauci possunt attingere. Ea mihi est[b] beata tranquillitas, popularibus[c] religio, in qua censemus beatam vitam hominum collocatam esse. Itaque inducias[d] cum uxore facito, quoad medium illud partim futuaria titillatione sopita partim doloris ferotia refrenata animi tranquillitatem obtineas. In prima schedula[2] Crotus noster, homo doctus, fidelis iucundus, exclamare videtur: „O medici, medici, mediam pertundite venam[3].“ In secunda grecissat et lachrimis[e] pietatem et officium erga te indicat. Quodsi[f] scire voles, ubi greca illa, ut ita dicam, τραγήματα expiscatus sit, legito Gellium[4] libro sexto capite II[g]. In tercia deridet[5] adversarios Capnionis et simul me iudicem facit. Postquam igitur legissem longissimas querelas et mollitiem tue frontis perspectam[h] haberem, quia sciebam te devotum uxoriis decretis, suppressi literas communis amici. Id si tibi perdolitum est, certe mihi complacitum erat Permitte mihi, queso, censuram literariam, quam mihi non temere sumo, sed ab eruditis acceptam sanctissime administro. Tu, quod belle facis, sónora et grandia scribe et patere meam ignaviam ac desidiam sitire et ieiunare, si ita mavis. Neque enim proposito meo copia et tumultus verborum, sed pressum et floridum dicendi genus arridet. Verum hanc provinciam missam faciamus. Sufficit tibi te a me diligi et, quod preclarius est, coli. Vale[i].

X Calendas Iunias.

Handschriftl. F 478 fol. 303 v — 304 v. Gedr. b. Tz. S. 214—215 *völlständig.*

[a] *Tz* tuo. [b] *Tz* est mihi. [c] *Tz* pupularibus. [d] *Tz* indicias. [e] *Tz* lacrimis. [f] *Tz* quid. [g] *Tz* 7. [h] *Tz* perspectum. [i] *Fehlt bei Tz.*

---

[1] Vgl. Br. 493 S. 152—153.
[2] Vgl. ebenfalls Br. 493.
[3] Iuvenal VI. 46.
[4] Es wird daselbt von dem Fatum oder der Εἱμαρμένη unter Anführung griechischer Stellen gesprochen.
[5] Wahrscheinlich Proben aus den Epistolae obscurorum virorum.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/166

500. M. an Urban. (Gotha) 1515. Mai 23.

Mut. berichtet, dass er den Hessus besänftigt und erkundigt sich, wie es mit der Bestellung des Bechers stehe. Publius solle die Papiere über den Weinberg bringen und das Geschenk an seinen Bestimmungsort schaffen. Die zwei Briefe an Hessus mögen demselben übergeben werden. Der Hausmieter scheine bei Voltzke Unterstützung zu finden.

Henrico Urbano.

S. Placavi[1] poetam uxorium iratum ob id vehementer, quod nasutam et deformem appellavi. Imitatus sum Croti licentiam. Aliud enim est nasuta, aliud magni nasi puella, quemadmodum erat illa, quam hoc modo Martialis[2] alloquitur: „Salve non minimi puella nasi.“ Sit igitur nasuta, nasosa, nasata, imo Nasonis nasutissima Corinna, quid id nostra refert? Utique nassa est salax femina, in quam pronus est dies noctesque non dico piscium, sed Priaporum illapsus, modo adsint fututores mutoniati. Quod scribis, bestalt zu machen. Pendet spes. Quando absolvetur opus?[3] Sciam, oro, tempus. Documenta liberi vineti[4] habemus ratificata. Ea Publius[5] tibi tradet et cum patera isthinc ibit ad amicum comite Abelo[6]. Scalpat aurarius paterna insignia[7] nostra, qua in parte voluerit. Dictum ideo nullum appono, quia interpretem timeo. Neque enim omnibus idem placet, varia sunt hominum iudicia. Literas meas fideliter representa Eobano et hesternas[8] et presentes[9]. Titum Marium quid adiuvat?[10] An Vuolscus? Dubito, quid faciundum sit. Tu meam rem cura sapienter. Ego gratiam referre studebo. Vale.

X Calendas Iunias MDXV.

Handschriftl. F 481 fol. 305r — 305v. Gedr. b. Tz S. 215 *von* Placavi poetam *bis* nostra refert.

---

1 Vgl. den vorigen Brief.

2 Mutian irrt; nicht Martial, sondern Catull 43. 1. sagt: „Salve nec minimo puella naso.“

3 Vgl. Br. 496 S 157 Anm. 5.

4 Den Mutian zu verkaufen im Begriffe stand. Vgl. Br. 492. Er scheint ursprünglich nicht freies Besitztum gewesen zu sein, sondern zu einer geistlichen Pfründe gehört zu haben. Vgl. Br. 121 S. 167.

5 Adamus Publius, der Famulus.

6 Vgl. Br. 496.

7 „Zwei goldene Sparren in Silber, in Form von Winkelhaken, im Schildesfusse eine fünfblättrige, goldene, grünbespitzblätterte Rose“ so beschreibt Weissenborn. Akten der Universität Erfurt II. S. 318 das Mutiansche Wappen, welches wahrscheinlich das Familienwappen war.

8 Ob No. 497 gemeint ist oder 498, lässt sich nicht erkennen.

9 Brief 499.

10 In der Hausaffaire. Vgl. Br. 492.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/167

501. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515. Um 23. Mai.)

Mut. wiederholt seine Versicherung, die Briefe zerrissen und verbrannt zu haben, nur ein paar Fetzen seien aus Versehen verschont worden.

Eobano suo, poete disertissimo.

S. Factum est divina, reor, providentia, que semper illis favet, qui stateram non transiliunt, sive tu Critolai bilancem sive alterius trutinam desideraveris, ut libertas mea fidelis et sincera neutram in partem libre vergat, sed equo iustoque boni et docti viri ponderibus respondeat. Soli Deo gloria. Iam tu videbis verum esse Mutianum, iam mihi gratias ages, iam te morositatis tue ac obtrectationis penitebit. Voluit eternus pater, ne suspectus esset tibi sermo noster obiurgatorius. I nunc et mussa Mutianum carere fide. Quorsum hec? Nempe ut contuearis meam innocentiam in clarissima veritatis luce. Dixi, fateor, Croti literas[1] minutatim concerpta signi ustulatas fuisse. Non credebas, me accusabas. Nesciebam proferre testimonium. Tandem cum iureiurando me purgare volebam, incidit forte in manus meas cartha quedam reiecta et conversa cum pulvere chirographum Croti continens. Allevo, lego, aspicio limaces cum domuncula a me male deformatas. Sum ineptus pictor[2] et excidit pro testudine virile membrum. Nam novitiis hortis[3] nostris id symbolum affigere volui, ut vulgo nominarentur zum Schneckenborn. Hac commaculata schedula excitatus subverti totum carthophilatium in hiberno triclinio. ut germanum quiddam ac sororium perquirerem. Reperti sunt duo testes, ne solus staret Priapus, alter semigrecus, alter semibarbarus, uterque fide dignus. O vos auspiciatissimas chartas! quis deorum defendebat vos ab interitu et favilla? Periisse putabam, cum multo maxima pars vestri ardebat in vaporario. Nunc bene habet. Salva fides nostra durabit in secula seculorum. Amen.

Handschriftl. F 479 fol. 304v—305r.

---

502. M. an Urban. (Gotha 1515. Ende Mai.)

Mut. berichtet über ein Gaunerstückchen von Spalatins Bruder, erkundigt sich nach Petrejus, tadelt, dass Hessus selbst nach Fulda gehen wolle und wundert sich über des Musardus Hoffnung auf die Schönauer Pfründe. Er meidet den Verkehr mit Duronius, um das unausgesetzte Spionieren der Kötelingschen Sippe zu vereiteln und frägt nach Femels Verhalten gegen Tilonin an.

Egregio viro magistro Henricho Urbano, sacrifico et economo, amico precipuo.

---

[1] Vgl. Br. 494. 497—500.

[2] Mutians Vorliebe für Zeichnungen und Malereien solcher Art scheint sich auch auf einige seiner jungen Freundes, z. B. auf Justus Jonas übertragen zu haben.

[3] Wann Mutian diese erworben, wird nirgends gemeldet.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/168

S. Abelus[1], Spalatini alumnus, sese intus effert sibique placet ut merus φίλαυτος[a], fide tamen et modestia quadam non caret. Is mihi multa narravit de Spalatino, sed rogatus et velut questiunculis ad respondendum lacessitus, alioqui tacitus abiisset, ut est pauciloquus. Stephanus[2] et uxor misere adolescentem cuiusdam opulenti civis ad gymnasium Wittenburgium cum hac cautione, ut adolescens pecuniam pro tempore caperet a Spalatino. Hanc fraudem non intelligens Spalatinus dat adolescenti. Interea fatuus frater in Spalt[b] percipit subsidium a parentibus adolescentis. Ita Spalatinus decipitur. Preterea miserunt alterum puerum simili lege, ut omnino totum auferant nihil Spalatino penitus relinquentes. Cum hec ita sint, eget et spe pensionis retinet Ridensem, nisi tibi aliter visum fuerit. De quo alias.

Petreius an redierit[3], tu nobis explora. Eobanus dedicet aliquid Eitelvolpho[4]. Ad Bonifacium[5] nunc ire multi solent. Dubito, an commodum afferret, si proficisceretur. Parum fortasse proficeret in tanta turba et multum viatici consumeret. Autumno proximo poterit videre Rhenum et accolas Meni. Audi, queso, quid didicerim ex Abelo: ait Musardum[6] expectare Schonates[7]. Non invideo, sed credo ita esse. Illud certum tibi sit me sepius adire quam soleo Duronium, nisi subtimerem Lotianos delatores. Obtinemus adhuc gratiam in Valle, sed infrugiferam. Nihil enim obsonii vel tibi vel mihi datur. Redde literas Euritio[8] et Eobano. Quid facit ille tertius poeta, quem Tiloninus[9] admodum mordaci libello perfricuit? Paratne antiphonam?[c] Mutasse nomen dicitur et qui olim Fellifluus[10] fuerat, nunc Femilius[11] est. Ridiculi homines! cum bona adsint nomina, querunt mala. Tu appella Platonem Aemylium ab incurvis latioribusque humeris. Hoc

[a] *F und Tz* φιλαύτος. [b] *Tz* M. [c] *F* antiphonum.

---

1 Vgl. Br. 341 S. 435 Anm. 2.
2 Vgl. Br. 125 S. 180 Anm. 1.
3 Erst im November 1515 erfolgte die Rückkehr.
4 Vgl. Br. 381 S. 41 Anm. 1.
5 Nach Fulda.
6 Zur Zeit Lehrer in Georgenthal.
7 Eine Pfründe in Schönau. Vgl. Br. 252 u. 269.
8 Diese Briefe an Hessus und Cordus scheinen verloren gegangen zu sein.
9 Wahrscheinlich ist hier von Angriffen die Rede, welche Tilonin in seinem Choleamynterium (Vgl. meine Lutherana S. 10) gegen Femel richtete.
10 Vgl Br. 296 S 383.
11 „Johann Femell Erffordensis," wie sein Name in der Studentenmatrikel lautet, wurde Mich. 1508 als Student eingeschrieben und erlangte 1513 den Grad eines Magister artium. In dem Tiloninschen Streite beteiligte er sich von Anfang an auf Seiten des Cordus und Hessus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/169

mihi non sit fraudi, ne te contra me testem habeat, quemadmodum habuit Tiloninus. Vale.

Handschriftl. F 482 fol. 305 v — 306 v. Gedr. b. Tz S. 215 — 216 *von* Abelus Spalatini *bis* visum fuerit.

---

503. M. an Urban. (Gotha 1515. Ende Mai.)

Mut. bekundet seine Freude darüber, dass Urban und Engelmann für Reuchlin gegen den Mainzer Scriba so in die Schranken getreten sind und die Geschäfte der Freunde so trefflich besorgen.

Prestandi et erudito patri Henrico Urbano, non minus sapienti economo quam fido amico.

S. Incredibili me afficis leticia primum quod Capnionis nomen adversus Gregariam[1] pennam tueris, illustras, auges aspirante Engelmanno[2], viro incomparabili, sive candorem sive prudenciam inspicias, deinde[a] quod mea omnia tibi cure sunt, imo mea et Spalatini[3] negocia eo sublevas, ut uterque nostrum plurimum tibi pre ceteris omnibus debeat. Quem querimus alium adiutorem[b], (quod est in media vita) nisi te, domine. Atque utinam huius tue benignitatis fructum aliquem tibi afferre possimus! Collectanea Parabolarum[4] ex Plutarcho et Seneca, sed bellissime investita artificio Erasmi elegantiarum eiusmodi observantissimi sic legam, ut ediscam, sic habebo ut thesaurum, modo precium infer diario tuo, quod Mercurius[5] accipere noluit. Prostibulum gregarie penne perinde est mihi, ac si diceret: Mutius legi, Mutianus non legi, vel Helie Eobano Iste nasutus notarius nimis est temerarius. Emi nuper pueris meis cuiusdam Hieronymi Cingularii[6] synonyma. In illis forte hoc modo scriptum: „Hurhawß lupanar, fornix, prostibulum, ganeum, taberna meritoria, cella meretricia. Huer meretrix, scortum, prostituta, lupa. Hurentreiber meretricarii, ganeones, helluones, scortatores. In hec, puto, incidit gloriosus ab epistolis. Nam si Plautum legisset, nosset argentarias[7] elecebras[c], scorta diobolaria[d 8] et posci-

[a] *Tz* dein. [b] *Tz* adiutotem. [c] *F* illecebras [d] *F* diabolaria.

---

[1] Am Rande der Frankfurter Handschrift: Grecker. Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 9.

[2] Der Küchenmeister war demnach auch für Reuchlin gewonnen worden.

[3] Betreffs der Hohenkirchener Pfründe.

[4] Similia Erasmica, nach einrr Randglosse in der Frankfurter Handschrift. Vgl. darüber Br. 492 S. 152 Anm. 1.

[5] Diener Urbans.

[6] Hieronymi Cingularii Aurimontani tersissima latini eloquii synonymorum collectanea; non modo epistolas, sed etiam carmina cudere volentibus oppido idonea. Lipsi 1515.

[7] Plautus. Menaechmi II. 3. 26: Sunt hic meretrices omnes elecebrae argentariae.

[8] Plautus. Poenulus I. 2. 58: Servulorum sordidorum scorta diobolaria.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/170

numma[1] basia. Prudentius[2], plane latinus poeta, canit: „Occide prostibulum, manes pete claudere Averno," ubi prostibulum est scortum meritorium, quod videlicet prostat et in precio, ut inquit Ovidius[3], pro meretrice sedet. Sed hasce questuarias Veneres in cella meretricaria relinquamus. Nullum erit mihi de hac re cum momo certamen. Quod autem consilium arcanum publicavit, non impune fecit. Habet inustam notam in Defensione Capnionis folio tercio, paragrapho Consiliorum nostrorum[4]. Istuc te relegamus, quamvis nomini illius penne pepercerit autor.

Deinceps, mi Urbane, sic cum aulicis discepta, ne bilem umbris moveas. Prestat enim arrogantes ferre quam pati derogantes. Vale.

Handschriftl. F 472 fol. 299r—299v. Gedr. b. Tz. S 212 *von* Incredibili me *bis* ut thesaurum *und von* Deinceps, mi *bis* pati derogantes.

---

504. M. an Urban. (Gotha 1515. Ende Mai.)

Mut. bespricht den Todesfall des Ritters Hun, welchem eine Bestattung an geweihter Stelle versagt worden war und bittet um Besorgung von Pestpillen durch Nepotian.

Familiarissimo Urbano meo, magistro singulari literatura et summa in bonos voluntate, Mutianus Rufus.

S. Libet et hoc commentariis inserere. Honnus[5], eques cupidus novarum rerum, summa vir audacia, rei militaris peritissimus habebatur. Acer in agris vastandis, nullo timore perterritus incendia faciebat, homines trucidabat, pecora aliena spoliis onustus in suam segetem compellebat et quod foret industrius explorator, muniebat sibi gratiam

---

[1] Dieser Ausdruck findet sich nur bei Apuleius. Metamorphosen X. p. 248. 36.

[2] Prudentius. Psychomachia v. 92.

[3] Epistolae ex Ponto II. 3. 20.

[4] Defensio. Ausg. 1514 fol. A4v (nach der Ausgabe von 1514). Consiliorum nostrorum renunciatores aut vivi exurantur aut furca suspendantur etc.

[5] Nach einer Randbemerkung in der Frankfurter Handschrift: Herman Hun. Wahrscheinlich bezieht sich auf ihn folgendes (von Falckenstein. Historie von Erffurth S. 552 u. 553 mitgeteilte) Factum: „Um diese Zeit trug sich auch zu, dass ein Edelmann auf dem Freytag vor Pfingsten mit drey Pferden und drey Knechten vor das Erffurthische Dorff Berlstedt kam und auf und nieder ritte. Die Jungen, welche alldorten die Pferde im Grasse hüteten, besorgten sich, es sey darauf angesehen ihnen die Pferdte hinwegzunehmen, zäumeten dahero dieselbe geschwind auf, und ritten nach dem Dorffe zu. Da machten sich die Bauern auf, lieffen hinaus, und schlugen den einen Knecht todt; der Edelmann aber retirirte sich noch mit dem andern Knecht. Die Bauern führeten des erschlagenen Pferdt in die Stadt, den todten Menschen aber begruben sie wo er lag" etc. Es wird dann noch erzählt, wie ein Weimarer Cavalier, dem das fortgeführte Pferd gehörte, Rache an den Erfurtern nahm.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/171

apud principes Turingorum continenti discursu. Neque rari neque conferti hospites cauponam ipsius pretervolare poterant, quin necesse haberent se purgare Honno et itineris sui causam exponere. Singuli non sine periculo intrabant. Sed meum non est occulta enunciare. Scio, quid dicerent, qui in ea pernoctavissent. Venit fatalis dies. Interficitur. Petunt necessarii ecclesiasticam sepulturam. Negatur. Humant vicini corpus in eodem, opinor, agro, quo efflavit animam. Non assentior illis, qui cemiteria tantum sacra putant. Omnis area, sanctissime telluris est, quam etiam Cererem et Rheam et Opem et Cybelem et Proserpinam et Magnam Matrem appellant eruditi. Iacet igitur in sancto matris sinu, velint nolint creduli fratres. Id quod testamur epigrammate, ne quis manibus maledicat:

Hic sita sunt Honni, pręduri militis, ossa
Nec procul hinc animam sorbuit alma Ceres.
Scilicet hoc meruit Marti bene cognita virtus,
Quod lacerum funus mole sacra tegitur.

Vides, Urbane, quo tendam. Perspice proprietatem verborum. Alma Ceres: terra. Sorbuit: hausit, exorbuit. Non dico sorpsit, quod est minus elegans preteritum. Animam: sanguinem secundum Stoicos. Martia virtus: robur et fortitudo. Meruit sacra mole: sacra sepultura tegi, imo ut funus lacerum in sancta terra sepeliretur, cognita Marti virtus effecit. Tantum est.

Emat mihi Nepotianus[1] pilulas pestilentiales tribus boemis et dicat, ut recentes faciant pharmacopolę. Vale et concerpe.

Handschriftl. F 501 fol. 317 v — 318 v.

---

505. M. an Simon Voltzke[2]. (Gotha 1515.) Juni 1.

Mut. dankt für die endlich zu Stande gekommene Schlichtung des Streites mit den Vikaren wegen des Hauses und möchte über einiges Nebensächliche Aufklärung haben.

Clarissimo viro doctori Simoni Vuolsco.

S. Gratum est mihi et magnopere iucundum, prestantissime patrone, quod vicariorum litem[3] subodiosam et molestam dilato iudicis officio tanquam pacificator extraordinaria autoritate, ut amicum decuit: composueris. Urgebant enim quasi cedenti similem adversarii licentes et audaculi et me maiorem in modum convitiis onerabant absentem, ut, quod mea sponte facturus videbar in restituenda domo, id eorum

---

[1] Neffe Urbans. Vgl. Br. 506 S. 169 Anm. 1.
[2] Vgl. Br. 65 S. 88 Anm. 1.
[3] Vgl. Br. 458 S. 116 u. 471 S. 128.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/172

impulsu coactus fecisse iudicarer. Favebant illis Gothi[1] mei et meam tranquillitatem ignavie tribuebant dicentes me habuisse edes derelictui, iniquum esse abhorrere a tabulis obsignatis neque parentalia[2] curare, in quibus salus et celum continetur. Hec atque alia multa istiusmodi cum sine damno nec averti nec everti poterant (dicebantur enim sub pretextu religionis) non videbam, qua ratione liceret saluti simul et rei consulere. Promisere vicarii aureum annuum, quoad viverem, et testamentum[3] immolandis hostiis perpetuo servandum. Erant alii[4], qui XX aureos statim dandos pollicerentur. Universos repudiavi, ne fidem[5] Tito Mario datam ulla in parte resecarem. Successit inviolabilis autoritas tue intercessionis, a qua dissentire quis potest? Inventus est quidam Nothusensis[6] etsi mihi ignotus, non tamen despicatissimus homo, qui vicariis impensam resartiat et inquilino satisfaciat et meam stationem strenue edificando suscipiat, quod factum industrio viro Nicolao Engelmanno[7], amico iucundissimo, placuisse audio non minus quam tue eminentie. Et ego certo scio statuisse vos ambos sapienter et gnaviter omnia. Qua re velim mihi respondeant vicarii, an vestram eciam talium virorum prudentiam calumnientur. Si litem ad internetionem[a] extinctam esse fatebuntur, bene habet. Si ut inepti et frivoli commenticie salutis venditores testamentum requirunt, peto, considerent eciam nobis permitti, ut legamus Requiem eternam. Quanquam opinioni Gothorum aura popularis magis arrideat quam lux veritatis. Ut istam ergo caliginem discutiamus, effice, queso, ut suum nobiscum officium devotionarii communicent. Vale.

Ad Calendas Iunias.

Handschriftl. F 483 fol. 306 v — 307 r.

[a] *F* internitionem.

---

1 Die Morchs und Kötelings.

2 Verpflichtungen gegen Anverwandte, also die Seelenmessen für die verstorbenen Brüder. Vgl. Br. 243 S. 320.

3 Vgl. Br 244 S. 320/21.

4 So machten auch die Sömmerings, der Sigillifer und der Magister (Vgl. Br. 11 S. 17 Anm. 1) ein Angebot. Vgl. Br. 306 S 397.

5 Die durch Urban mit ihm getroffene Abmachung, die Mutian von vornherein ungern gut geheissen hatte.

6 Die Persönlichkeit ist nicht näher bekannt, nur erfährt man aus Br. 530, dass sie Vikar zu St. Marien in Erfurt war.

7 Der Küchenmeister hat sich mehrfach für Mutian in dieser Hausangelegenheit bemüht. Vgl. z B. Br. 471 S. 136.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/173

506. M. an Urban. (Gotha 1515. Juni 1.)

Mut. bittet um die Polyanthea sowie um die Ausgabe von Origenes nebst der von Cyrillus und verbreitet sich über die Lektüre der Regula Benedicti, welche er dem Urban angelegentlichst zum Lesen empfiehlt. Letzterer solle den Nepotian nach Rom schicken und für die verlorene Gunst des Kurators Matthäus Ersatz suchen. Für Voltzke, der durch seine Entscheidung des Hausprozesses ihn geschädigt, liege ein Brief bei.

Henrico Urbano, magistro, economo Georgivallis, amico semper venerando.

S. Quis tam diu detinet Petreianas literas[1]? An illis est aditus interclusus? Tempus poscit et ego rogo, ut dimittas et simul exhibeas Polyantheam[2], opus varium et utile, si cum iudicio legatur. Iterum legam et signabo tibi capita rerum in tris tomos digerenda, quem admodum coram admonui, id est, ut seorsum colloces, que ad virtutes pertinent, separes viciorum titulos et in tercia classe ponas ea, que sunt ambigue note partim videlicet virtutibus vicina, partim in viam viciorum deflexa, ut est studium, industria, amor et id genus annotacio. Petebam Origenis[3] et Cirilli[4] opera. Felix ille est, qui non ludis, iocis, voluptatibus et frivolis rebus intentus, sed ecclesiastica disciplina eruditus in mundi tocius contemplacione philosophatur. Legi nuper nudiustercius et heri regulam S. Benedicti. Quis non rabularum magnifica et insidiosa verba contemneret hac sancta stili moderatione gustata? Ultimo capite mentio fit de regula S. patris Basilii. Utramque habes, illam[5] egregie circumfusis commentariis declaratam, hanc, ni fallor, nudam et brevem. Non deerunt tibi Erasmi Canones[6] eodem fere spectantes. Non perit, quod mihi offers. Utinam vacare tibi liceret veterum {libris! Non esses minima gloria cenobitarum. Idem scribit[7] de te Tiloninus alioqui dicax et petulantior.

---

[1] Aus Rom, von wo aus er fleissig an Mutian schrieb. Vgl. Br 415 S. 74.

[2] Polyanthea: Opus suavissimis floribus exornatum per Dominarum Nanum Mirabellum. 1512. Basel. Nach Panzer. Ann. typ. VII. 189. 105.

[3] Vgl. Br. 456 S. 115 Anm. 3.

[4] Von Werken des Cyrill erschien in Paris 1508: Opus insigne in evangelium Ioannis a G. Trapezontio traductum. Vgl. Panzer VII. 259. 250. und 1513: Praeclarum Opus Cyrilli Alexandrini, quod thesaurus nuncupatur quatuordecim libros complectens et de consubstantialitate Filii et Spiritus sancti cum Deo patre ... G. Trapezontio interprete. Vgl. Panzer VIII. 2 613.

[5] Panzer (VIII. 284. 12) kennt eine Ausgabe vom Jahre 1510. Regula S. Benedicti cum ipsius vita et alia. Rothomagi.

[6] Enchiridion militis Christiani, welches bei Lebzeiten des Erasmus wenigstens 25 Male aufgelegt ist und 1509 zuerst erschien in der Sammlung Erasmischer Schriften. Des Erasmi Rot. Lucubratiunculae, Epistola exhortatoria ad capessendam virtutem .... Enchiridion militis Christiani.

[7] Man ersieht aus dieser Aeusserung, dass Mutian mit Tilonin trotz aller Anfeindungen des Cordus und seiner Freunde in freundschaftlicher Korrespondenz stand.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/174

Nepotianus[1] tuus cave domi retineatur. Habemus Rome Petreium et Focarianos[2]. Fricare mulas potest, currat ad calcaria et faciat, quod fit, adiuvante Petreio et ceteris fautoribus. Prudentior fiet et gratior suis in omni vita. Fuldam rediit Hartmannus[3]. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Amicum prestabo. Vellem Mattheo[4] succederet alius curator. Moriana[5] secta preripuit nobis illum virum et tu levis et incuriosus homo non curas talia, unde corrivari possent admirabiliter infinita commoda. Pretermitto te obiurgare. Sum enim et ipse negligens et ignavus et magis accusandus incurie quam tu. Vide literas[6] ad Vuolscum et, si placet, obsigna et trade. Mihi nauseam facit, quod Tito Mario probe consuluit[7]. Quid ego habebo? Cum incommodo infamiam. Hoc te ut bonum amicum cruciare deberet. Si vicariis impensa et inquilino fuisset data, potuisset domus vendi servata condicione testamentaria. Sed quis a Vuolsco dissentiat? Quis mihi pecuniam largiatur? Vale et aurarii[8] memineris.

Handschriftl. F 485 fol. 308r — 308v. Gedr. b. Tz. S. 216 *von* Quis tam *bis* aditus interclusus *und von* Nepotianus tuus *bis* omni vita.

---

507. Crotus[9] Rubianus an Mutian. Fulda (1515.) Juni 11.

Crotus bedauert, kein Geld zum Bücherkauf gehabt zu haben, und hat sein Leben unter den ungebildeten Geistlichen satt. Er trägt sich mit geheimen Plänen aus Anlass der trüben Aussichten in die Zukuntt und erteilt genauere Auskunft über den Preis einiger Bücher etc. Jüngst sei Erasmus in Mainz gewesen, allwo er den hochfahrenden Juristen Moller zu einem Mylius umgestaltet. Derselbe habe im vorigen Jahre auf der Zusammenkunft mit Reuchlin, Busch und Hutten alles durch seine Beredsamkeit in Erstaunen gesetzt. Dem Benedikt Rufinus hat der Briefschreiber Geld geborgt.

Ad Chunradum[a] Mutianum totius antiquitatis consultum[10], tranquillitatis patrem, amicum sanctissimum, Crotus.

Salutem. Primum nihil emi, Mutiane, ne iota quidem. Pecunia exigua non sufficit pro sumptu unius hominis frugi et parci, quamvis

[a] *Böcking* Kunradum

---

1 Neffe Urbans, der vor einem Jahre nach Breslau auf die Schule gesandt und jetzt zurückgekehrt war. Vgl. Br. 350. 356. 358.

2 Ueber Mutians Verbindung mit dem Fuggerschen Handelshause. Vgl. Br. 12 S. 18 Anm. 1.

3 Von seiner Mission nach Erfurt. Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 7.

4 Ueber diese Persönlichkeit wage ich keine Vermutung.

5 Vgl. Br. 505 S. 167 Anm. 1.

6 Den vorigen Brief.

7 Vgl. Br. 492 S. 152 Anm. 3.

8 Vgl. Br. 496 S. 157 Anm. 4.

9 Vgl. Br. 478 S. 139 Anm. 6.

10 Kampschulte, (die Universität Erfurt I. S. 107) welchem dieser Brief bekannt war, hat dies Wort für „Consulem“ gelesen und spricht daher davon, wie Mutian von seinen Jüngern als „Consul des ganzen Alterthums“ angeredet

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/175

episcopatum dedisse iactitant lanarii[a 1]. Pendeo e spe; que, si fallet, videbis, quid faciet Crotus. Videtur mihi incivile inter sacrificulos[2] idiotas et pene analphabetas vitam terere, quibuscum sotietas nulla, nisi velis bibere, ludere, fenus et Venerem sequi. Si melius rebus necessariis non potest consuli, ferenda ista necessitas est Erphordie, ubi haberi potest vite quędam similitudo vel Colonie aut loco quodam non dissimili. Vivere absque ullo consorte morum et studii sors mihi videtur beluarum[b] inferior, quas natura similitudine genuina conciliat. Molior[3] aliquid, sed secreto cooperatoribus nonnullis patribus Bonifatianis. Non licet abesse sacerdotio, alioqui[c] non manerem in isto naufragio, cuius tempestatem pauci considerant. Deus mala avertat. Duo animadverti prodigia tibi quandoque scribenda. Redeo ad principium epistole. Nihil emi neque tibi[4] neque mihi propter penuriam pecunie et moram debitorum. Duringi mei, (nam in patria mea sunt nervi novi sacelli[5]) quod solvere debent festo ipso Vualpurgis, vix prestant in ieiunio. Rhanas[d 6] commisit modicillum debitum servata fide. Emam, quantum possum, quod sciam tibi gratum fore. Libri Aldini ęs magnum requirunt. Aristoteles[7] aureis[e] XV estimatur, vidi divenditum Colonie XVI. Pro Platone[8] VIII postulantur, presta VII et tuus erit. Pretio tali etiam emerunt anno superiori Reuchlin et Buschius[9], quando[f] cum ipsis eram[10]. Lutianus[11] IIII emitur, ita Cęsarius[12] comparavit.

[a] *B* (= *Böcking*) laniarii. [b] *B* belluarum. [c] *B* alioquin. [d] *B* Thomas. [e] *Cod.* aures. [f] *B* quum

---

wird. Janssen (Gesch. d. deutschen Volkes Bd. II S. 28) hat diese Wendung, wie Köstlin (Luther und Janssen S. 17) meint, „gedankenlos abgeschrieben." Seine Entgegnung (Ein zweites Wort an meine Kritiker S. 72) entkräftet diesen Vorwurf nicht.

1 Wollarbeiter, spöttische Bezeichnung der Mönche.

2 Crotus bereut mehrfach seinen Eintritt in den geistlichen Stand. Vgl. Br. 361 S. 20.

3 Es bleibt dunkel, was für ein Vorhaben Crotus hier meint.

4 Dass Crotus für Mutian Bücher besorgte, bestätigt auch Br. 260 S. 344.

5 Also erst von Abt Hartmann erhalten.

6 Henricus Rhanis. Vgl. Br. 475 S. 134.

7 Erschien in 5 Vol., das erste 1495, das zweite, dritte und vierte 1497, das fünfte 1498. Vgl. Schück. Aldus Manutius S 23 – 27.

8 Die Ausgabe erschien 1513. Vgl. Schück S. 47.

9 Vgl. Br. 378 S. 38 Anm. 7.

10 Nach Geiger (J. Reuchlin S. 337) fand diese Zusammenkunft im April 1514 statt.

11 1503 herausgegeben. Vgl. Schück S. 38. Die Editio princeps erschien 1496 in Florenz.

12 Vgl. Hutteni op. suppl. II. ed. Böcking. S. 333—335 und Mitteilungen der niederrheinischen Reformationsgeschichte. Veröffentlicht von Pastor C. Krafft. Bonn. 1869 in der Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins Bd. VI S. 224—228 u. 315—329.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/176

Suidas[1] aureos quinque postulat. Francfordie non minus, videor tamen mihi posse aliquid subtrahere. Hunc librum utilissimum quare non emis? Tunica oppignoranda fuit. Mitte tantundem auri vel dimidium. Comparabo tibi non pluris quam Francfordia vendit impetrata dilatione pro reliquo dimidio. Habeo Herbipoli, qui[2] emptionem meam diligenter tractant. Fatiam autem debitum nomine meo, non tuo. Ex Grecis nihil secum advexit Georgius[3] ad nostras nondinas, domi tamen habet, quoscunque auctores tibi nuper in quodam indice notavi.

Ioannes Herbipolita[4] rediit ab[a] Ubiis comitatus insigni pompa Baldistarum[5] et Bartholistarum, nam Musas dedignatur. Hunc ante dies X Moguntiam pretergredientem Erasmus Roterodamus[6], quem fortuna tum advexit, alloquutus est et ex Moller fecit Milium[7] signavitque in pugillari inter suos, quamvis ille nomen non admittit. Contempnit scilicet iurista[b] magnificus[c] non minus quam Herebordus tuus. Scribit mihi mira de eius humanitate et eloquentia extemporali. Multos de Erasmo predicantes audivi, hesitant in interpretando mores illius civiles, humanitatem, affabilitatem, comitatem et facundiam Nestoream. Reuchlinus et Buschius obmutuerunt illo loquente anno precedente Moguntie[d] teste Hutheno[8] meo. Nescio, quo pergit[e]; quero ab Herbipolita, forte confert se ad principem[f] Karolum Burgondionem[g].

Vulde. Raptissime III Eidus Iunii.

Vale et cogita aliquando[h] de rebus meis[9]. Mutuavi nuper Benedicto[10] tuo coronam Gallicam non comode valenti permutare, ut in-

[a] *Cod. hat vor* ab *noch* ex, *das aber durch einen Strich getilgt wurde.* [b] *B* ingesta. [c] *So ergänzt aus* magnific. *des Cod.*, *B* magnifice. [d] *B* Maguntiae. [e] *B* pergat. [f] *So liest auch B das handschriftliche* p. [g] *B* Burgundionem [h] *B* aliquid.

---

1 1514 erschienen. Vgl. Schück S. 50.

2 Die Gebrüder Fuchs.

3 Die Persönlichkeit ist mir nicht bekannt.

4 Ioannes Moller de Herbipoli, wie ihn die Erfurter Studentematrikel nennt, wurde Mich. 1502 immatrikuliert und erhielt 1505 den Grad eines Bacularius, 1508 den eines Magisters. Er lebte später in Nürnberg und wurde daselbst mit Hessus befreundet. Briefe desselben an ihn finden sich im Libellus alter epistolarum E. Hessi et aliorum.

5 Anhänger der Rechtsglossatoren Baldus und Bartholus, d. h. Juristen vom alten Schlage.

6 Er war auf der Reise von Basel nach England begriffen. Vgl. D. Fr. Strauss. U. v. Hutten S. 82.

7 Dieser Name ist ihm dennoch in Zukunft geblieben.

8 Der also bei jener Zusammenkunft gegenwärtig war.

9 An sein Fortkommen von Fulda.

10 Vgl. Br. 10 S. 14 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/177

quit[a], aureum unum, quamvis non erat spes solvendi. Mala bestia! nescio scilicet[b], quid sucurrit[c] ex verbis Rhanę[d].

Crotus.

Handschriftl. Cod. chartaceus Gothanus A. 379 (*76 Blätter in fol. Eine höchst wertvolle Sammlung Originalbriefe von Humanisten und Reformatoren*) fol. 47. Gedr. in U. Hutteni opera. Edidit. E. Böcking. Vol. III. p. 543 — 544.

[a] *B* in argento. [b] *B* si. [c] *B* sciverit. [d] *B* Thomae.

---

508. Eine Urkunde Mutians. Gotha 1515. Juni 13.

Mut. tritt sein Erfurter Haus ab.

Ratihabitio consensionis approbatore notario et teste manu mea scribentis.

Cum egregius vir et celeberrimus doctor dominus Simon Vuolscus[1] prętato dignitatis gradu venerandus Erfuordię collegii sui vicarios in ęde Mariana ob litem[2], quam mihi intenderant, errare dispiceret motus ęquitatis reverentia et simul, ne vicissim lis liti et contumelia redderetur contumelię, diduxit ac rescidit iniuriam et fori blateramina et velut pacificator ita transegit, ut in usu et habitacione Northusensis[3] quidam succederet, domini vero domus vicarii desinerent esse molesti, sed fratri deinceps Ioanni Muth[4] olim in aula Moguntina vita functo piorum requiem inter sacra precarentur. Hanc ego compositionem amicę ac sincerę voluntatis perfectam habeo et ratam munitamque esse volo exhibitione chirographi, ut contra si quis compugnatione[a] sentiat, nihil sentiat.

Datum Gothę Eidibus Iunii MDXV.

Mutianus legum pontificalium doctor.

Ego Henricus Rhanis[5], presbiter notarius[6], assensum et ratificationem prestabilis viri domini Chonradi Mutiani doctoris in domum beate tranquillitatis vocatus, cum adessem in circulo testium, audivi rogatusque, ut signarem, signavi hac manu Adamo Publio et Vulcano Druso, clericis domesticis, et ceteris astantibus.

Actum anno, die, loco supra scriptis.

Handschriftl. F fol. 307 v — 308 ohne Nummer zwischen 483 u. 485.

[a] *F* compungnatione.

---

[1] Vgl. Br. 65 S. 88 Anm. 1.
[2] Vgl. Br. 505 S. 166 — 167.
[3] Vgl. Br. 505 S. 167 Anm. 6.
[4] Vgl. Br. 3 S. 6 Anm. 1.
[5] Vgl. Br. 234 S. 313 Anm. 7.
[6] Mutians Bitte ist demnach von Abt Hartmann erhört worden. Vgl. Br. 475 S. 134.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/178

509. M. an Urban. (Gotha 1515. Einige Zeit nach dem 13. Juni.)

Fogel, welcher Mutians Pächter und mittelbar diesen schädigt, soll bei nächster Gelegenheit vom Signifer dafür zur Verantwortung gezogen und Nepotian die Sache vor Gericht führen. Voltzke scheine die ihm übergebene Urkunde zu unterdrücken.

Henrico Urban Mutianus Rufus.

S. De quibus Hessiacus procurator[1] meus scribit, Fogel[3] et Stoltzing[2], an albe sint an atre volucres nescio, alienum tamen visum iri non debet, si tueri meos conabor. Vocatus est Fogel in ius edicto Signiferi[3], quod notarius curie signavit. Si advolaverit, arripiat eum Nepotianus[4] et postulet iniuriarum, quod scilicet vicinum suum, meum villicum oneret et partem ville trahat in sua septa ausu temerario sicque rem meam reddat deteriorem. Ita primo statim congressu, si modo venerit, quod equidem non credo, lis tota disturbabitur. Pauper enim paganus non potest impendium litis persolvere. Mitterem formulam Nepotiano, qua se datum esse procuratorem doceat, nisi notarius (qui scribat anno, mense, die rel. in presentia mei notarii et testium infrascriptorum fecit, constituit, creavit, ordinavit rel. et istiusmodi nugas male digestas) desideraretur hic a nobis. Enimvero cum alia via nominandi procuratoris pateat, miror maxime adeo bardos esse iurisperitos, ut nemo sit hodie, qui tritam orbitam deserat. Ego preter alias duas hasce novi: alteram, si scriberem universis salutem, alteram si iudici tantum additis solennibus articulis de satisdatione hypothecaria deque cautione usitata cum noto aliquo sigillo sive senatus sive collegii sacerdotalis. Sed per Deum immortalem, ridentur eruditi ab illiteratis causidicis. Quid Vulsco venit in mentem, ut supprimat consensionem[5] a me scriptam? Si sannas metuit vicariorum, fero non egre, sin autem contemnit, quod est elegans et iuri consentaneum, etsi rarum, profecto leviter, tamen succenseo. Proinde complectantur barbasculi, que sunt scabra, monstrosa, prorsus inculta. Malui, ut scis, Publium[6], ut profiteretur, legare quam notariorum ineptias imitari. Sed nunc mitigati quiescunt vicarii crediturі Vulsco, sed domo carituri, quoad novus habitator spiraverit. Vale.

Handschriftl. F 503 fol. 319r—319v.

---

1 Vgl. Br. 270 S. 356.
2 Beide unbekannt.
3 Johann Sömmerings.
4 Urbans Neffe. Vgl. Br. 506 S. 169 Anm. 1.
5 Vgl. die vorhergehende Nummer.
6 Seinen Famulus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/179

510. M. an Urban. (Gotha) 1515. Juni 24.

Mut. bespricht den Verkauf seines Weinbergs, die Beschaffung des Hochzeitsgeschenkes für den Freund, die für Nepotian notwendige Reise nach Rom und die ihm sehr schmerzliche Entscheidung seines Hausprozesses. Hessus scheine mit Glück zu lehren, hoffentlich meide er die Würfel.

Henrico Urbano, magistro bonarum artium, economo, viro prestanti, amico sincero.

S. Prudentissime pater. Rationem reddis, quamobrem vinetum[1] inemptum et patera infecta sit, satis, ut apparet, vero similem. Solitarii[2] XLV aureos dabunt. Quando? Si iam crescentibus uvis, respuo, si post vindemiam, annuo. Spes ostenditur non dubia et tu administrator nostri peculii bonam laboris partem exhausisti. Quis igitur cedat tam parvo illectus precio? Non te, queso, retardet uxor adventicia. Non uxori, sed marito donabitur[3]. Si me amas, perfice, voto ut fruamur. Bonum nomen Mutianus sese et sua tibi obligat soluturus fidem, si ligaveris legaverisque celatum calicem, uti promittis. Nepotianum[3] magis compositum lingua et moribus, quam ante[a] fuit, omnino Romam mittas, ut capita scelerum et multa ad vitam commode agendam ducencia videat. Tempus autumnale[5] iter cursoribus Romipetis aperit. Tunc felix exeat. Interim sepius me visitet, ut admoneatur rerum sibi necessariarum.

Vuolscus illudit tibi et mihi et clam studet[6] Tito Mario. Itaque legat, quid sentiam, alioqui nos stolidos esse crederet, ne dicam irrreligiosos et velut spretores testamenti[7]. Dedisset Maternus[8] vel Denstet[9] XX. Nunc iste Northusensis[10] carus Vuolsco vicariis dat et merito, Tito Mario dat et immerito, mihi nihil dat et turpiter. Sed urit me acrius violata fratris voluntas. Eam si boni amici curabunt, obliviscar totius damni.

Eobanus dicitur feliciter docere. Utinam relinqueret aleam[11]. Tu

[a] *Tz* antea.

---

1 Vgl. Br. 492 S. 152 Anm. 5.
2 Die Erfurter Karthäuser.
3 Das Hochzeitsgeschenk. Vgl. Br. 496 S. 157 Anm. 4.
4 Vgl. Br. 506 S. 169 Anm. 1.
5 Auch Petrejus hatte sich 1513 gegen Herbstanfang auf die Reise gemacht.
6 Vgl. Br. 506.
7 Vgl Br. 243 u. 244 S. 320 u. 321.
8 Vgl. Br. 8 S. 12 Anm. 3.
9 Der Name im damaligen Erfurt nicht selten. Ueber zwei Brüder Wolfgang und Georg vgl. Krause. E. Hessus I. 246.
10 Vgl. Br. 505 S. 167 Anm. 6.
11 Vgl. Br. 493 S. 115.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/180

literas mitte et calicem ostende. Cetera sororis filius Nepotianus. Bene vale.

Ad solsticium MDXV.

Handschriftl. F 486 fol. 309 r — 309 v. Gedr. b. Tz. S. 216 *von* Nepotianum magis *bis* sibi necessariarum.

---

511. M. an Urban. (Gotha) 1515. Juni 26.

Mut. berichtet, wie Petrejus des erhofften Kanonikats verlustig gegangen und wie für denselben auch in Rom die Sache schlecht stehe. Er rät von neuem, den Nepotian nach Rom zu senden und bittet, den lässigen Goldschmied anzutreiben. Auch will er wissen, was Magister Kune und Herebord von der Marthen treiben.

Spectato viro Henrico Urbano, magistro liberalium disciplinarum, amico suavissimo.

S. Casperius Ambrecht[1], procurator cuiusdam Nicolai Krauwel[2] transtulit canonicatum, quem Petreius[3] noster impetrasse dicebatur, in Thomam Lodovigk[4], pastorem pecoris Mollislebini[5]. Is hodie possessionem agnovit. Itaque suam sibi negligentiam doctor Henricus[6] imputet a me sepius admonitus, ne in fratris negotio dormitaret. Lotius[7] et Morus[8] favebant istis nebulonibus clam scilicet nostris invidentes Audierant enim et fama fuit Petreium obtinuisse. Fortasse penitebit eos huius vafricie, modo sibi non desit amicus in curia Romana. Quanquam Nithardus[9] Buri[10] suo maxime studet procul dubio alienus a nobis et Lotianis addictus, quod indies magis et magis experior, primum quia consilii illius fuit permutare canonicatum et intrusum, ut vocant, obiicere Petreio, deinde quod tantum a te accepit, quantum pro

---

1 Casperus (nicht Jasperus, wie nach Weissenborn. Acten der Univ. Erf. I. S. 425 der Name lautet) Armbrecht, wurde Ostern 1489 immatrikuliert und wandte sich nach Erlangung der artistischen Grade dem Rechtsstudium zu. 1501 zahlte er, nach Ausweis des Liber rationum, (fol. 95 v) die Kosten für die Lizenziatur. Wie das Registrum subsidii anno 1506 impositi meldet, war er Inhaber der „Vicaria sanctorum trium regum," an der Marienkirche der „Vicaria SS. Iohannis Ewangeliste et Mathei" an der Matthäuskirche und der „Vicaria S. Mathie in Hospitali novo."

2 Diese Persönlichkeit (Br. 529 lautet der Name Grawel) ist mir unbekannt.

3 Vgl. Br. 482 S. 142.

4 Er wird als Thomas Ludovici noch in einer Urkunde vom Jahre 1523 erwähnt. Vgl. Möller. Klöster in Gotha. Zeitschrift des Vereins für thür. Gesch. u. Alterthumskunde. Bd. 5 S. 63.

5 Das heutige Molschleben an der Nesse.

6 Heinrich Eberbach.

7 Köteling. Vgl. Br. 50 S. 64 Anm. 4.

8 Morch. Vgl. Br. 11 S. 16 Anm. 5.

9 Erfurter Präpositus. Vgl. Br. 234 S. 313 Anm. 2.

10 Vgl. Br. 441 S. 99 Anm. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/181

mille negotiis Mattheo[1] dedit viatici titulo. Non enim diploma solum venit, sed cum eo multa alia coniuncta. Sed id ego non curo. Magis timeo, ne Rome Buris, ille magnus rabula, impediat amicum nostrum hortatu Nithardi. Nuper coram dixi mittendum esse Romam Nepotianum[2]. Ita sentio, ita consulo et admoneo. Nam ista ingenia bene sunt Rome, sive mulotriba fuerit sive copista[a] sive aliud animal ex more Romanensium. Post Iulium mensem observandi sunt ituri Romam vel pedites vel equites, quibus se adiungat Nepotianus. Interea vero sepius huc currat auditurus non inutiles persuasiunculas, per quas valetudinem retentabit et tute ambulabit et utiliter aget et secure proficiet favente Deo. Tu una cum Engelmanno extimulabis cessatorem aurarium[3]. Ego certo scio vestrum, imo nostrum esse Engelmannum. Quid agit magister, ipsius affinis[4]? Quid Herebordus? Tacet, silet, totus est mutus, me tamen urit amor[5]. Ea sum stabilitate. Vale, carissime Urbane.

VI Calendas Iulias MDXV.

Handschriftl. F 489 fol. 311v—312r. Gedr. b. Tz S. 219 *von* Nuper coram *bis* favente Deo.

[a] *F* copiista.

---

512. M. an Urban. (Gotha 1515. Nach 26. Juni.)

Mut. rät wiederholt, den Nepotian, welchem der Breslauer Aufenthalt sehr dienlich gewesen ist, nach Rom zu senden. Agricolas Stolz und Hochmut sei der Grund, weshalb er selber damals so lakonisch geschrieben.

S. Diu deliberas, an Romam mittendus sit Nepotianus[6]. Habes ęstimationem meam, tuum iudicium impedio. Rome tales pueri fiunt lixe, lenones, asinarii, interdum atrienses et coci. Multi pessum eunt, multi tamen, ne mentiar, ad divitias promoventur et veluti glande sues leti redeunt. Apud Agricolam[7] mirum in modum profecit, laboravit et didicit parere superiori. Si in delitiis fuisset, non talem haberes a pedibus. Ego novi fastum et arrogantiam Agricole. Ideo non potui, non debui pluribus verbis scribere. Scripsi tamen ut sapienter ita amicissime et sciebam mores Silesitarum, quos tu ignoraveras. Sed non te peniteat tuum nepotem modestiam et pacientiam didicisse. Mihi tui

---

[1] Der in Br. 506 S. 169 erwähnte Prokurator.
[2] Vgl. den vorigen Brief.
[3] Vgl. den vorigen Brief.
[4] Magister Kune. Vgl. Br. 434 S. 90 Anm. 10.
[5] Vgl. Vergil. Eklogen II. 68.
[6] Vgl. den vorigen Brief.
[7] Bei Gregor Agrikola in Breslau war Nepotian etwa 1 Jahr.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/182

cure sunt et erunt, dum vivam. Si sciens fallo, Iupiter mihi nunquam sit propitius.

Handschriftl. F 504 fol. 320r.

513. M. an Erzbischof Albrecht von Mainz. (Gotha 1515. Juni 30.)

Mut. bittet um die Aufhebung des Interdikts, mit welchem Gotha aus Anlass der Ermordung eines Geistlichen belegt worden war.

Ad ter maximum pontificem et inclytum principem Albertum Brandeburgium imperii Romani delectorem, Germanie primatem, ut ademptam Gothano choro musicam propitius restituere dignetur, Mutiani pia supplicacio[1].

Quale ministerium templis arcere prophanos
Sopitoque patres longum cessare boatu
Unius interitum propter pastoris acerbum!
Aspice, quam clausis obmutuit ore sacellis
Sacrificus raucusque chorus pia murmura pressim
Perlegat et mesto celebret libamina vultu.
Id tamen occurrit, pius ut precepta sequatur
Pontificis nostri[b], mandata silentia servat.
Si iubet, ut superos placemus carmine, presul
Maximus Albertus, cantus resonabit in auras.
Si cantare vetat, tenuis velut umbra silemus
Errantes taciti circum penetralia divum.
Sed tacuisse sat est gemitusque dedisse per aras
Musica sacrorum socii modulamina poscunt.
Ere ciere sacros populumque in templa vocare
Et solito sermone preces hymnosque sonoros
Dicere vel magno magnum clamore tonantem
Fac liceat. Si qua est pietas, permitte canamus,
Sancte pater, rata vota, precor, doctissimus heros
Eitalavolph[c 2] faciat, quo non tibi charior alter
Tanta viri virtus rebus spectata gerendis.

Addo elegiam, quę predicta communire potest:

[a] *Tz* ademtam. [b] *Tz* nostro. [c] *Tz* Eitalovvolf.

[1] Die beiden Gedichte wurden von Mutian seinem Freunde Valentin Suntthausen übermittelt, der sie durch Eitelwolf vom Stein dem Erzbischofe überreichen lassen sollte.

[2] Vgl. Br. 381 S. 41 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/183

Ede sacra mussat timidus cantare sacerdos,
Mirantur tacitum numina sancta chorum.
Magne pater, genus egregium, Germanice primas,
Solve, precor, voci vincula nexa pię.
Corpus humo tegitur cęsi pastoris inique,
Sacrilegi patrias deseruere domos.
Manibus exequias tumulo recitamus honores.
Lanigeri dammum dux gregis ipse luat.
Dic pater: „Ite alacres, pax vobis, ite[a] sacrati
Altisonos reparent iubila vestra tonos.“
Hoc satis est, Alberte, tuis, mitissime pręsul,
Harpocratesque tibi det, Galilęe, locum.

Reverendissime pater et illustrissime[b] princeps, Mutianus sese tue dignationi commendat.

Handschriftl. F 488 fol. 310v – 311r. Gedr. b. Tz S. 217—219. *Vollständig.*

[a] *Tz* ita. [b] *Tz* illustris.

514. M. an Valentin Sunthausen. Gotha 1515. Juni 30.

Mut. bittet den Sunthausen, für die Aufhebung des Interdiktes sorgen und die darauf bezüglichen Verse dem Erzbischofe durch Eitelwolf vom Stein übermitteln lassen zu wollen.

Generoso et celebri iureconsulto Valentino Sunthusenio[1], amico colendo, Mutianus Rufus.

S. Imperata clero silentia fideliter observamus. Iustum est enim, ut pontificis nostri voluntas pro lege habeatur. Sed importuni laici moleste ferunt: „Pappi,“ aiunt, „celum suo nutu claudunt. Quid ad-nos, si capellarum pastor[a] aliquis trucidatur? An nos ideo velut parricide damnamur, cum simus innoxii?“ Hac et simili cavillacione clerum vellicant. Laboramus igitur[b] apud prophanos odio neutiquam obscuro propter silentium. Timeo periculum, ne videlicet simultas hec ad peiora deserpat. Dabis operam, Valentine doctor, ut tollatur interdictum, fas sit sacra de more agitare, peanas ex ritu canere. Persuadeas edictorum pontificalium executoribus, ut gratiam preferant severitati. Ego canorum carmen[2] feci instar supplicacionis, quod tu suavissimo nostro Eitalavolpho[c][3] tuis literis inclusum exhibeas velim. Favebit is, scio, cause nostre. Doctos amat, pios tuetur homo prime

[a] *Tz* aliquis pastor. [b] *Tz* ergo. [c] *Tz* Eitalovvolpho.

1 Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 8.
2 Vgl. die vorige Nummer.
3 Vgl. Br. 381 S. 41 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/184

nobilitatis et tante authoritatis[a] in aula, ut summa ad eum negocia referantur. Etiamsi relaxabitur censure rigor, tamen mitte, ut videat me esse Christiane pietatis studiosum. Olim aries expiabat culpam capitalem, quod indicat versiculus[1] ille: „Lanigeri damnum dux gregis ipse luat.“ Cedat silentii deus Harpocrates. Age iam, si vacat, musicemur:

Quid pateras libare iuvat veniamque precari,
Rustica pastorem si necat ense cohors?
Parcere non potuit demens discordia patri
Nec timuit Stygios ebria turba lacus.
Credo, scelus lustrant precepta silentia clero,
Contra, sed taceo, plebs male sana fremit.
Nam tacuisse chorum culpas terrore piabat
Auctor enim quondam pena timoris erat.
Nunc minus est tutum canones retinere severos,
Tempora cum poscant iura benigna sequi.

Vale et me ama.

Gothe. Pridie Calendas Quintiles anno[b] MDXV.

Handschriftl. F 487 fol. 309 v — 310 r. Gedr. b. Tz S. 216 — 217 *vollständig.*

[a] *Tz* autoritatis. [b] *Fehlt bei Tz.*

---

515. M. an Urban. (Gotha 1515. Vor Juli.)

Mut. bittet, seinen Winzer abzufertigen oder ihn nach Gotha zu beordern.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Insperato supervenit vinitor[2] mercedem efflagitans, et quia non putaram affuturum, satis non potui facere tam repente. Equum et iustum est, ut operarius expediatur. Itaque tua, rogo, paternitas vel remittat eundem, si non habeas, vel quietum faciat habitura me debitorem et fidele nomen.

Handschriftl. F 475 fol. 300 v.

---

516. M. an Reuchlin. (Gotha 1515. Juni oder Anfang Juli[3].)

Mut. bedauert, dass Reuchlin durch den Tod des Eitelwolf vom Stein einen grossen Verteidiger und Fürsprecher am Mainzer Hofe verloren habe. Allerdings lebe daselbst noch Sunthausen, der ebenfalls mutig gegen die Reuchlinfeinde auftrete.

Magnifico et eloquentissimo iurisperitorum Ioanni Reuchlin, preceptori et patrono reverendo.

---

[1] Vers 8 der Elegie auf der vorigen Seite.
[2] Von dem Weinberge nahe bei Erfurt, den er verkaufen wollte. Vgl. Br. 510.
[3] Geiger setzt den Brief in den Juni.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/185

S. Doctissime virorum, salvus sis. Quid habeo preter nudas literas, quod honoris gratia tibi tradam? Officium[1] enim meum et fidam benevolentiam olim in diarium tuum recepisti. Amisimus conterraneum tuum Eitalvolphum[a 2], virum clarissimum, cui tantum authoritatis erat in aula pontificis Alberti, ut primus esset et haberetur, sive belli sive pacis ocia tractarentur. Vir ille doctorum amantissimus ornasset tuam dignitatem et ab omni iniuria predicatorie[3] familie defendisset in tribus magnis parochiis Moguntina, Halberstatina et Magdeburgia. Parochiis dixi: ita lectum est in Decretis pontificalibus[b], ubi diecesis appellatur parochia, id quod tibi, quem nihil nescire sciunt omnes, notissimum est. Iecit fundamenta favoris Mutianus. Sed heu irritos labores! Testis superest Sunthusenius[4], qui et ipse te amat et colit. His auribus audivi, mi reverende pater, audivi, inquam, quid responderit cuidam male loquenti. Te bonum et doctum virum esse predicavit, eciamsi adversarii rumperentur invidia. Aderat tum quidam gregarius[5] pene, proprium nomen excidit mihi. Tu intelligis, quis sit ille, quem latenter taxas in apologia. Male valeat arrogantissimus scriba. Tu bene valeas.

Handschriftl. F 494 fol. 313v—314r. Gedr. b. Geiger. Johann Reuchlins Briefwechsel S. 242—243.

[a] *Geig.* Eitelvolphum. [b] *Geig.* pontificialibus.

---

517. M. an Urban. (Gotha) 1515. Juli 3.

Mut. trauert über den Tod Eitelwolfs vom Stein, gratuliert dem Herebord von der Marthen zu seinen Erfolgen auf der Gesandtschaft an den Erzbischof von Mainz und meldet den nahe bevorstehenden erzbischöflichen Einzug in Erfurt.

Praestanti[a] viro magistro Henrico Urbano oeconomo, amico suavissimo.

S. P. D. Quantum vulnus acceperit[b] Moguntina ditio ex acerbo interitu[6] Eitalavolphi[c 7], testatissimum est, Urbane. Sentiunt precipue damnum bone litere, quarum ille custos erat et unicus assertor. Ita-

[a] *So nach Camerarius; nach F* Henrico Urbano Mutianus Rufus. [b] *Tz* accepit [c] *Cam.* Eytelovolphi, *Tz* Eitalavvolfi.

---

1 Vgl. Br. 2.
2 Vgl. Br. 517 u. 518.
3 Der Dominikaner.
4 Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 8.
5 Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 9.
6 Der Tod erfolgte kurze Zeit vor dem 7. Mai. Diese Zeitbestimmung ergiebt sich aus 2 Briefen Ulrichs von Hutten (No. XXV u. XXVI in Hutt. op. ed. Böcking I S. 39—45.)
7 Vgl. Br. 381 S. 41 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/186

que sero factus certior de morte hominis video me frustra supplicasse[1] presuli, ut interdictum tollatur[a]. Nam quia Sunthusenius[2] abiit et communis patronus vita functus est, perdidi totum officium et[b] cogor diutius pythagorissare.

Improvisa animum Lachesis caligine turbat,
Destituit, vexat, precipitat, crutiat.
Ecce ruit, qui fixus erat lapis, irrita vota
Sunt mea. Sic versant invida fata[c] rotam.
Sed tamen ut celebrent venturi nomen humati,
Hos memores versus sarcophago dabimus.
Ah dolor! expositos doctis invidit honores
Fors mala, cum rapuit, Eitalovolphe[d], tuos.

Sed hec Epicurus deridet. Vos autem Stoici admittitis in templa et pietatis ergo legitis[e] requiem eternam. Vixit ille. Tu literas meas combure vel trade Nepotiano, ut carmen ediscat; non eget lucis, neque enim Sybylle[f] folium est. Gratulor Herebordo[3] nostro reduci. Magnanimus invenis bene, ut fama est, administravit legacionis munus. Invenit propitium antistitem, qui, ut audio, festivum triumphum preparat, ut cives vestri agnoscant suum principem. De tempore introitus fac me, queso, certiorem. Vale.

V Nonas Iulias MDXV[g]. Mutianus[h].

Handschriftl. F 490 fol. 312r—314v. Godr. 1) bei Camerarius. Libellus alter complectens Eobani . . . . fol. J4v—J5r. — 2) b. Tz. S. 219—220 vollständig, doch ohne Adresse.

[a] *Dieser ganze Finalsatz fehlt bei Cam.* [b] et cogor . . . pythagorissare *fehlt bei Cam.* [c] *Tz* facta. [d] *Cam.* Eytelovolphe. [e] *Cam.* requiem aeternam precamini. [f] *Tz* Sibillae. [g] *Tz* MDXIV. [h] *Fehlt in F und bei Tz.*

518. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515. Anfang Juli.)

Mut. erzählt, wie er im Kreise von vier Jüngern plötzlich die Nachricht über den Tod Eitelwolfs vom Stein erhielt und dadurch in grosse Trauer versetzt wurde.

Excellentissimo poete Eobano Hesso, amico certo, Mutianus Rufus.

S. Prandebant mecum, Eobane Cigne[4], id est, summe poetarum[5], Nepotianus[6], dulcis ante omnia nepos Urbani, ad quem vero dixeris: „Insere[7], Daphni, pyros, carpent tua poma nepotes“ vel illud ex augustiore carmine[8]: „Venturos tollemus in astra nepotes.“ Favet is

[1] Vgl. Br. 513. [2] Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 8.
[3] Er hatte in seiner Eigenschaft als Syndikus von Erfurt mit dem Erzbischofe über die Modalitäten seines Einzuges in Erfurt unterhandelt.
[4] Vgl. die Adresse zu Br. 452 S. 109.
[5] Aehnliche Wendung Br. 495 S. 156. [6] Vgl. Br. 193 S. 268 Anm. 2.
[7] Vergil. Eklogen IX. 50. [8] Vergil. Aeneis III. 158.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/187

nepoti ut cui magnopere. Prandebant, inquam, Nepotianus, Drusus[1], Publius[2] et Paulus[3], vernaculus sacerdos, qui commodum ex Hombergo huc venerat et ridentibus nobis artes cuiusdam circulatoris, qui in his nundinis stilo brachium perforat conversis in se spectantium oculis, supervenit quidam cursor Hutteni[4] literas perferens, poete, ut nosti, non ignobilis. Erant cum nostris binę tuę. Lego meas. Ecce statim risus in męrorem vertitur et cicatricem acerba fati memoria refricuit. Sciebam, quanta nostri ordinis iactura[5] decesserat Eitalovolphus, sentiebam nutare tranquillitatem ventorum tempestate agitatam. Sed sustinebam recens hoc malum forti animo, ut humana fere soleo, que assidue fluctuant. Sumus enim spoliati commodulo et fortunulis[a] nonnullis morte tutelaris domini. Verum doloris me admonuit Ulricus. Statim surrexi et recepi me in librariam[6], unicum vitę levamen. Dixi ad limen: „Vive velut rapto fugitivaque gaudia carpe[7].“ Quis non boni consulat sortem utranque? Nam velis nolis, non aliter vivitur. Ita medebar vulneri et dicto citius hec, que hic legis, exaravi. Tu pater, Musarum epithaphium para. Nuper ego sic post alia breviter:

Ah dolor! expositos multis invidit honores
Fors mala, cum rapuit, Eytalovolphe, tuos[8].

Ille obiit homo pręter natales et uxoris imagines bonis literis cultissimus in aula primę authoritatis fuit. Tantum tribuit politioribus, ut merito tragedias scribamus amisso presidio presentissimo. Improbę Parcę, si liceret, agerem vobiscum repetundarum. Valeas, Eobane, et dic salutem Euritio[9].

Handschriftl. F 495 fol. 314r—314v.

[a] *F* fortunis, *darüber* nulos, *wahrscheinlich verschrieben für* nulis.

---

1 Vulcanus, ein Famulus Mutians. Vgl. Br. 374 S. 33 Anm. 2.
2 Vgl. Br 350 S. 10 Anm. 1.
3 Vgl Br. 456 S. 114 Anm. 6.
4 Vgl. Br. 478 S. 138 Anm. 1.
5 Vgl. die beiden vorigen Briefe sowie den Brief Huttens an Jakob Fuchs (vom 13. Juni 1515) in Hutt. op. ed. Böcking I. S. 42—45.
6 Sie lag im obern Stockwerk des Hauses.
7 Martial. VII. 47. 11.
8 Aus dem vorangehenden Briefe entnommen. Daselbst steht doctis anstatt multis.
9 Dem Euritius Cordus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/188

519. M. an Urban. (Gotha 1515. Anfang Juli.)

Mut. bedauert, dass Petrejus in Rom nicht die nötigen Mittel in der Hand habe und beabsichtigt daher für ihn bei Johann Sömmering eine Summe zu borgen; auch ist er darüber ungehalten, dass der Georgenthaler Abt sich von neuem mit einem Wahrsager eingelassen und Musardus davon nichts gemeldet hat.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Miscentur leta tristibus. Ita res humane sunt lubrice, ut nunquam diu faciem unam pre se ferant. Obiit Eytelvolph[1]. Dolui. Decessit Dudo[2]. Sensi bonis literis letandum. Esse tamen egre ferendum censeo, quod Petreius[3] suorum fraude male habeat. Oro te, mi Urbane, quid est, quod frater iactarit hoc et hoc obtinuisse fratrem, item tot et tot aureos missos Romam, si totum id vanum est. Mentiri quid attinet? Amarum est verbum Matthei[4] in eundem. Tu procurabis pecuniam apud Cotionem[5], virum pecuniosum et amicum, hac lege: Dicat Hallensis[6] noster: „Domine, habe tibi hanc syngrapham et mutuum da Petreio egenti.“ Scio, expediet. Nam Cotio contentus erit tabulis obsignatis et annua sibi colliget loco usure et amico gratificabitur, presertim Osimundo interpellante, viro gratissimo et intimo familiari. Quod autem Thome[7] narrasti negotium, minus (pace tua dictum sit) sapienter fecisti. Nugatori linguacissimo non erat credendum. Absit, ut Moro[8] vel Russo[9] feneratoribus supplicem. Non dant mutuum nisi rusticis et Duroniis, id est, simplicissimis, quibus facile est imponere. Preter hec omnia, mi Urbane, scriberem ad te alia non iniucunda, scriberem ad Eobanum et Euritium, nisi festinaret[10] Nepotianus[10]. Miror, quid hominis sit Musardus[11]; novit damnatum magum[12] supervenisse et tacet. Quid prodest sanctimonia, si talia pati potest. Ridiculum est imo miserandum adeo turpiter decipi plurimos. Tantum valet mendacium perditissimi nebulonis, vilissimi eruscatoris, prestigiatoris, circulatoris, sortilegi Tota hec regio 4 habet

---

1 Vgl. die Briefe 517 u. 518.

2 Vgl. Br. 174 S. 247 Anm. 3. Mut. hatte bei dem Empfange der Todesnachricht wahrscheinlich fest daran geglaubt, dass Pyrrhus, ein Anhänger der neuen Wissenschaften, die erledigte Stelle bekommen werde.

3 Vgl. Br. 511.

4 Wahrscheinlich der in Br. 506 genannte Prokurator.

5 Sigillifer Johann Sömmering.

6 Georg Osmunde von Halle. Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.

7 Vgl. Br. 364 S. 22 Anm. 10.

8 Kanonikus Morch in Gotha. Vgl. Br. 11 S. 16 Anm. 5.

9 Georg Ruess. Vgl. Br. 144 S. 206 Anm. 1.

10 Vgl. über dessen Anwesenheit in Gotha Br. 518.

11 Lehrer im Kloster Georgenthal. Vgl. Br, 184 S. 257 Anm. 1.

12 Vgl. die nächstfolgenden Briefe.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/189

tales et, quod indigne fero, tui patres duos[1] ex hoc numero, ὦ πομένα λαῶν Duronium! Nisi me fallat coniectura, monachus est novitius ille planus et male peribit. Vale.

Handschriftl. F 497 fol. 315v—316r.

520. M. an Urbau. (Gotha 1515. Vor 16. Juli).

Mut. singt ein Loblied auf Erasmus und hält die Schönauer für sehr töricht, weil sie dem neuen Propheten, der vom Georgenthaler Abte begünstigt werde, so blindlings vertrauen.

Henrico Urbano.

S. Legam libentissime, quod Nepotianus huc tulit. O pater! amo philosophos, amo poetas, amo iurisconsultos et theologos eloquentissimos, sed sic amo ut homines. Erasmus[2] surgit supra hominis vires, divinus est et venerandus religiose, pie tanquam numen. Desipiunt Schonates[3] tui. Novus propheta[4] venit illuc, undique fit concursus ad eum. Novit, ubi thesauri lateant et ipse nihil habet; nudus et ieiunus. Carcerarius fuit, pependit in quęstione Italica. Darvmb sein[a] im[b] die schenckel zerbrochen vnd die ougen[c] vmbkarth[d] rel.

Duronius dixit ad mensam te et me presentibus: „Ich wolle, das ich vor dem closter auch hette ein weisen man[5].“ Nunc habet. Habeat. Unum dolet, quod simplicissimi rustici puellam intactam vilissimo monstro dabunt uxorem. Veh, veh! Caput vestrum Duronius non cavet. Veniet, mihi crede, veniet principum[6] censura et indignacio gravissima. Vale.

Handschriftl. F 491 fol. 312v—313r. Gedr. b. Tz S. 220 *von* Erasmus surgit *bis* vmbkarth rel.

[a] *Tz* seynd. [b] *Tz* ihm. [c] *Tz* Augen. [d] *Tz* ümbkarth.

[1] Ausser dem hier Genannten noch „den wiesen man zcum Tambach.“ Vgl. Br. 411 S. 71; dazu Br. 103 S. 145.

[2] Um diese Zeit begann unter den jüngeren Erfurter Humanisten der überschwengliche Erasmuskultus. Wie Mutian über Erasmus als Gelehrten denkt, geht aus Br 331 S. 424 u. 425 hervor.

[3] Die Bewohner von Schönau vorm Walde. Vgl. über den Ort Br. 14 S. 21 Anm. 2.

[4] Vgl. den vorigen Brief.

[5] Die Worte finden sich in Br. 229 S. 308.

[6] Friedrichs des Weisen und Johanns von Sachsen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/190

521. M. an Urban. (Gotha 1515. Vor 16. Juli.)

Mut. hält den Polyeraticus für eine urteilslose Sammlung und sendet durch Nepotian Werke von Erasmus, Rudolf Agrikola und Pirckheimer zurück.

Henrico Urbano.

S. Cursim quasi per transennam vidi Policraticon[1], opus mea sentencia varium magis quam elegans, ut farrago sit et sine iudicio collecta silvula[a]. In ea lectione cum paulo diutius immorarer, non potui satis ocii scribendis ad te literis impendere. Dabis ergo veniam mihi, presertim properanti. A cena dixit Nepotianus[2], num perlegissem libellum constructionis[3], qui ascriberetur Erasmo. Inficiabar. Atqui cum illum intellexissem studiosum ésse illius, iterum ascendi in bibliothecam et non solum Erasmicum, sed et Phrysium[4] evolvi, quin etiam Plutarchum[5] Noricum, quos universos ad te remitto gratias ingentes agendo. Vale et salve.

Handschriftl. F 492 fol. 313r. Gedr. b. Tz S. 220 *von* Cursim quasi *bis* literis impendere.

[a] *Tz* sylvula.

---

522. M. an Urban. (Gotha 1515. Vor 16. Juli.)

Mut ist erstaunt, dass Herebord von der Marthen seine Nichte heiraten will und weiss nicht, was er von Voltzkes Handlungsweise denken soll. Er findet das Verhalten des Georgenthaler Abtes verwerflich, weil derselbe überall den Mutianteinden zugänglich sei und für sie sorge. Auch möchte er wissen, was für ein Mann der neue Mainzer Notar sei.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Mirabilia scribis de Herebordo. Cur spernit patrias heroinas? Quis de mea virgine[6] dixit. Nondum est nubilis, non est in mea manu, sed matris et vitrici. Iaceant hec et sint tacita. Egent

---

[1] Ioannis Sarisberiensis Policraticus de nugis curialium et vestigiis philosophorum continens libros VIII. Parisiis 1513. Nach Panzer. Ann. typ. VIII. 8. 660.

[2] Urbans Neffe.

[3] Erasmi absolutissimus de octo orationis partium constructione libellus. Argentor. 1515. Nach Panzer. Ann. typ. VI. 75. 409.

[4] Bis zu jenem Zeitpunkte waren von Rudolf Agricola nur zwei grössere Werke erschienen, nämlich: Rud. Agricolae Phrysii .... nonnulla opuscula: Axiochus Platonis de contemnenda morte. Epistola de congressu Imperatoris Friderici et Caroli Burgundionum ducis. Epitaphia cum nonnullis epigrammatis. Antwerpen 1511 und: Rod. Agricolae Phrisii Dialectica. Lovanii 1515. Vgl. Panzer. Ann. typ VI. 4. 11 u. VII. 360. 17.

[5] Entweder die zu Nürnberg 1513 und 1515 von Pirckheymer herausgegebene Schrift: „De vitanda usura." Vgl. Panzer. Ann. typ. VII. 454 u. 456 oder die ebendaselbst 1513 von ebendemselben edierte Plutarch'sche Abhandlung: De his, qui tarde a numine corripiuntur libellus. Vgl. Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung. Bd. III S. 49.

[6] Tochter des hessischen Kanzlers. Vgl. Br. 194 S. 269 Anm 6.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/191

enim longa et matura deliberatione. De Vuolsco quid dicam? Negligit[1] et connivet et ego susurros vicariorum metuo. Duronius pessime agit. Hem, Urbane, Musardus[2] Lotianus garrit in aurem patri. Non opus est, ut tu Cerberos[3] promoveas. Lotius utrumque fert in oculis, utrumque Musardus assidue attollit et facit cariorem apud Duronium. Audi rem gestam: Lotius effecit, ut Rospach[4] iste fatuus esset procurator una cum Armbrechto[5]. Ita copulantur pares cum paribus. Datum est munus Armbrechto, dabitur eciam Rosbaccho. Mihi negatum est. Oravi et postulavi. Nihil dedit. „Levius fit paciencia, quicquid corrigere est nefas[6].“ „Si non potest fieri, quod vis, id velis, quod possis,“ inquit Terentius[7]. Quo se vertit notarius[8] curie novellus? Cui secte heret? Explora, ne me circumveniant. Si dignus est nostra sedulitate, salutabitur, si aversus et infestus, alia opus erit via. Iam audivi malis artibus factum esse, ut idem tabellio Campegum[9] preveniret.

Hec concerpe raptim fusa magis quam scripta.

Handschriftl. F 493 fol. 313 r — 313 v.

---

523. M. an Urban. (Gotha) 1515. Juli 16.

Mut. teilt mit, dass der Schönauer Wahrsager endlich entlarvt sei und hinter Schloss und Riegel sitze. Er will während der nächsten Ferien von Geckus den Codex Iustiniani geliehen haben. Urban solle zur Frankfurter Messe gehen, Abt Hartmann werde hoffentlich dem Nepotian Anwartschaft auf eine Pfründe verleihen.

Spectato viro Henrico Urbano, philosopho insigni, amico sine exceptione semper colendo, Mutianus Rufus.

S. Etsi nil foret, Urbane carissime, quod necessario scriberem, (que enim nuper scribenda erant de Hessis[10] et domina Anna[11], nunc gratiam sui perdiderunt) oblato tamen Nepotiano[12] nolui mihi, id est, voluptati, siquidem literis sua constat voluptas, deesse. Accipies igitur, quod forsan ab aliis dici poterat: Iste thesaurarius[13] nebulo, qui

---

[1] Vgl. Br. 510.
[2] Vgl. Br. 464 S. 121 Anm. 6.
[3] Vgl Br. 444 S. 102 Anm. 5, auch Br. 449 S. 106.
[4] Vgl. Br. 244 S. 320 Anm. 4.
[5] Vgl. Br. 511 S. 175 Anm. 1.
[6] Horaz. Oden I. 24. 19—20.
[7] Andria II. 1. 5—6.
[8] Der Nachfolger des vor kurzem verstorbenen Dudo. Vgl. Br. 519.
[9] Pyrrhus, den Schützling Mutians. Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.
[10] In Hessen dauerten die öfters erwähnten Unruhen fort.
[11] Vgl. Br. 401 S. 60 Anm. 1.
[12] Urbans Neffe.
[13] Am Rande der Frankfurter Handschrift „ariolus“ als Glosse gesetzt. Vgl. über diesen Wahrsager Br. 519 u. 520.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/192

simplicitati tuorum rusticorum, imo Gothanis et infinitis hominibus fucum fecit et imprudenti credulitati illusit, tenetur in custodia cenobiali. Sunt qui dicant eum ipsum Norinbergi publice virgis cesum et cum ignominia fugatum exterminatumque fuisse. Alii referunt in civitate Mysna eadem pena castigatum post diuturni carceris et vinculorum macerationem. Nec desunt, qui vidisse dicant. Tale monstrum diis et hominibus infestum suas perditissimas imposturas attulit Schonatibus favente Duronio. Concionatores huius cleri grandia loquuntur in credulos et territant horrendis minis universos, qui παλαμναῖον istum consuluere. Et recte quidem. Nefas est enim adire planum maleficum, stultum credere, impium falso prophete dare pecuniam. Quid hoc commemores? Virginem collocare, ut suo genio abunde indulgeat. Acta sunt hec in maximo luxu et celebri applausu plurimorum. Sed videamus exitum. — Ego videre cupio codicem Iustiniani, quem Cecusius[1] commodabit. Eo carcere potest his rusticis messium feriis, quamquam cito remittam. Hic est ille Gekuß, magister et iuris studiosus tibi notus. Dicimus g pro ce et scribimus tamen c ut Cneus, Caius, Curculio, Cicero. Itaque Cecusium salutabis rogabisque, ut vel proprium vel alienum codicem in paucos mihi dies exhibeat. Autumno proximo, si quid in patria negotii expediturus es, ibis ad nundinas[2] cum mea pecunia. Non dubito, quin pater Hartmannus[3] te instante et me urgente primarias, quas vocant, Nepotiano nostro dederit. Vale.

XVII Calendas Sextiles MDXV.

Handschriftl. F 496 fol. 314v—315v.

---

524. M. an Urban. (Gotha) 1515. Juli 19.

Mut. will Urbans Verdienste damit belohnen, dass er beim Abte für ihn eintritt und erinnert den Freund an die Besorgung des schon lange bestellten Hochzeitsgeschenkes. Er bittet um Abrechnung und Beschaffung einiger Bücher auf der Frankfurter Messe.

Prestanti Urbano, docto philosopho, venerando presbytero, prudenti economo, fido amico.

S. Multi empturierunt. Prelati sunt universis Cartusini[4]. Quod factum tuum me assentiente ratum esto. Prestas egregiam voluntatem et fidem antiquam infinitis argumentis confirmas. Tantum igitur tibi debeo, quantum persolvere difficile est. Sed plane scio, qua in re tibi

---

[1] Vgl. Br. 211 S. 287 Anm. 4.
[2] Zur Frankfurter Messe. Vgl. Br. 525.
[3] Abt Hartmann von Fulda.
[4] Vgl. Br. 510.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/193

commodissime gratificer. Observabo Duronium[1] et testabor coram te mihi perinde carum esse, atque fuisti semper. Occurram malevolis et sinistris sermonibus, ne quis infestus demon te de tuo statu removeat. Quanquam grave sit Mutiano ibi loqui de suis, ubi Figulus[2] nebulo et Musardus[3] diverse secte et monstra quedam invisa subauscultant. Crede mihi, sepius inviserem patremfamilias, nisi pudor me non agrestis, sed bono et docto viro conveniens verecundia domi quasi sepeliret. Audebo tandem inter popinarios adulatores libere versari vel, si aditus turba combibonum stipatus non patebit philosopho, ministrabo tantum vini et cerevisie per alienam manum, ut Fauno Satyrisque venter et, que sub ventre sunt, tumeant. Reliquum est, Urbane, ut promissum absolvas. Non habuit argentum barbatus artifex. Scite dictum. Quid ita? Quia pecuniam non habuit Mutianus. Nunc habet. Habebit et ille propediem, ut spero, argentum. Fac igitur, ut voto fruamur et amicus pulcherrima patera[4] (magis enim operis authoritate quam materie pretio) gaudeat et potiatur. Debeo tibi ex superiori vindemia admonente Publio XXX Snebergenses[5]. Item pro nuperrimis voluminibus, quantum voles. Denique summam expensi facito et tuum de meo, arbitratu tuo, deducito. Quod supererit, custodi. Non egeo pecunia. Paulus[6] x aureos attulit. Transibis, ut opinor, ad Francofordiam[7]. Tum ego tua industria fretus Hieronymum[8] et alia literarie mercis diu appetita Deo volente obtinebo. Vale.

XIIII Calendas Augusti anno MDXV.

Handschriftl. F 502 fol. 318v—319r.

---

525. M. an Nepotian. (Gotha) 1515. Juli 19.

Mut. sendet dem Nepotian 8 Groschen, damit er sich ein anderes Exemplar der Catonischen Sentenzen kaufe. Falls kein solches mehr vorhanden, will er sein schon eingebundenes Exemplar leihen.

Nepotiano suo, non insulso neque infanti ephebo, Urbani sororis filio, Mutianus Rufus.

---

[1] Urban scheint fortwährend besorgt zu haben, von seinem Abte plötzlich aus der so angenehmen Stellung als Hofmeister entfernt zu werden.

[2] Vgl. Br. 292 S. 379 Anm. 2.

[3] Vgl. Br. 522.

[4] Vgl. Br. 496 S. 157 Anm. 5.

[5] Schneeberger Groschen.

[6] Vgl. Br. 518 S. 182 Anm. 3.

[7] Vgl. den vorigen Brief.

[8] Vielleicht meinte Mutian, Erasmus' Ausgabe des Hieronymus sei bereits erschienen. Dieselbe kam jedoch erst 1516—1518 auf den Büchermarkt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/194

S. Γνωμικὸν Catonis[9] carmen ab Erasmo emendatum nuper ad me misit pro ipsius erga me benevolentia singularique officio coniunctissimus homo Urbanus avunculus. Heri vero reposcebat his verbis. „Catonem cursim remitte, ut Nepotianus ediscat.“ Aliter ego facere constitui, etsi equum petit et omnia pro mutua nostra necessitudine impetrare debet. Nam et legi libenter Erasmi scholia et diligenter annotavi et, opus ne inconnexum dissiparetur, Catonianos quinque terniones cum Euritii[2] poematio quopiam copulavi. Quam ob rem dono tibi grossos octo, non ficulnos, sed principali moneta insignes, quibus istic germanum emas libellum. Quod si venalem nusquam inveneris, commodabo nostrum, ne videatur per me stetisse, quo minus proficias ediscendo. Bene vale.

Datum XIIII Kalendas Sextiles MDXV.

Handschriftl. F 505 fol. 320 r—320 v.

---

526. M. an Urban. (Gotha 1515. Nach dem 19. Juli.)

Mut. missbilligt das Verhalten der Georgenthaler in dem Kampfe gegen die Erfurter und sehnt den Frieden herbei. Er will die über alles Lob erhabenen Spruchregeln des Cato dem Nepotian nur leihweise überlassen haben.

Ornatissimo magistro Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Afferuntur ad me rumores[3] de rusticorum et patris vestri insolentia. Vellem non ita dominarentur, tanquam potestatem haberent insultantes transeuntibus per sylvam. Nudiustertius impressionem fecerunt in cohortem Erphurdiensium et interclusis itineribus ceperunt pedites aliquot, quos veluti captivos in vincula coniecerunt. Regia via patet omnibus, qui violentissimos hostes persequuntur. Non vestris, sed nocentibus ipsa cohors submittebatur. Vestri importuni percussores nimis diligentes adorti rem ancipitis consilii dispersos perturbant non sine strepitu et tumultu magna carbonariorum manu coacta. Equites uno interfecto duobus interceptis salutem in fuga ponebant, peditibus

---

[1] Disticha Moralia titulo Catonis cum scholiis auctis Erasmi Roterodami u. a London 1514. Nach Panzer. Ann. typ. VII. 241. 40.

[2] Des Euritius Cordus.

[3] Die in der Verbannung lebenden Patrizier und sonstigen Gläubiger der Stadt Erfurt suchten sich mehrfach, da ihre Forderungen doch nicht befriedigt wurden, durch Plünderung und Beraubung des Erfurter Land- und Stadtgebietes einigermassen schadlos zu halten, sodass damals fast fortwährend gekämpft wurde, indem die Erfurter ihren Feinden wacker entgegentraten. Vgl. Burkhardt. Das tolle Jahr zu Erfurt. S. 414—415. Einen dieser Kämpfe aus dem Sommer 1515 schildert Falckenstein. Historie von Erffurth. S 558—559 ausführlich. Das hier in diesem Briefe Erzählte scheint sich darauf zu beziehen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/195

fortune cedendum fuit, cum obsessis omnibus viis incursiones rustice multitudinis non poterant sustinere. Actum est. Vestros fiducia locorum confidentes facit, arboribus incisis facile est impedire quoslibet. Non sunt hec ocii fundamenta, sed atrocis belli cause. Oro Iovem Herceum, ut pace frui liceat. Catonis[1] Moralia Instituta cum nepote tuo communicamus hac lege, ut perlecta remittat. Quid hoc sibi velit, rogas? Cuius est libellus? Urbani, imo Mutiani, imo tuus et meus. Citius aurum relinquerem quam Catonem. Amor, quod vile est, carum reddit. Laurentius Vallensis autumat nihil elegantius mille ab hinc annis fuisse conditum. Ego quoque non solum verborum proprietatem et elegantiam spectandam arbitror, sed multo intentius eorum sententias. Tantum honestatis disticha continent, ut videantur Catone, id est, severissimo gravissimoque scriptore digna. Opus est non Censorii Catonis, non alterius, sed tantum tribuitur Catoni, non tertio, non quarto. Catoni, inquam, tribuitur, hoc est, incorruptissimo sanctissimoque morum magistro, tametsi grecus author Planudes[2] Maximus hunc scribat titulum: „Κάτωνος ῥωμαίου γνῶμαι παραινετικαί: Catonis Rhomani sentencie instructive sive doctrinales.“ Huius tam pusilli libelli precium inestimabile est, presertim cum undecunque doctissimus paraphrastes Erasmus lucem et limam apposuerit. Vale.

Handschriftl. F 507 fol. 321 r - 321 v.

---

527. M. an Urban. (Gotha 1515. Nach 19. Juli.)

Mut. lobt den tapferen Widerstand Urbans gegen seine Erfurter Belagerer, tadelt dagegen das Verhalten des Abtes, der gewiss vom Erzbischof dafür in Strafe genommen werden wird. Letzterer sei vom Papste zum Censor Georgenthals ernannt. Urban solle dem Osimundus bei der Uebergabe des Weinbergs behülflich sein.

Fortissimo imperatori Urbano.

S. Fortem te virum esse audio, nam obsessus[3] populari strepitu nullo timore perterritus tenes domum. Ita fac. Clientes tui pugnant in silva[a], tu in oppido sustines armatos. Utraque virtus clara habetur, sed tua sublimior. Illi recessum habent ad paganos, tu salutem ab

[a] *Tz* sylva.

---

[1] Vgl. den vorigen Brief.

[2] Das Werk des griechischen Mönches befindet sich in einer 1514 zu Florenz erschienenen Sammlung von Schriften hauptsächlich grammatischen Inhalts. Der Titel lautet: Catonis Romani sententiae instructivae distichis expressae, quos vertit ex latina lingua in graecum sermonem Maximus monachus Planudes. Vgl. Panzer. Ann typ. VII, 17, 72.

[3] Wahrscheinlich hatten die Erfurter zur Vergeltung der von den Georgenthalern gegen die Städter bewiesenen Feindschaft den Klosterhof in der Stadt bestürmt. Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/196

animo petis invicto. Legi miliciam esse vitam cleri. Et est Militamus. Episcopi sunt legati, cardinales duces, abbates centuriones, canonici decuriones, agrarii magi sunt manipulares, lixe, calones. Sta et serva signum. Coronaberis perpetua laurea Sed centuriones stulticia lapsi sunt. Cautior fuit comarchus Glichenus[1]. Noluit insultare stratiotis. At inepti centuriones, dum macherophoro[a 2] et fratri placere volunt, prelatum suum graviter offendunt. Huic dabunt penas, aurum grave. Neque iuvabit eos vel principum favor vel papalis exemptio[b]. Principes ridebunt audaciam. Albertus[3] ab Leone dabitur censor vestri cenobii. Ita enim Rome statutum est in concilio Laterano[4], ut monasteria renormentur severissime. Hec tu, vir fortis, non timebis. Rogavi Osimundum[5], ut traderet vinetum emptori[6] monaste meo nomine. Perfice rem. Dicit Henricum Aperbacchum LX aureos daturum. Sunt alii, qui plus polliceantur. Sed tua pactio sit stabilis eternum. Vale. Raptim.

Handschriftl. F 509 fol. 322v—323r. Gedr. b. Tz S. 220—221 *von* Fortem te *bis* non timebis.

[a] *Tz* machaeroforo. [b] *Tz* exemtio.

---

528. M. an Urban. (Gotha 1515. Nach 19. Juli.)

Mut. freut sich über das endlich abgewickelte Geschäft mit dem Goldschmiede, sieht ungern seinen Famulus bei der Uebertragung des Weinberges an die Karthäuser und malt sich aus, wie die Wahl des neuen Notars, der unbedingt gewonnen werden müsse, zu Stande gekommen sei.

Urbanissimo Hainreico Oerbano benevolo suo, doctrina precipuo, colendo tanquam patri.

S. Literas tuas quamquam breves admodum boni consulo. Iucundum et blandum erat videre datos aurifici[7] XII Rhenanos, duos Ungaros, unum Anglicum, preterea tuam et Engelmanni fidem et industriam. Quod scribis opus esse Adamo[8] velut procuratore, ut transferatur mancipium vineti[9] ad Cartusienses, comprobo tuum consilium. Sed peritiores amici melius id facerent. Bardus est Publius et hoc stolidior, quo altior. Qui sunt, obsecro, qui testimonio tuo claudicant?

---

1 Graf von Gleichen.
2 Friedrich dem Weisen.
3 Erzbischof Albrecht von Mainz.
4 Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 2.
5 Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.
6 Vgl. Br. 524.
7 Für das Hochzeitsgeschenk. Vgl. Br. 524.
8 Adamus Publius, Mutians Famulus.
9 Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/197

Denotas, opinor, notarium[1] de factione Pauliana. Vulgo dicitur esse literatulus, ambiciosulus, disertulus. Hoc mihi placet. Atqui habetur inimicus nostri ordinis corruptus a perditis sacerdotibus. Hoc mihi displicet. Subornandus erit et blande appellandus, ut nostris favere incipiat et nostris ad amicitiam eius receptus detur. Nisi me fallat opinio, tractabilis erit. Paulus Holtegellum[3], Holtegellus Crebennam creavit auxilio Cotionis[4]. Cotio invidebat Pyrrho[5]. Ob id pretulit Crebennam. Illud mirabile, cum Paulus et sui credantur esse religiosissimi et valde probi, cur bonas literas et nos ferant graviter. In summa, qui dixit barbarey[6], solertissimus est omnium, sed intus et in cute vulpecula et dolosum animal. Solus, ut ais, Engelmannus integer est amicus, hoc tamen non sufficit. Conciliandi sunt etiam tyranni. Si placet, occasione fandi oblata dicas notario: „Amice, nuper Mutianus tibi in literis ad me scriptis gratulabatur, quod tu talis (novit enim te bene) factus sis Dudonis[7] successor. Omnia bona de te scribit. Imo et eruditis clericis letandum esse censet, quod sub tuo hoc magistratu quietiores tutioresque erunt. Scribe, vir optime, et gratiam Mutiani instaura. Respondebit in omni genere officii, ut est optimarum artium studio et vite innocentia ac humanitate singulari preditus.“ His rebus constitutis, si ad me scripserit, capiam et tenebo totum. Vale.

Handschriftl. F 508 fol. 321 v—322 v.

---

529. M. an Heinrich Eberbach. (Gotha 1515. Juli 21.)

Mut. macht dem Freunde Vorwürfe, dass er durch seine Nachlässigkeit den Petrejus um das leicht zu erlangende Gothaer Kanonikat gebracht habe und ihn nicht gehörig mit Geld, das in Rom so nötig sei, unterstütze.

Doctori Henrico Aperbaccho, philosopho et medico prestantissimo, Mutianus Rufus.

S. Maxime tibi cure sit, ut esse debet, Petreius frater, cuius expectationi pro pietate tua si negligis satis facere, profecto vestram

---

[1] Nach einer Randglosse in dem Frankfurter Codex lautet sein Name Grefenaw. Indessen will es mir scheinen, als habe er Grieben gelautet, weil diesem Namen der weiter unten vorkommende Crebenna mehr entspricht und im Erfurter Liber rationum fol. 120 zum Sommer 1515 ein Notarius „Theodoricus Gribenn“ erwähnt wird. Dieser dürfte mit dem Mich. 1506 immatrikulierten „Theodericus Grieben de Soltweldia“ identisch sein.

[2] Des Paulus Huthener. Vgl. Br. 24 S. 33 Anm. 4.

[3] Vgl. Br. 249 S. 328 Anm. 1.

[4] Johann Sömmerings, des Sigillifers.

[5] Vgl. Br. 78 S. 117 Anm. 1.

[6] Hierzu ist am Rande der Frankfurter Handschrift bemerkt: Vulscum intelligit.

[7] Vgl. Br. 519.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/198

famam, existimationem salutemque communem offendis. Qui Rome degunt, quod tu[1] probe nosti, multis indigent tum opibus, cognatis, affinibus, amicis, tum etiam assiduitate procuratoris in patria. Nam nisi vigilet Argus aliquis, sublegunt rem et spem insidiatores. Moleste passus sum occupasse canonicatum, ad quem frater aspiraverat, Ludovicum Thomam[2], magistrum pecoris Mollislebei. Oro te, cur permiseras Gaspari Armbrecht[3] et Nicolao Grawel[4], ut Laurentii Campegii[5] diplomate fulti commutaverint spem falsam cum indubitata re. Nonne sanctissimus flamen orbis Christiani Leo X revocaverat facultates legato Laurentio indultas? Nonne tui muneris erat vigilare pro commodo fraterno? Diploma fuit anniculum, utpote datum quarto Kalendas Iunii anno MDXIIII. Excitati sunt callidi tabelliones, quod perspexerant socordiam Aperbacchorum connivere et luxui et ocio dare operam. Fer, queso, iustam obiurgationem. Amicorum nemini parco, si erratur cum pernitie. Veniunt in hunc senatum die Vithi[6]. Ostendunt Feltrensis Campegii literas. Inveniunt fautores. Post contrahitur Erphordie permutacio sub iudice Moguntine ditionis. Ibi tu egregius et diligens frater non contradixisti. O supinam incuriam! Hodie, id est, XII Calendas Sextiles emancipatur Thomas, recipitur in chori sellaria et in curiam canonicam more solenni. Letantur adversarii nostri, congratulantur amico, ut ipsi iactant, felici. An ista videas sine stomacho? Interea tuus frater, doctissimus et honestissimus iuvenis, Rome in litibus agitatur et tuam fidem frustra implorat Sentisne opus esse pecunia[7]? Si vis, ut aliquid obtineat, mitte aurum. Currat Rufus[8] ille vester iam ante tonsas novales, ut in flore autumni Leonis gratias emat et dignitatis salutisque sue rationem interfulciat unicus tuus frater. Vale.

Handschriftl. F 498 fol. 316r—316v.

---

1 Demnach scheint Heinrich Eberbach auf seiner italienischen Reise auch Rom berührt zu haben.

2 Vgl. Br. 511 S. 175 Anm. 4.

3 Vgl. Br. 511 S. 175 Anm. 1.

4 Vgl. Br. 511 S. 175 Anm. 2.

5 Päpstlicher Legat.

6 Am 15. Juni.

7 Mutian hatte selber schon Anstalten getroffen, um Geld von Sömmering zu borgen. Vgl. Br. 519. S. 183.

8 Wohl nicht der mehrmals so genannte Pyrrhus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/199

530. M. an Justus Jonas. (Gotha 1515.) Juli 22.

Mut. legt dar, weshalb er gern mit jungen Leuten wie Justus Jonas scherze und ihnen Kleinigkeiten schenke. Er erkundigt sich nach dem Inhaber seines Hauses und wünscht sich eine blosse Textausgabe des Corpus iuris.

Solertissimo iuventutis Ionę Iusto[1], Sagsonico iurisperito, Mutianus.

Plura me hortantur, ut te utar et opera tua studioque familiariter. Itaque quibus potui machinis te humanitate ac benevolentia prestantem in veram et sanctam amiciciam attrahere scribendo curavi. Bonum iuvenem esse iudico, qui boni et docti viri contubernalis sit quique literas vere bonas didicerit. Tales ego, ut modeste, quia de me loquar, non pie solum, sed eciam constanter amo. Neque id testibus eget. Cum eiusmodi amiculis ioca seria et — quid non? — libentissime communico. Nam nisi res ita haberet, non donarem tot nugas tanta libertate ineptientes. Laus ipsa breviarii iucundam habet ironiam, non seriam opinionem. Allusi enim ad mores huius seculi, quod mihi videtur utilitatis gratia Deum colere. Nimis avide captant stipes manuarias et penora divi Laris. Non ad Christi normam vivitur, que nos ultra peram sapere ac de crastino cibo cogitare vetat. Tu facile, quod figurate dicitur, intelligis. Quero a te, num tibi sit notus, qui autore Vuolsco meas aedes in viculo Leonino[3] obtinuit. Mihi prorsus est incognitus. Miror, dicitur esse tuus municeps et vicarius Marianus. Cur me non facit de placitis conventis certiorem, ut et ipse sarta tecta habeam, que meo dicuntur gesta nomine a vita defuncto. Appetunt messorie ferie. In hac studiorum intermissiuncula scribe verbosius ad me, quicquid in buccam venerit, sed de bonis libris potissimum, quorum incredibili desiderio teneor. Neque suspicio factionum te moveat, liberrimi sum animi. Sino preterfluere, quod meam non turbat serenitatem. Non leguntur contentiones, non audiuntur iurgia nostra in foro vestro. Quo magis securus esse debes et frui nostra confabulatione. Vellem ius civile haberetur omnino nudum. Librarii promiserunt; an editum sit, nescio. Sic annotaret quisque suam sententiam. Accursius[4] Florentinus et condiscipulus Odofredus Beneventanus[5] — uterque enim dedit operam Azoni[6] Bononiensi — parum

---

1 Vgl. Br. 342 S. 435 Anm. 4.
2 Vgl. Br. 507 S. 167 Anm. 6.
3 In der „Lawengasse, um das so lange prozessiert wurde."
4 Vgl Br. 145 S 208 Anm. 4.
5 Lebte und lehrte im 13. Jahrhundert zu Bologna.
6 Er starb gegen Ausgang des 12. Jahrhunderts, nach andern 1230.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/200

erudite leges exponunt. Ambobus ego scriptorem propter gratam brevitatem antepono. Vale.

XI Calendas Sextilis.

Handschriftl. Autograph der Meininger Gymnasialbibliothek.

---

531. M. an Urban. (Gotha 1515. Juli 22.)

Mut. nimmt am Magdalenentage Veranlassung, die Güte und Barmherzigkeit Gottes zu preisen, der sogar argen Sünderinnen wie Maria Magdalena verzeihe.

Magistro Urbano, Ulyssi cucullato, sanctarum Georgivallium epitropo, Romana doctrina et urbanitate predito.

Domine fautor, Urbane mihi amicissime! Si vales, sic habet, uti volo. Quoties divorum statę ceremonię recurrunt, fit a me commemoracio prisci ęvi. Pro Baccho Martinum, pro Marte Georgium, pro Caco Polyphemo Christophorum, pro Venere magnam lenam suscipio, cuius hodie festivissimo natali[1] letamur et merito gaudemus, cum vel spurcissimis nequissimisque mulierculis pateat venie locus et, si acta penitencia sordidissimam exhauserint siccaverintque sentinam libidinis, in divarum quoque cetum ascensus. Nullum igitur scortum desperet, propitius et clemens est mundi rector, dignatur sua gratia utriusque sexus animal et Christum illius ergo legavit in terras, ut bonus pastor ad unum ovile misericordie cogeret universum gregem. Intueantur puelle, virgines, solute, coniugate, devote denique Priapi numen omnipotentissimum venerantes feminuncule celestem lenam, que in adversis solatio, in prosperis sit admirationi. Lectum est in sacris bibliis, dubito an in libris regum an aliubi, puellam formosam multorum concubitu fuisse extinctam. Anno superiori cum Ungaria nefanda et ingenti seditione tumultuaretur[2], audisti, opinor, crucis evocatorum immanissima facinora in clerum, in proceres deformiter gesta. Admissum fuit et hoc nefarium scelus. Victores rustici non solum matronas ante ora maritorum et parentum fede ac turpiter futuebant, sed et, quod ferreum pectus defleat, teneras puellas passim violabant. Neque stuprasse corrupisseque contenti certatim irruebant in opus flagitiosum et impium, ut plurimas dicunt sub onere decessisse, strumosos tamen Ungaros minime satiatos eciam sic defunctis incubuisse. O Magdalena, o diva lena, talium perpetua patrona! Si tunc propugnatrix non fuisti, assere saltem Gothanas virgunculas ab inordinata colluvione subantium, Unam et alteram mentulam quamvis bene tumidam non timent, sed

---

[1] Der Magdalenentag fällt auf den 22. Juli.
[2] Vgl. Br. 413 S. 73 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/201

deprecantur multitudinem operantium iniquitatem. Hec, Urbane pater, tibi dicamus hac festa luce.

Handschriftl. F 500 fol. 317 r—317 v.

532. M. an Heinrich Eberbach. (Gotha 1515. Nach 21. Juli.)

Mut. bittet, ihm die Werke des Poggius aus des Petrejus Bibliothek zu leihen und für den Bruder in Rom zu sorgen.

Henrico Aperbaccho.

S. Opera Pogii[1] Florentini in unum constipata volumen videre cupio. Invenies ea in fraterna bibliotheca. Dabis ad me Nepotiano, ne diutius queras fidum nuncium. Tractabo pure neque longius tenebo, sed propere legam, quod desidero et protinus fideliter remittam. Subsidium non desit tuo fratri[2]. Subvenias. Bene sperare, bono animo esse iubeas vel ad reditum hortare. Vivat et cum salute reveniat. Vale.

Handschriftl. F 499 fol. 316 v—317 r.

533. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515, Juli 25.)

Mut. fordert den Hessus zu einem Empfangsgedicht auf den Erzbischof Albrecht auf. Dasselbe solle dem Sunthausen, der Nachfolger Eitelwolfs vom Stein geworden, übermittelt werden.

Eobano Hesso vehementer observando, poete inter professores magne autoritatis.

Si vales, bene est; ego quidem valeo. Christi magistri beneficio affecti colimus hodie recurrentem Iacobi[3] comitis illius natalem. Poposcit hoc prestita Christo fides, ut animas celo dignas vereque beatas divinis ceremoniis veneremur. Habenda tamen erat mihi ratio amicicie, ut pro pietate mea et tua in me benevolentia scriberem. Eobane, certior factus a familiaribus doctissimis viris de adventu[4] sancti patris Alberti puto tui esse officii, ut introitum describas. Omnis clerus

---

[1] Ueber Gian-Francesco Poggio Bracciolini, geb. 1380 gest. 1459, vgl. G. Voigt. Die Wiederbelebung des klassischen Altertums. I. S. 329—342. Mutian scheint die Pariser Ausgabe vom Jahre 1511: Pogii Florentini opera. 4° (vgl. Panzer. Ann. typ. VII. 559. 349) im Auge zu haben. Ueber sonstige Ausgaben von Werken Poggio's vgl. Hain. Rep. No. 13170—13211.

[2] Vgl. Br. 529. S 193.

[3] Er fällt auf den 25. Juli.

[4] Der Einzug sollte kurz vor Michaelis stattfinden, wurde aber, nachdem bereits alle Vorkehrungen von den Erfurtern getroffen waren, von dem Kurfürsten von Sachsen vorläufig vereitelt. Vgl. Falckenstein. Historie von Erffurth. S. 559 ff.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/202

Turingorum conferre necesse habet subsidium[1] — ita tributum quoddam vocamus — pontifici magno. Par est, ut poetarum eciam subsidia conveniant et tu eius ordinis princeps carmina pendas. Utraque pensio honorificentissima, quamquam tua prestantior, propterea quod non usum modo et fructum presentibus, sed summam quoque voluptatem posteritati ferat. Tantum est, quod datur a poetis. At dices: „Contentus isto stimulo non sum. Volo mihi gratia referatur, quia res domestica tenuis quidem aliquid desiderat.“ Assentimur et damus hoc responsum: Opinari me Sunthusenio[2] permissum locum, quem Eitalavolphus[3] tenebat. Eius singularem in nos voluntatem cognovi. Qua ex re futurum, ut que petieris, impetres, nisi forte introitus obsessis omnibus viis preclusi erunt. Illud mihi prorsus valde placebit, si nobiles viros vel potius generosos heroas[4] tuos ad Sunthusenium miseris. In cuius clientela quietiorem vitam agent, etsi monstra quedam insignia non desunt aule Moguntine. Audisti, quid iactaret gregaria penna[5] tibi, mihi, Capnioni, breviter eruditis omnibus adversa. Nos a Zoilis istis et eiusdem generis audacibus scribis ad philosophie portum profugimus aulicorum fluctículos et sannas ne pili quidem facientes. Eodem meo exemplo timor te nullus perterreat, favente Sunthusenio ceteri ex scribarum decuria nihil egerint. Vale.

Handschriftl. F 506 fol. 320v—321r.

---

534. M. an Urban. (Gotha 1515. Ende Juli oder Anfang August.)

Mut. heisst den Urban ruhig und getrost zu sein in den schweren Zeiten und bittet um schleunige Besorgung des Pokales; die Feinde, hofft er, werden nichts gegen ihn ausrichten.

Prudentissimo viro Henrico Urbano loco fratris amando Mutianus Rufus.

S. Si uno eodemque biduo Nepotianus[6] emittitur, Adamus[7] te adit Tu inter tumultum[8] trepidas. Recipe animum. Nepotianus non errabit, Adamus non minus pavescit ad tube clangorem quam tu. Sed vanus

---

1 Vgl. Br. 41 S. 52 Anm. 2.
2 Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 8.
3 Vgl. Br. 381 S. 41 Anm. 1.
4 Wie Hessus Heldinnen in seinen Heroiden besungen, solle er jetzt Helden besingen.
5 Am Rande der Frankfurter Handschrift bemerkt: Grecker. Vgl. Br. 459 S. 117 Anm. 9.
6 Urbans Schwestersohn.
7 Publius, Mutians Famulus.
8 Vgl. Br. 527 und 529.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/203

est timor. Quid ad sacros prophane formidines? Mea munera non sunt differenda. Urge et promitte donum, ut omnino perficiatur calix[1] inebrians perquam preclarus. Uno die deaurari potest. Tolle procrastinationem, mi domine, mi pater, mi frater. Vivat Engelmannus. Liceat mihi vivere et evidenter patebit nihil adversum nos egisse Morianam Lotianamque invidiam[2]. Vale.

Handschriftl. F 518 fol. 329 v.

---

535. M. an Urban. (Gotha 1515. August 10.)

Mut. erwähnt der verschiedenen Gerüchte, welche sich über die Reise des Erzbischofs Albrecht verbreitet haben, meldet die Ankunft des Burkard Hundt in Gotha und bezweifelt, dass den gefangenen Erfurtern der Tod drohe. In Meissen solle die Pest schrecklich wüten. Die Polyanthea und das Corpus iuris seien ihm zugestellt worden. Urban möge in den jetzigen Zeiten sich nicht fürchten.

Urbano meo, cui refragari nec volo nec debeo, amico prestabili.

S. Post officia matutina divi levite Laurentii[3], quod eodem die abituri essent poete[4] tui nostri studiosissimi, non potui facere, quin de magnis rebus ad te scriberem. Heri nuncius Moguntinus hac transiit. Dicitur narrasse cum alia tum hec: Archiepiscopus proximo die lunari faciet iter. Ibit per Hessiam. Fridislariam, Eisfeldinos et cetera. Sunt nonnulli, qui dicant preteriturum[a] Erphurdiam[5], visurum sedem Mauritii[6] relicta ditione Martini[7]. Aliis aliter visum. Utcunque sit, audiemus intra dies XIIII mirabilem rerum commutacionem. Hunthus[8], preses noster, huc[b] divertit cum uxore mansurus in arce, ut ferunt, dies aliquot. Iobus[9] mihi retulit captivis[10] imminere capitalem[c] penam. Id quod mihi non videtur vero simile[d], presertim cum rumor adventus Alberti ceperit vagari, cuius tanta authoritas[e], ut merito sit formidabilis. Habes primum caput rerum novarum. Aiunt et quidem publice grassari pestilitatem in Misnha[f], obiisse proximis diebus Altoburgi CCCC et eo amplius. Quis non preferret mortem bello? Et hec est secunda fabula. Tertia vero sic habet: Aurige puer duos attulit codices, imo

[a] *Tz hat noch* eum *vor* preteriturum. [b] *Tz* hic. [c] *Tz* capitis. [d] *Tz* verimile. [e] *Tz* autoritas. [f] *Tz* Misna.

---

1 Vgl. Br. 528 S. 192.
2 Die Missgunst Morchs und Kötelings.
3 Der Laurentiustag fällt auf den 10. August.
4 Wohl Hessus und Cordus.
5 Vgl. Br. 533 S. 197.
6 Erzdiözese Magdeburg.
7 Mainzer Sprengel.
8 Vgl. Br. 414 S. 74 Anm. 11.
9 Diese Persönlichkeit ist mir nicht bekannt.
10 Vgl. Br. 526 S. 190.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/204

unum. Iurisconsulti enim, etsi sexcentos habeant, unum dumtaxat sciunt et nominant. Sic[a] theologiste, quamquam mille biblia, id est, volumina, unum tamen precipue ostentant et singulariter (quod barbarum est) bibliam appellant, cum dicendum sit plurative biblia, orum. Extra iocum: habemus Polyantheam[1] et Triboniani[2] collectanea in novem libros digesta. Ita tractabo, ita legam, ut mihi opitulari citissime videantur.

Que ad me proprie attinent, ea coram Publius expediet. Tu bene valeas. Non trepidabis[3]. Neque enim audebit civitas ecclesiasticis nocere sub Alberto libertatis dignitatisque ecclesiastice potentissimo defensore. Iterum vale.

Handschriftl. F 510 fol. 323r – 323v. Gedr. b. Tz S. 221 — 222 *von* Post officia *bis* citissime videantur.

[a] *Tz* et.

---

536. M. an Urban (Gotha 1515.) August 18.

Mut. erbittet Urbans Fürsprache für einen Pfarrer von einer Georgenthaler Pfründe, bespricht die Uebertragung des verkauften Weinberges und hofft auf die Lösung und Schlichtung der Händel seitens des Mainzer Erzbischofs.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Ianus Ionas,[4] pastor ovium beneficio archimandrite Georgivallis, heri communis, hodie sibi rebusque suis timens (et iustus quidem metus est) me adiit ed inter alia se ad forum officialis nostri evocatum esse narravit rogans, ut tua auctoritate gratiam obtineat. Itaque noster Hallensis[5] Hammoni[6] precipiat, ne absentem velut contumacem Ionam excommunicet. Venire non potest. Suspectus habetur. Audiat tua paternitas, quid petatur a parte diversa, et certiorem reddat amicum. De nostra re nihil scribam. Publius, ut est meticulosus, invitus[7] exit. Si traditionem[8] Hallensis prestare poterit, non deerit ratihabitio. Arma, furor et inclementia circumsonant. Servet te Deus. Magnus, ut spero, pontifex omnia tranquillabit.[9] Vale.

---

1 Vgl. Br. 506 S. 168 Anm. 2.
2 Codex Iustiniani, den Geckus leihen sollte. Vgl. Br. 526 S. 187.
3 Vgl. den vorigen und den 527. Brief.
4 Nach einer Randglosse in der Frankfurter Handschrift „Iohan Ian". Er ist sonst unbekannt.
5 Georg Osmunde. Vgl. Br. 242 S. 318. Anm. 3.
6 Vgl Br. 480 S. 140 Anm. 12.
7 Vgl. den Schluss des vorigen Briefes.
8 Des Weinbergs. Vgl. Br. 528 S. 191.
9 Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/205

Sabbato Agapiti anno MDXV.[a] Oblitus sum numeri et Ianus properat.

Handschriftl. F 511 fol. 324r.

[a] *F* MDXIII.

---

537. M. an Justus Menius. (Gotha 1515.) Nach 18. August.

Mut. bittet, die Dialektik des Georg Trapezuntios ihrem Eigentümer zurückzugeben.

Iusto Menio[1] bonarum literarum aemulo constanti suo S. P. D.

Georgius Trapezuntius[2] in Creta natus, oriundus e Ponto, utriusque linguae consultissimus cum alios commendatos libros tum dialectica[3] latine scripta edidit. Utinam recentiores, non dico sophiste, sed tenebriones pari mundicie[a] tractarent dialectices doctrinam. Putrescit enim eorum institutio uti valde difficilis cognitu ita parum utilis, ut recte quis vel loquatur vel sentiat. Hoc igitur[b] opusculum cuidam Petro dicatum, cuius dominium pertinet ad Eberbinum[4] Francobergium, tu celeriter domino redde. Ubi habitet, non ignoras et, ni fallor, tuus est familiaris, homo curiosus et taciturnus. Vale.

Post Agapetum.

Gedr. 1) Lib. alt. fol. I 6v—I 7r. 2) Tz. Rel. epist. Mut. S. 105.

[a] Lib. alt. mundiciae. [b] *Tz* ergo.

---

538. M. an Urban. (Gotha) 1515. September 11.

Mut. bedauert die Not der beiden Dichter Hessus und Cordus, meldet die Auferlegung des Interdiktes, bittet um Abschluss des Verkaufes des Weinbergs sowie um Zusendung des Bechers und sähe gern, wenn Herebord von der Marthen den Hessus in das Universitätskollegium brächte

Urbano, patri prestantissimo, Mutianus Rufus.

Salve. Eobanus et Euritius[5] egent. Urgent enim, ni fallor, uxores, ut procurent vite necessaria. Hand dubie felices essent, si uxores deessent.[6] Sed hoc cave dixeris. Amant miseri neque ferunt contradicentem. Nos silentium[7] annale indiximus; ita necesse est, nam principes irascuntur et graviora sentietis.

---

[1] Vgl. Br. 431 S. 89 Anm. 9.

[2] Vgl. G. Voigt. Die Wiederbelebung des class. Alterth. II. S. 138—144.

[3] Erschien zuerst als Compendium Dialectices ex Aristotele s. l. e. a. Nach Hain. Repert. Nr. 7607.

[4] „Henricus Eberweyn de Franckenberck" wurde Ostern 1515 in Erfurt immatrikuliert und erlangte 1516 den Grad eines Baculariu. Im Bacularien-Verzeichnis ist fälschlich zu seinem Namen gesetzt: „Euricius Cordus."

[5] Trotz der lebhaften Fürsprache Mutians konnten sie beide keine auskömmliche Stellung erhalten.

[6] Vgl. die Anrede zu Br. 499 S. 160.

[7] Vgl. Br. 513 und 514.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/206

Tu, mi pater, perfice venditionem et da calicem[1] ad me Mercurio,[2] ne sodalitas tua culpam et dolum (que crimina a te amicissimo sunt aliena) admisisse videatur. Vale et ama me mutuo. Ama quoque Herebordum, qui utinam Eobanum promoveret[3] ad collegium. Sed universi tacete: literarum officium intermittite.

III Idus Septembres MDXV.

Handschriftl. F 513 fol. 325r. Gedr. b. Tz. S. 222 *von* Eobanus et *bis* graviora sentietis.

---

539. M. an Urban. (Gotha 1515. Kurz vor 14. September.)

Mut. ist völlig einverstanden mit Urbans Plan, den Neffen nach Rom zu schicken, tadelt das Verhalten des Abtes, von welchem beim Weine alles Mögliche an Geschenken erreicht werden kann, bestellt eine Handlaterne bei den Karthäusern und äussert sich über die letzten Wirren in und um Erfurt.

Spectato et docto patri Urbano, economo suo amicissimo, Mutianus Rufus.

S. Laudo consilium tuum, quod nepoti[4] Romam ituro auxilio sis et presidio. Neque te etatis lubricum revocet a solita benignitate. Ephebus[a] enim ille ingenii dote preditus et robore corporis nihil per etatem peccabit ut multi adolescentes vino, ludo, scortis devotissimi.[b] Mattheus,[5] si velit, potest esse dominus tutelaris. Velle autem debet et, puto, tibi gratum faciet summaque fide commendabit tuum, perinde ac si proprius nepos esset, nobili mensario, qui[c] dicitur, Zeinck.[6] Cum Petreium[7] viderit, primum agat de gracia in forma pauperum expedienda. Locum tute delige. Tu, fortuna, velis, ut belle fortunatus reveniat.

Silvanus[8] noster nescio quid hominis sit, an prodigus an avarus. Donat alienis. Audivi olim, cum Gotham hora vespertina relinqueret probe potus et vacillans, Brengbirum[9] a tergo dicere: „das schat mir cyn bodem“, quasi diceret: „si mansisset pater, impetrassem inter pocula mille plancas.“ Nuper hic perpotavit Me non evocavit. Mirabar, cum esset querimonia iusta, debuit enim conqueri de rerum turba et

[a] *Tz* Ephetus. [b] *Tz* deditissimi. [c] *Tz* quid.

---

1 Vgl. Br. 534 S. 198.
2 Urbans Diener.
3 Vgl. Br. 442 und 478.
4 Ueber die öfters ventilierte Romreise des Nepotian. Vgl. Br. 511 u. 512.
5 Vgl. Br. 48 S 62 Anm. 3.
6 Die Persönlichkeit ist nicht näher bekannt.
7 Er lebte seit ungefähr 2 Jahren in Rom.
8 Abt Johannes von Georgenthal.
9 Vgl. Br. 196 S. 272 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/207

me ut amicum consulere. Per Iovem, male sibi suisque prospicit. Maledictus Figulus[1] et stultus pretor omnia possunt. Ego pedagogum[2] suspectum habeo et impudica verba Figuli et magistri sannas hui quantum formido. Ich hab hivor gen Bruhenn[3] vmb zwen hasen geschriben vnd itzo den grossen Lentulum[4] gen Eisenach abgefertiget mit gelde. Ideo facilius emo quam peto. Quis fatuo supplicaret? Det more suo, satis est, quod favet. Crucis[5] festo salutabitur. Postquam hierophante precium[6] numeraverint, dic, ut dono mittant laternulam manualem, qua utar mane templum aditurus. Wan die Carthuser machen schone latern vnd geben sie guten freunden. Manendum erit tibi, ne absentia noceat, quamquam fratres monastici temere loquantur et sunt quasi ingrati, quod me crutiat vehementer. Dicat Nepotianus, quid audiverit. Putantne isti bardi iocum esse tot cives vi intercipere[7] et tradere carnifici. Es heisen die fleyßverkeufer. Vellem timidius agerent tam Bernardi quam Benedicti. Nos ista Deo mandemus servaturi innocentiam. Vale.

Handschriftl. F. 512 fol. 324r—325r. Gedr. b. Tz. S. 222 *von* Laudo consilium *bis* fortunatus reveniat.

---

540. M. an Urban. (Gotha 1515) September 17.

Mut. findet die Ornamentierung des Pokales vollkommen passend für ein Hochzeitsgeschenk und will ihn nicht ohne Brief absenden. Er erkundigt sich nach der Auszahlung des Kaufpreises für den Weinberg.

Diserto patri Henrico Urbano magistro, economo, non solum amico, sed eciam magno amico, Mutianus Rufus.

S. Aspexi urbanitatis tue promissum[8] et, quoad ipse nosse possum, dignum est opus, cui severioris exempli simulachrum superstet. Nam nuda stimulatrix multis nauseam nature viciis excitat, paucis leticiam voluptatemque nisi exhilaratis combibonibus affert. Docti norunt sexus illius fedum proluvium. Verum non mihi, sed illi paratum est, qui velit nolit cunnum visitare et dies noctes nudam amplecti dominam necesse habet. Illi donamus spectaculum dicturumque reor amicum id,

---

[1] Vgl. Br. 292 S. 379 Anm. 2.
[2] Musardus. Vgl. Br. 522 S. 186.
[3] Brüheim an der Nesse.
[4] Seinen Famulus Adamus Publius. Vgl. Br. 363 S. 22.
[5] Am 14. September.
[6] Für den Weinberg. Vgl. Br. 524 S. 187.
[7] Vgl. Br. 526 S. 189 ff.
[8] Das in mehreren Briefen erwähnte Hochzeitsgeschenk für einen Freund und Gönner.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/208

quod amator Philolaches apud Plautum libidine venerea percitus dixit:[1] „Mea Philocomasium, potare tecum collibitum est.“ O quam libenter audiret, si responderet imago: „Libet, edepol, mihi tecum. Nam quod tibi libet, idem mihi libet.“ Sed nuda est. Quidni? Non omnes sunt Stoici, pauci Zenonem imitantur. Infiniti probant eiusdem poete versiculum:[2] „Pulchra mulier nuda erit quam purpurata pulchrior.“ Quo me vertam, Urbane? Stultorum plena sunt omnia.[3] Que aliis voluptati sunt, nobis inepta videntur. Que nos delectant, aliis stultissima videri solent. Si vivitur.

Lucida celatam pateram superastat imago.
Nuda latus nudam monstrans sine veste cavernam,
Substrictamque comam genialis vitta coercet.
Credo equidem letis animis spectabere, virgo.

Ornabo tamen hoc munus mirificis verbis, ut, quantum deest operi, epistola iucunda et ad delectationem composita resartiat. Engelmanno[4] post agam non sine dono gratias. Scribe, quantum Carthusini[5] dederint, quantum relinquatur nobis deducto ere alieno. Cura, ut bene valeas meque mutuo diligas.

Datum die Lamperti.

Handschriftl. F 514 fol. 325r—325v.

---

541. M. an Urban. (Gotha 1515. September 18.)

Mut. teilt einen ergötzlichen Vorfall aus seiner Häuslichkeit mit, welcher ihn tags zuvor gehindert hat für den empfangenen Pokal zu danken und freut sich, dass Urban nach Leipzig reisen will. Er gedenke zu gelegenerer Zeit mit dem Abte zu sprechen; derselbe schenke dem Gelichter des Bartholus und Morch allzuviel Gehör und nehme die fortgesetzten Verleumdungen Mutians und Urbans seitens dieser beiden ruhig hin. Der kleine Urban sei in seiner Weise ein anderer Ritter Stormdorf, welcher trotz seines kleinen Körpers so manchen Kämpen niedergestreckt habe. Schliesslich bittet der Briefschreiber, dem Dichter Hessus die Gunst und Unterstützung des Herebord von der Marthen zu verschaffen.

Urbano, nostro presidio, Mutianus Rufus.

Salus. Heri, mi Urbane, oblitus offitii, quod in actione gratiarum consistit, non quod parum leticie iucunditatisque secum attulerit nitor caliculi[6] recentis, sed magis, ut ego interpretor, ob acceleracionem scribendi curamque rei domestice vel potius culinarie. Deplumabant

---

1 Mostellaria I, 3. 137.
2 Mostellaria I, 3. 131.
3 Cicero. Ep. ad familiares IX 22. 4.
4 Vgl Br. 528 u. 534.
5 Vgl. den vorigen Brief.
6 Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/209

enim aviculas LX Mercurius[1] et Adamus[2] pater veneranda gravitate et colloquentibus, ut fit, atque alio spectantibus niger felis, cui ab ipso colore Mauro nomen est, unam ex calathisco sublegit prereptamque detulit in aspectum meum, tanquam fortis et strennui militis operam insignem navasset. Cucurri ad aviarios et simul rapinatorem persequebamur, egre tandem preda recuperata. Ita per omnes gradus, per omnia cubicula, per utramque aream Maurus cum rapina volavit. In hac levi re occupatus cum ad stilum rediissem, non excessi fines incepti, sed perstiti in describendo muliebri simulachro, his vero matutinis horis immortales ago tibi gratias, quod preter magnitudinem pie voluntatis, quam erga me multis testimoniis sepius declarasti et nunc liquidius misso calice velut exhibes, promiseris te iturum Lipsim tum ad librarios tum ad Degenhardum,[3] modo Duronii nutum impetrarem. Cave putes me habere amicum magis officiosum, qui mihi carior sit quam tu, cuius ego indulgentiam et fidem pluris faciam. Essem stultus, si tot merita, tantam humanitatem et observantiam non agnoscerem, non probarem. Scito igitur te a me coli et diligi esseque propositi nostri referre gratiam et studere tibi in omni vita. Adamo dabitur epistola ad Duronium die Veneris. Sub idem tempus tu et Paulus[4] episcopus, uti existimo, convenietis in Luco Georgiano. Ipse quoque decreveram venire. Sed quid in turba faciam? Habebit sanctus Duronius multos congerrones ex comitatu hospitis. Non liceret mihi seorsum colloqui et ex commodo tuo verba facere. Aucupabor occasionem et observabo tempus idoneum et, puto, tunc salutabo, cum vestalium[5] ratio disputabitur. Tametsi nostram assiduitatem insolentissimus Bartholus[6] ab immanissimis Moris, obtrectatoribus nostris, persuasus in contrarium rapiat et omnia in deformitatem, que boni ad dignitatem referunt, pervertat. Ouod non iniuria moleste fero. Atque, ut de uno crimine falso nunc agam, an non grave est et iniquum, quod cavillatur me deesse civilibus officiis, quibus ceteri manipulares mei non solum assunt, sed etiam presunt? Intelligit nugator nuptias,[7] primitias, convivia. Quid sannio vilis latrat? Egone politicis desum muneribus? Certe non desum. Mentitur nebulo. Rarius foris ceno, quia tranquillitate contentus nusquam liberius vivo quam

---

1 Diener Urbans.
2 Mutians Famulus.
3 Pfeffinger, Rat Friedrichs d. W.
4 Paulus Huthener. Vgl. Br. 24 S. 33 Anm. 4.
5 Des Klosters zum heiligen Kreuz. Vgl. Br. 3 S. 5 Anm. 2.
6 Vgl. Br. 213 S. 289 Anm. 2.
7 Vgl. Br. 461 S. 119.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/210

domi. Nemo tamen vivit, cui non obtulerim egregium donum vocatus solenniter. Lege, pater, lege has fratrum literas, quibus duos aureos mittam. Item proximo die lune germano Henrici Rhanis[1] vetustum dabo florenum, quem ostendi tuo contubernali. Die solis preterita novo sacerdoti munus copiosum prestiti. Sic semper largior et nihilominus fatui fatua loquuntur, ut inquit Esaias.[2] Testor deos et homines mihi non placere Moros et gregariam pennam. O Mori insulsi et difficiles, o penna, penna! Audes tu Urbanum contemnere? Dic, quare. Statura[3] brevi est. At tales consilio et iudicio pollent. Amat doctos et Mutiano favet. Sed hic nihil est culpe; nisi acutus, disertus et peritus antiquitatis, non faveret Mutiano. Hec est illa copula familiaritatis, que nos, o penna, penna, connectit. Hoc sanctissimum vinculum Urbanum et Mutianum colligavit. Quid pluribus? Sit licet ornata tua penna, longe tamen prestabilior et celebrior foret, si nostras delicias cognosceres vel saltem ut prudens vir non contemneres, quod ignoras. Dicam amplius adhuc. Notus erat Henno Stormdorff. Nemo equitum valentior, audatior, qui extreme iam senectutis Fuldenses male vexavit et complures terruit. Dicitur incredibilia olim patrasse, infinitos occidisse. Paucis ante diebus confossus est egregie pugnans ab equite quodam Fuldano. Quorsum hoc? Nempe ut discas, o gregaria penna, parvis inesse nativas dotes, quibus mirabilia efficiunt. Possunt viribus niti. Omnis enim vis in pectore. Possunt consilio providere, amicis opitulari, denique prestant staturosis. Quid? Nonne parvus erat Stormdorffus[a] corpore quidem parvus[b] sed animo maximus? Et talis est Urbanus dilectus meus, saliens in montibus ut capreolus. Hec commemoratio deposcit elogium, id faciam, posteaquam[c] valedixero. Nunc petendum videtur, ut Eobanum promoveas. Institit, ursit, coegit me suis literis et precibus, ut se commendarem[4] Herebordo, amplissimo viro. Cupit adipisci collegium. Scimus, quanta sit authoritas[d] Herebordi. Author[e] fiat senatui, ut consequatur amicus communis,[f] quod affectat. Si obtinuerit, totam suam dignitatem et musas et salutem Herebordo acceptam referre debet. Herebordum habebit in ore et amore perpetuo. Darem literas, sed timidus sum et cautior plus equo.

[a] *Tz* Stormdorfus. [b] *Bei Tz fehlen die Worte* Corpore quidem parvus. [c] *Tz* priusquam. [d] *Tz* autoritas. [e] *Tz* autor. [f] *Tz* communis amicus.

---

1 Vgl. Br. 235 S. 313 Anm. 7.
2 Jesaias 9, 17.
3 Vgl. Br. 104 S. 146.
4 Vgl. Br. 538 S. 201 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/211

Suspitionis notam devito tacitus. Tu verbis assequi potes totam expectationem. Bene valeas.

Datum eo die,[1] quo Clodius Cornicularius et Maximus Parthenius et Saturius decurio cubiculariorum et quidam e gladiatorio ludo vulneribus septem Domitianum Cesarem contrucidarunt. Ignosce verbosis ineptiis amici.

Fortis et strenui equitis epithaphium.
Mille equites, totidem pedites manus una subegit.
Quid tum? Stormdorfus sternitur ense senex.
Fortis erat. Quid tum? Claros post mille labores.
Tam fortem fortis femina mors rapuit.

Handschriftl. F 515 fol. 326r—327v. Gedr. b. Tz. S. 223—224 *von* Testor deos *bis zum Schlusse.*

---

542. M. an Urban. (Gotha) 1515 (Nach 18. September.)

Mut. freut sich über Urbans Verbleiben in Erfurt und spöttelt über die Ignoranz des Paulus Huthener. Der Schönauer Schwindler sei endlich des Landes verwiesen, zum grossen Kummer des Abtes. Urban solle in Leipzig manches kaufen.

Urbano economo in secula seculorum Mutianus Rufus.

S. Gaudeo et gratulor, quod saluti et incolumitati tue sua dignitas[2] sit conservata non ablata per invidiam obtrectatorum. Timueras enim non tam boni Duronii supercilium, cui facile est imponere, quam impias fraternitates nescio quorum, qui Lotiane magis Morianeque factioni[3] favent quam beate tranquillitati. Bene habet, per Iovem Capitolinum. Vicinus.[4] Nam istuc ipsum expectabam. Cura igitur bonis avibus economi provintiam et voluptate urbana fruere nostrisque negotiis manum extremam impone. Adamus inter sermones duo maxime ridicula narravit. Utrumque natum mihi videtur ex ignorantia falsaque persuasione. Quid, obsecro, peccavit, qui dixit Michäel. Cur ab episcopo[5] male audivit? Quid, si dixisset, ut docet insignis grammaticus Nebrissensis[6], Michaelus? Quid, si grece Μιχάηλ. Revocetur ab inferis Democritus, repetat intermissum diu risum. Adonicus versus est Mancinelli:[7] „Care Michäel.“ Si antistes bonas literas didi-

---

[1] 18. September. Vgl. Sueton. Domitian cap. 17.
[2] Vgl. Br. 524 S. 188 Anm. 1.
[3] Partei der Kanoniker Köteling und Morch, welche dem Mutian feindlich gesinnt waren.
[4] Vgl. Br. 541 S. 204.
[5] Erfurter Weihbischof Paulus Huthener.
[6] Aelius Antonius Nebrissensis, ein spanischer Humanist, † 1522.
[7] Vgl. Br. 66 S. 93. Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/212

cisset, melius ageretur cum doctis. Multa, fateor, didicit, peritus est rerum multarum, ingenium non deesse scimus tam nobili notario. Verum questuarias artes didicit, non latinas. Novit res fori et curie, non schole et ocii. Levibus et ineptis ingeniis citius arridet quam novis, imo antiquis et probandis literatoribus. Scribent haud dubie formam examinis diserti et tuebuntur alumnos doctrine politioris contra balborum asseclas et theologistarum simias. Nos hec ridicula missa faciamus.

Quid Duronius? Dicitur moleste ferre suum illum carcerarium pseudoprophetam[1] principali edicto abire et tacere iussum. Ohe, pulcre factum. Infecit illa pestis Christianos mores. In uno tamen est erratum: Comburi, non proscribi debuit. „Nemo aruspicem consulat," inquit Constantius[a 2] imperator. „Sileat perpetuo divinandi curiositas. Homines magi et sortilegi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis hostes[b] credendi sunt. Si non damno et infamia notandi essent, non legeremus in iure civili rubricam[3] de maleficis et mathematicis. Habemus prohibitionem in Levitico:[4] „Non declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos." Valeat portentum. Si planetarios damnant Decreta canonica, quanto severius sunt repudiandi circulatores cum suis istis nugatoriis characteribus? Christiana pietas prohibetur adire divinaculos. Si servus adit, castigatur verberibus, si monachus, maceratur quinquennali penitentia, si clericus, detruditur in monasterium, si laicus anathematizatur. Hec argumento sint[c] Duronio non modo non[d] retinendos esse tales nebulones, sed eciam pellendos, exterminandos, puniendos. Consentire retinentes quis dubitat? Conclude facientes et consentientes pari pena plectendos. Meretur animadversionem Duronius. Stultus, si moleste fert eliminatum esse monstrum pestilentissimum, nisi sapiens dici potest, qui periculum suum non intelligit. De hac erronis abiectissimi proscriptione hactenus.

Scribis, Urbane carissime: „Reverendus abbas tuarum precum intuitu libenter annuit, ut Lipsim[5] proficiscar." Addis, quod est necessarium: „nec ignorabo, ubi nummos sim accepturus." O me terque quaterque felicem! Conscribam capita rerum emendarum teque rogo,

[a] *F und Tz* Constantinus. [b] *Bei Tz nach* hostes *noch* esse. [c] *Tz* sunt. [d] *Tz Fehlt in F.*

---

1 Vgl. Br. 523 S. 186—187.
2 Zwei Sätze aus dem Codex Iustinianus IX. 18. 5.
3 Codex Iustinianus IX. 18.
4 3. Mose 19. 31.
5 Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/213

ut prestes, quod promittis. Eciamsi multo amplius exposueris, quam Carthusini[1] debeant, tamen te securissimum fatiam. Servet istam mihi voluntatem tuam immortalis Deus et conatui atque apparatui sedulitatem tribuat. Vale.

Post nuptias amici anno MDXV.

Handschriftl. F 516 fol. 328r — 329r. Gedr. b. Tz. S. 224—225 *von* Quid Duronius *bis* hactenus.

---

543. M. an Urban. (Gotha 1515. Nach 18. September.)

Mut. erzählt, dass Hutten und Crotus sich über die Kürze seiner Briefe beschweren, er wolle indessen mit „Poeten“ über die Berechtigung dieses Vorwurfes nicht hadern. Urban solle eine Kiste für den Pokal senden und nachforschen, was von der Büchermesse nach Erfurt gebracht sei.

Magistro Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Cenanti mihi reddite sunt Hutteni[2] et Croti[3] litere. Dequeruntur et me quasi postulant brevitatis in scribendo. Amoris id est: qui amat, nonnisi locuaspletissim expectat. Ego vero laconicas scribo; placet μικρολογεῖν, displicet ociosa latitudo et copia non valde necessaria. Qui mente non constant, insana verba ex se[a] promunt. Qui sapit, pauca loquitur. Tria verba, id est, pauca. Tres tamen collegium faciunt, ut inquit iurisconsultus.[4] Si tres poete sederent in collegio et cesar Maximilianus veniret, non assurgerent. Ita sibi placet hoc genus hominum. Iulius Cesar, amplissimus et florentissimus vir, in collegium poetarum cum venisset, Accius poeta non assurrexit. Non maiestatis eius immemor, sed quod se in musicis studiis aliquanto superiorem esse confideret. Ideo, mi Urbane, vereor insolentiam poetarum, non audeo cum tantis[b] ingeniis certare. Cedo, herbam do.[5] Hui, quomodo insultarent mihi, si unico verbo stomachum illis[c] moverem! Acer et vehemens Ulricus Huttenus et magnus poeta, sed talis, ut levissimo dicto irritari possit. Parcant mihi ista ingenia, se mihi preferant. Cupio et patior vinci ab illis, nunquam glorie studui. Tu thecam mitte, ut cyathus[6] includatur sive tibi sive presidi[7] commen-

[a] *Tz und Böck.* sese. [b] *Tz und Böck.* his. [c] *Tz und Böck.* ipsis.

---

1 Für den Weinberg. Vgl. Br. 528 S. 191.
2 Damals in Mainz.
3 Er hielt sich noch in Fulda auf.
4 Neratius Priscus. Vgl. Digesta I. 16. 85.
5 Vgl. Erasmus. Adagia p. 320.
6 Der Pokal sollte als Hochzeitsgeschenk dienen.
7 Vielleicht Burchard Hundt. Vgl. Br. 414 S. 74 Anm. 11.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/214

dandus. Engelmanno[1] alias. Tua fidelitas sciscitetur omni modo, quid magistri ex nundinis attulerint. Nox ingruit.

Handschriftl. F 517 fol. 329r—329v. Gedr. 1) b. Tz S. 225 *von* Cenanti mihi *bis* glorie studui; 2) b. Böcking. Hutt. op. I. S. 38 *ebenfalls von* Cenanti mihi *bis* glorie studui.

544. M. an Urban. (Gotha) 1515. Oktober 11.

Mut. erwartet mit Ungeduld eine Zusendung Urbans.

Henrico Urbano Mutianus Rufus.

S. Etsi vindemia te occupat utpote patrem familias procurationis amplissime, urget me tamen desiderium mercis,[2] ut tuas literas requiram et efflagitem. Longior est enim expectatio, quam ut segnius tolerari possit. Effice, ut sciam, quid sit actum. Bene mecum, si tecum actum erit. Vale.

Die Iovis post Dionysii[3] sacra. MDXV.

D) F 519 fol. 329v—330r.

545. M. an Urban. (Gotha) 1515. Oktober 26.

Mut. hegt nicht, wie andere es thun, Zweifel, dass der Erzbischof Erfurt besuchen werde, hofft, dass endlich der Handel mit den Karthäusern geregelt sei und bittet um fernere Besorgung seiner Geschäfte. Er selber werde dem Büchererwerbe obliegen.

Cordatissimo Urbano, equiti longioris viduli, amico rarissimo.

S. Mire inter homines agitur. Nemo hic credit, imo potius universi pernegant episcopum esse venturum.[4] Aliter sentit Mercurius[5] et mihi plane persuadet. Reliquum est, ut Deus eventum prosperum et tibi et domui tue prestare dignetur. Vale.

Negocium[6] Carthusinum[a] expeditum reor. Ad Martinalia mittam Adamum.[7] Interea tua humanitas rebus meis, ut solet, benigne consulat. Nam summa cura libros perquiram et emam, eciamsi mihi sit eundum. Semper dolebo bonos tot dies sine bonis libris preteriisse. Iterum vale, magister equitum.

MDXV. VII[b] Kalendas Novembres.

Handschriftl. F 521 fol. 330v. Gedr. b. Tz S. 226 *von* Mire inter *bis zum Schlusse.*

[a] *Tz* carthusianum. [b] *Tz 5.* cal.

[1] Er will ihm ein anderes Mal für die geleistete Bürgschaft danken.
[2] Entweder Bücher oder das Hochzeitsgeschenk.
[3] Der Dionysiustag fällt auf den 9. Oktober.
[4] Vgl. Br. 535 S. 198.
[5] Diener Urbans.
[6] Der Verkauf des Weinbergs. Vgl. Br. 535 S. 203.
[7] Seinen Famulus Aadmus Publius.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/215

546. M. an Urban. (Gotha 1515.) Nach 11. November.

Mut. sendet einen Hasen als Geschenk, wünscht, dass die Ankunft des Erzbischofs sowohl für Georgenthal als auch für Erfurt nur Gutes im Gefolge habe, kann dem Herebord von der Marthen aus Anlass des Todes seines verschwenderischen Vaters nicht kondolieren und versichert dem Adam Publius seine unwandelbare Neigung.

Henrico Urbano, liberalium artium professori, economo magno, amico optimo.

S. Leporem Adamus excoriare, ut est ineptus et iners, non potuit atque ideo tibi dare quam domi assare maluit. Non igitur mihi gratiam debes, imo ne Adamo quidem, quando sue potuis socordie quam tue mense consulit. De adventu[1] magni patris incertus est rumor. Exules[2] Ioanni[3] favent et deum alienum adorant. Sed hoc nihil ad me. Ad te fortasse pertinebit providere, ne res Georgiana[4] detrimentum capiat, quanquam a bono non nisi bonum. Quis autem Alberto melior? Is ruinas civitatis fulciet, marcentia excitabit, contumacia domabit, ut populi plausus pre se ferre possit hanc exclamationem: „Advenisti, servator patrie. Salvus populus, salva patria, salvus pater patrie. Sine te nihil eramus, te presente respiramus, vigemus, secunda nobis pollicemur. Sed hec quoque nihil ad me. Ad Herebordum, clarissimum iuvenem, non dabo consolationem, quia prodigum patrem[5] amisit, imo premisit ad communem locum, unde negant redire quenquam. Adamum audi et ama me te amantem. Irasci possum, obiurgare soleo, me nosti. Sed non possum non amare perpetuo, quos semel amicicia dignos iudicavi. Vale.

Post Martini solemnia.

Handschriftl. F 520 fol. 330r. Gedr. b. Tz S. 225 — 226 *von* De ad ventu *bis* redire quenquam.

---

547. M. an Justus Jonas. (Gotha) 1515. November 28.

Mut. bittet den Justus Jonas, sich des Tilonius bei einem Prozesse anzunehmen, freut sich, dass Hessus viel Beifall in seinen Vorlesungen findet und erkundigt sich nach einem Nordhäuser Philosophen in Erfurt. Grefendorfer schreibe nichts, Petrejus wolle nach Rom zurückkehren. Camers, der Verfasser des Pliniusindex, habe auch ein Repertorium für das Corpus iuris verfasst. Spiegel nenne sich seltsamerweise Lehrer der neuen Rechte.

Iusto Ionae iurisperitissimo et quasi polyhistori, amico dilecto.

S. p. d. Arbitrabar te abesse. Absentie favet Harpocrates; ideo

---

[1] Vgl. den vorigen Brief.
[2] Die in der Verbannung lebenden Erfurter Patrizier.
[3] Herzog Johann von Sachsen.
[4] Es war zu befürchten, dass der neue Erzbischof das Kloster für die Hinneigung seines Abtes zu Sachsen büssen lassen werde.
[5] Vgl. Br. 111 S. 152 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/216

veniam meruit silentium. Sed noster Tilonius[1] ludi magister te Erphordie adibit, ut iam sine culpa tacere non possim. Accitus est forensi vocabulo, it in ius. Tibi patrono se et litem commendat. Racio vocabuli sive citacionis in eo est, ut querimonie cuiusdam asini Cumani[2] respondeat. Mira hominum impacientia. Nemo dici vult Apuleius et tamen infiniti sunt asini. Porrige rosas adversario, ut asinum suum exuat, ut resipiscens Tilonio negocium facessere desinat. Quid agunt familiares Petreius[3] et Eobanus? Eobanum profiteri dicunt in maxima celebritate discentium. Laudant, qui audiunt. Et meus Suebus[4] testatur se audiendo proficere. Gratissimum id mihi. Quis est ille civis[5] tuus, qui latine philosophari dicitur? Bacularius literarum sic incumbit, ut laudem inter suos obtineat. Nihil ad me scribit nobilis Grebndörpher. Iucundum nobis esset, si me iure suo perfunderet. Fortasse te magistro pythagorissat et amicos puro silentio colit. Ingeniosum Petreium[7] Romam repetere velle aiunt. Utinam feliciter! Amo hominem, testis est mihi veritas. Bonis literis omnibus ornatus est et singulari humanitate morum. Hec ipsa dexteritus plurimum me in amico delectat. Arrogantiam et fastum non fero. Dicito salutem familiarissimis. Ego heri vidi Ioannis Camertis[8] Plinianum indicem mon-

---

[1] Wahrscheinlich „Ioannes Tylus de Eisenach“ der Schüler des Tilonin (vgl. Br. 245 S. 322 Anm. 5.), wenn man nicht an „Iohannes Tile de Gotha“ denken will, welcher 1506 zu Ostern die Universität Erfurt bezog.

[2] Vgl. Erasmus. Adagia. p. 122/3.

[3] Petrejus ist demnach von seiner Romreise zurückgekehrt.

[4] Die Erfurter Studentenmatrikel führt Michaelis 1516 einen „Eberhardus Suebus nobilis“ auf, der möglicherweise mit dem hier Erwähnten identisch ist. Er müsste alsdann schon vor der Immatrikulation an den Vorlesungen des Hessus teilgenommen haben. Aus den mehrfachen Erwähnungen seitens Mutians lässt sich entnehmen, dass er demselben sehr nahe gestanden hat. Einen fleissigen Hörer des Hessus nennt ihn Megabacchus in einem Briefe an diesen (Erfurt 1528): Misit ex Trifordia ad me literas inclusas tibi reddendas iuvenis et literis et imaginibus clarus tuusque olim auditor Erfordiae diligens et nunc amicus integer. 1521 erhielt er durch Urbans Vermittlung die Pfarre des Heinrich Rossbach, Vikars in Tambach. (Nach einem Briefe Urbans an Spalatin im Baseler Codex G I. 31.)

[5] Diese Nordhäuser Persönlichkeit lässt sich nicht näher bestimmen.

[6] Johannes Grefendorf, immatrikuliert als Ioannes de Grifendorff de Knaw nobilis (Ostern 1512), später kursächsischer Kämmerer, vielleicht auch derselbe, welcher im Registrum subsidii S. 60. 61 und 74 als Pfründeninhaber erwähnt wird, hat sich Mutians, als er in den letzten Lebensjahren in bittere Not geraten war, aufs freundlichste angenommen, wie aus 2 Briefen Urbans vom Frühjahr 1524 (Baseler Codex G. I. 31 fol. 82 und 84) hervorgeht.

[7] Die projektierte Reise ist nicht zur Ausführung gelangt.

[8] Johann Camers, ein Italiener von Geburt, lehrte erst in Padua, später an der Wiener Universität Philosophie, und erwarb sich durch eine Reihe von

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/217

strante Tilonio. Legebatur in privilegio cesaris apposito in gratiam conditoris Camertem istum in pandectas legum fecisse repertorium. O, si haberemus! Quidam cognomine Spiegell dictus est novorum iurium professor.[1] Que sunt ista iura recentia? Audire tuam opinionem aveo. Existimo significari codicem Iustiniani. Nam quod vetus ius enucleat, novitatem habet. Quanquam Maximi Emyliani edicta vulgo cognita enarratore vere magno sunt digna. Accidit, quod commodius sit nostri temporis acta, facta, statuta, decreta exposuisse, quam pervetustas leges quantumvis sanctas, augustas, religiosas. Vale mi Iona.

Ad divi Rufi natalem Mdxv. Ch. Mutianus.

Gedr. *in Neue Mittheilungen des thür.-sächs. Geschichtsvereins Bd III Heft 4 S. 162—163. Der in der Meininger Gymnasialbibliothek früher vorhandene Originalbrief ist jetzt leider verschwunden.*

---

548. M. an Nepotian. (Gotha 1513—1515.)

Mut. ermahnt den Schwestersohn Urbans, welcher durch grossen Schneefall länger in Gotha aufgehalten war, ruhiger und vorsichtiger zu sprechen.

En redit Urbano consanguinitate propinquus,
Delituit mecum qui remorante nive.
Arva simul Zephyrus glacie concreta resolvit,
Liquitur in gelidis nix madefacta viis.
Tunc alacer dominum repetens „tranquille valebis“
Dixit et armata cessit ab aede manu.
Fata renarrabam passos graviora luporum
Dentibus, haud timuit tanta pericla Nepos.
Sed timuit tetros, quibus est custodia portae,
Auxilio quamvis tutus iniret iter.
Ultima, quod multum fuit asperitatis in[a] ore,
Haec mandata forent, quae retinenda dedi.
Disce Nepos cauto, quoniam verbosa nocentes
Arguit asperitas, mitius ore loqui.

Gedr. 1) *im* Libellus alter 15 v. 2) b. Tz. Rel. Epist. Mut. S. 103.

[a] *Tz* en.

Klassikerausgaben grosse Verdienste. Sein Index zur Naturgeschichte des Plinius erschien 1514. Vgl. Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissenschaftlicher Bildung Bd. 3 S. 299 ff.

[1] Ein Beweis für die juristische Lehrthätigkeit des Jakob Spiegel an der Wiener Universität. Sein neuester Biograph Dr. Gustav Knod (Jakob Spiegel aus Schlettstadt. Ein Beitrag zur Geschichte des deutschen Humanismus. Beilage zum Programm des Realgymnasiums zu Schlettstadt. 1884) zieht dieselbe einigermassen in Zweifel.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/218

549. M. an einen Unbekannten. (Gotha 1514 oder 1515.)

Mut. empfiehlt den Thomas, welcher eine Bitte an den Adressaten richten will.

Patrono[1] suo.

S. Illud multi et egregii viri persuasum habent locum habere in curia Moguntina Mutiani studium et fidem, et hec est causa, cur plurimi utantur mea commendacione, sive placandus sit iudex, sive scribarum decuria ad graciam flectenda. Ego quum prodesse hac ratione possum, libenter fero opem rogantibus. Thomas[2] officialis tantum tribuit mee erga tuam dignitatem observancie, ut etiam brevissima commendati uncula credat se fore apud aures tuas favorabilem. Hec spes ne eum fallat, te ita rogo, ut maiore diligencia rogare non possum. Quid petat, ignoro. Nihil temere affirmare nec astute reticere soleo. Suffi-cit, ut tibi quam maximas agat gratias et intelligat me summa fideli-tate scripsisse. Vale.

Handschriftl. F 118 fol. 95r.

---

550. M. an Heinrich Helt. (Gotha 1514—1515.)

Mut. ermahnt den Heinrich Helt, das geliehene Geld dem Adamus Publius zurückzugeben.

Henrico Helt,[3] bonarum artium studioso.

Henrice, amice mi non vulgaris, salvus sis. Tibi gratulor, quod studeas inter philosophie sectatores non solum bonis literis, sed eciam sanctis moribus. Nam institutiones et precepta magistrorum, etsi per se amplissima sunt, tamen cum integritate morum coniuncta perfectum virum et usquequaque laudabilem faciunt. Est autem illud inter decreta philosophie non postremum, ut fidem prestes et minutas illas pecuni-arias suppetias Adamo[4] tuo restituas, id quod te docuit tum communis patria tunm ipsa virtus tua. Vale.

Handschriftl. F 427 fol. 267v.

---

551. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1515.)

Mut. schickt dem Hessus Epigramme.

Eobano, poete primi nominis.

Habes in levem Tiliam[5] levicula epigrammata. Nolui esse loqua-cissimus. Modus enim, nisi eloquentia sit Homerica, servandus.

---

1 Vielleicht Nicolaus Engelmann, der Mainzer Küchenmeister, oder Johann Sömmering, der Sigillifer.

2 Vgl. Br. 364 S. 22 Anm. 10.

3 „Henricus Hyldt de Aschenborgk," der Mich. 1513 in Erfurt immatrikuliert wurde.

4 Dem Adamus Publius.

5 Unverständliche Bezeichnung der angegriffenen Persönlichkeit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/219

Nunquam utilis copia nisi cum necessaria. Qui aliter sibi persuadet, tinnitum[a] cit ut balneator pelvim pulsans. Vale, salve.

Handschriftl. F 480 fol. 305 r.

[a] *F* tinitum.

---

552. Eoban Hessus an Mutian. (Erfurt 1515?)

Der Dichter beschwört den Mutian, ihm seine Gunst wiederum zuzuwenden, vor allen Dingen aber den Grund seines Zürnens anzugeben.

Per te, si qua fides unquam tua pectora novit,
Si qua tibi est virtus, si qua tibi est pietas,
Per te, Rufe, lyre et patrie communis amorem
Perque, quod est usquam, per superosque precor,
Que tandem ratio est, qua nos contemnere possis?
Ne, precor, ulterius dissimulare velis.
Plectitur[1] immerito, qui, quo sit crimine lapsus,
Non videt et sontem se sine teste dolet.
Ut modo contemnas, (erit hoc fortasse ferendum,
Sed graviter) causam, qua premor,[a] ante doce.
Heu male non patiens animi dolor imperat ire
Musaque pene ausa est indoluisse palam!
Forsan amicitie nimium iuveniliter acte
Queque videbatur gratia, pena fuit.
Ah, ego cur unquam miser ad tua limina veni,
Dure vir, et nostro crimine pene nocens?
Parce tamen (quoniam prestat tentare rogando)
Invidia non sum dignus, amice, tua.

Handschriftl. F fol. 330 v — 331 r. *zwischen* No. 521 *und* 522. Gedr. b. Tz. S. 226 *bis* 227. *Vollständig.*

[a] *Tz* sed tamen *anstatt* qua premor.

---

553. M. an Bernhard Ebeling. (Gotha 1515?).

Mut. macht dem Ebeling Vorwürfe, dass er ihm nicht vom Prozesse abgeraten. Er habe denselben angestrengt lediglich zu dem Zwecke, um das Haus nicht zu entweihen zu lassen. Beide hätten sich durch ihn geschadet.

Canonico et severo patri Bernardo Brunopolite,[2] philosopho et iurisperito, amico prestanti, Mutianus.

---

[1] Vielleicht sind die Br. 493 und 494 zur Erklärung des Gedichtes herbeizuziehen.

[2] Bernhard Ebeling aus Braunschweig war Professor beider Rechte und Kanonikus zu St. Severi in Erfurt. Er wurde Mich. 1481 immatrikuliert als

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/220

S. p. d. Sero nimis intellexi, Bernarde doctissime, tua ope et opera velut cuiusdam magni logodędali ut diuturnam ita molestam produci et remorari controversiam, quam insigni lesus contumelia non sine bonorum consilio et maiorum imitacione suscepi, adductus eciam honesta quadam necessitate, ne domus[1] immunis et Deo dicata prophano gynęcio ceu impuro sterquilinio contaminaretur. Miratus sum vehementer mutatam in te philosophicę dignitatis et morum civilium condicionem, ut oblitus veterum studiorum et immemor amicicię malueris de officio humanitatis decedere propter alienissimos et nocentissimos homines et tranquillitatem animi turbidis rixatoribus convellendam obiicere quam me seorsim, quod mihi gratum et tibi honorificum fuisset, admonere. Nam auctoritate et industria tua stupefactus vel potius deterritus libenter intentionem actionis remisissem et sustinuissem calorem et impetum et tua plaustra verborum non fuissent in forum pertracta et uterque nostrum minus male audiret. „En“, inquiunt momi, „ut dimicant de asini umbra philosophi, ut barbare certant, ut anilem fabulam agunt!“ Arbitrantur enim isti curiosi me respondisse patrono[2] deliaco, id quod nunquam mihi faciendum putavi, ne ineptus venali et sordido stilo latinitatis sanctitatem polluerem. Sed taceo. Tu me faventem et benevolum habes, ut semper habuisti, sive cum pecuniosa et nefaria corruptrice, cum furioso et perdito deiectore elogii cecideris in acie, sive penes te et clientes steterit victoria. Bene vale.

Mutianus.

Handschriftl. Autograph der Gymnasialbibliothek in Meiningen.

---

554. Petreius[3] an Mutian. (Erfurt 1516.[4]) Januar 26.

Petrejus meldet den Triumph Reuchlins, der hoffentlich alle Poetenfeinde verstummen mache. Leo X. bewundere die Gelehrsamkeit Reuchlins, dessen Kölner Feinde die schmälichsten Strafen verdienen.

Doctissimo integerrimoque iuris doctori Mutiano Rufo, canonico Gothano, meo patrono unico.

„Bernhardus Ebelingk de Brunswigk,“ erhielt 1488 den Grad eines Magister artium und wandte sich dann dem Studium der Jurisprudenz zu. Mehrfach begegnet er uns unter den Rektorwählern (Mich. 1500 und 1501, sowie Ostern 1502), im Sommer 1517 bekleidete er selber die Rektorwürde. An den grossen Kämpfen seiner Zeit scheint er entweder gar nicht oder doch nicht in hervorragender Weise teilgenommen zu haben, da sein Name nirgends genannt wird.

1 Wahrscheinlich handelt es sich um das in unserm Briefwechsel so oft genannte Erfurter Haus, das Mutian schliesslich (1515) durch Prozess verlor.

2 Es ist nicht klar, wen Mutian hier meint.

3 Er war etwa im November 1515 aus Rom zurückgekehrt. Vgl. Br. 547.

4 Die zur Beurteilung des Augenspiegels vom Papste eingesetzte Kommission entschied am 2. Juli 1516 zu Gunsten Reuchlins. Mutian zeigt sich bereits

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/221

S.[a] Dicitur noster Reuchlin de inimicis triumphasse et non dicitur tantum, sed etiam triumphavit. Io pęan, io triumphe! Nescio an unquam alias quicquam acciderit, quo de ordo noster tam[b] merito gaudeat. Habiti sumus plerumque,[c] qui hiis[d] studiis delectamur, ad civilia negotia obeunda inepti, habiti etiam infelices. Atque ego sane[e] multoties talia audivi[f] blaterantem M. Antonium:[1] „Moriones sunt, infortunati, decoctores, contempti sunt poete[2] isti.“ Scilicet omnibus bonis artibus pręferebat homo Thrasoniana[g 3] arrogantia iurisprudentiam suam, cum tamen ipse nihil esset[h] minus quam iuris consultus, nisi forte in illo iure profecerit, de quo Cicero dixit (cum Cocum[i] quendam iniquo ferret[k] animo ad equestrem ordinem sublimatum) optimo eum iure hunc meruisse locum. Atqui duplicem hanc infamiam uno triumpho Capnion a nobis abstulit. Qui enim tot inimicis potentibus, vafris, divitibus unus homo par esse potuit sine summa prudentia, summo consilio, summa fęlicitate. Retulit mihi Romanensis quidam tabellio, cui plurimum tribuo, Leonem pontificem inter familiares dixisse non se existimasse omnes Germanos tantum scire, quantum unus sciat Capnion. Quę vox tametsi patrię nostrę despectui esse forte[l] possit, ab omnibus tamen ferenda laudandaque est, cum illi homini virtutis testimonium prębeat, qui, quicquid est apud Latinos, Gręcos, Iudęos reconditi, suis humeris in nostrum orbem advexit. Mihi sane hoc doctissimi principis (hanc enim laudem nemo Leoni demere potest) elogium mirifice placet neque tibi displicere crediderim. Quid Hogostrato ominabimur? Laqueum. Quid Tungaro, Pepericorno, Ortvino? Cicutam, numellas, exilium. Nos autem[m] Capniophili cum nostro victore gaudeamus diis

[a] *Fehlt im* Cod. Goth. [b] *Fehlt im* Cod. Goth. [c] *Fehlt im* Cod. Goth. [d] Cod. Goth. his. [e] *Fehlt im* Cod. Goth. [f] Cod. Goth. audivi talia. [g] Cod. Goth. Thrasonica. [h] *Fehlt im* Cod. Goth. [i] Cod. Goth. socium. [k] Cod. Goth. ferret iniquo. [l] Cod. Goth. forte esse. [m] Cod. Goth. vero.

---

am 13. September desselben Jahres darüber informiert. (Vgl. Br. 565). Demnach sollte man den vorliegenden Brief 1517 ansetzen, wenn man nicht annehmen müsste, dass schwerlich ein Vertrauter Mutians, wie es doch sicherlich Petrejus war, mehr als 4 Monate in Unkenntnis über ein so wichtiges Ereignis bleiben konnte. Es handelte sich aber hier, aller Wahrscheinlichkeit nach, um ein falsches Gerücht, das dem Petrejus von unkundiger Seite zu Ohren gekommen war.

[1] Heinrich Göde. Vgl. Br. 367 und 376.

[2] Aehnlich ist die Auslassung der Antoniastri über die Poeten in Br. 140 S. 198.

[3] Thraso ist der Name des Miles gloriosus in dem Eunuchus des Terenz.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/222

immortalibus (quorum numine ita evenit) gratias perpetuas agentes. Vale, mi Mutiane, preceptor et patrone et pater et amice dulcissime.

Ante VII Calendas Februarias[a]. Tuus Petreius.[b]

Handschriftl. 1) Collectio Cameraria Mon. vol. XVI ep. 59, Autograph (?). 2) Cod. Goth. chart. 399 fol. 255v—256r, Abschrift d. 16 Jhdts.

[a] Cam. Februar. Cod. Goth. Februarii. [b] Cod. Goth. Petreius Aperbacchus tuus.

---

555. Petrejus an Mutian. (Erfurt 1516 Anfang April.)

Petrejus glaubt dem Mutian einen grossen Gefallen zu erweisen, wenn er ihm Aufschluss über die Personen giebt, welche in Rom für Reuchlin thätig sind. Galatin sei mit einem grossen Werke, das die Verteidigung Reuchlins bezwecke, eifrig beschäftigt. Herebord v. d. Marthen habe um Uebersendung des Epistolae obscurorum virorum gebeten.

Ornatissimo eloquentissimoque doctori Mutiano Rufo, preceptori venerando.

S. Scio nihil tibi gratius facere posse, quam ut Capnionis[1] caussam omnibus, ut dicitur, lineamentis tibi exprimam. Heres enim favesque πολυγλώττῳ, Germanorum polyhistori ut qui maxime.[a] Eo itaque consilio binas hasce literas, alteras Reuchlini,[2] alteras Humelbergii[3] heri mihi redditas tibi legendas transmitto, tamen ut, ubi perlegeris, remittas, ut hominibus optimis olim opportunum nuncium adeptus respondere valeam. Non potui universe statum caussę quam Humelbergius[b] expressius[c] neque maximam Capnionis spem clarius exprimere quam ipsemet. Verum quoniam non arbitror ingratum tibi futurum,[d] si de omnibus personis, quarum in literis mentio fit, paucula quedam perscripsero, fungar nomenculatoris partibus et istud tanquam auctarium addam.

Humelbergius ipse[f] natione Suevus, iuris licenciatus, ut vocant, Aleandro[4] et Hermonymo Spartiate[5] preceptoribus tantam grecis

[a] Cod Goth. *und* Geig. maxime eo itaque. [b] Cod. Goth. *und* Geig. Hummelbergius. [c] Geig. expressus. [d] Cod. Goth. *und* Geig. Verum tibi non ingratum fore arbitror. [e] Cod. Goth. *und* Geig. nomenclatoris. [f] Cod. Goth. *und* Geig. Hummelbergius (*ohne* ipse).

---

[1] Vgl. den vorigen Brief.

[2] Er ist datiert vom 18. Oktober 1515 aus Stuttgart und wurde vom Schreiber nach Rom gesandt, von wo indessen Petrejus mittlerweile abgereist war. Hummelberger übernahm deshalb seine Beförderung nach Deutschland. Handschriftlich findet sich derselbe im Codex Monacensis 4007 fol. 79v—80r, woraus ihn Horawitz. Wiener Sitzungsberichte Bd. 85 Jahrg. 1877 abgedruckt hat.

[3] Vgl. über ihn Br. 426 S. 85 Anm. 1. Hummelberger schrieb am 24. Jan. an Petrejus und übersandte zugleich den Reuchlin-schen Brief. Auch dieses Schreiben ist im Codex Monacensis 4007 fol. 78r—79v aufbewahrt und bei Horawitz S. 145—148 abgedruckt.

[4] Vgl. über ihn Allgemeine deutsche Biographie.

[5] Er lehrte vornehmlich in Paris.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/223

disciplinis[a] operam navavit, ut iam sine cortice citra periculum natare queat. De latinarum[b] et iuris cognitione nihil adtinet dicere, moribus alioqui tam candidis, ut quemque bonum ad se amandum compellat, Peutingero, Erasmo, Beato[1] multisque preterea carissimus. Vanderviggius[c 2] Vuestphalus, utriusque iuris doctor, acerrimo ingenio, eo Capnionem, quanquam de facie incognitum, amore prosequitur, ut maximam laborum partem solus obeat idque[d] (quod in causidico, tum precipue Romanensi rarissimum est), gratuito. Quocirca ubi, ut spero, Capnion triumphabit, haud multo minus Vanderviggio[e] debebit quam Theseo Hercules. Huius contubernalis Martinus Groningus[3] et ipse iureconsultus,[f] sed grecę politiorisque literaturę longe doctior Oculare Speculum latinitate[g] donavit. Idque ea de ca ussa: Cum forte fortuna theologistici procuratores ab auditore cardinalis instantissime sententiam peterent, obtulerunt cacatum istum Coloniensum libellum propositio num, ut ipsi aiunt, de fide suspectorum[h] et male sonantium in Speculo Oculari, super quo sententia ferretur. Vanderviggius,[i] qui quasi oculis cerneret,[k] si id fieret, ne Salutem quidem ipsam[l], si vellet, suas partes servare posse, excepit oportere de volumine Reuchliniano toto,[4] non in frusta secato (quasi Pelops esset aut Hyppolytus[m]) pronunciari. Atque ad unam hanc[n] exceptionem tanquam ad sacram anchoram tum confugiendum erat. Placuit id auditori et ita fieri debere[o] decrevit. Solus tunc aderat Martinus, qui interpretationis onus acceptaret et tametsi Bremę natus, ubi dialectos[p] Reuchliniana parum trita est, egregie muneri suo satis fecit. Iacobum Questenbergium[q 5] persuasissimum habeo vel fama tibi cognitum. Diutissime nanque Romę versatus eo auctoritatis[r] pervenit, ut in scribarum diplomatum pontificalium[s] ordine, quem honoratissimum esse non ignoras, parem vix habeat, quem ad modum et Germanos omnis,[t]

[a] Cod. Goth. *und* Geig. literis [b] Cod. Goth. *und* Geig. literarum. [c] Cod. Goth. *und* Geig. Vandervigius. [d] Geig. utque. [e] *Wie in* c [f] Cod Goth. *und* Geig. iurisconsultus. [g] Geig. latinitati. [h] Geig. suspectarum. [i] *Wie in* c. [k] Geig. caneret. [l] Geig ipsum [m] Cod. Goth. *und* Geig. aut Hyppolitus esset. [n] Cod. Goth. *und* Geig. hanc unam. [o] *Fehlt im* Cod Goth. *und* Geig. [p] Geig. dialectus. [q] Cod. Goth. Questenburgum, Geig. Questenbergum. [r] Cod Goth. *und* Geig. autoritatis. [s] Cod Goth. *und* Geig. pontificialium. [t] Cod Goth *und* Geig. omnes.

---

[1] Beatus Rhenanus. Vgl. über ihn Horawitz in den Wiener Sitzungsberichten Bd. 71 Jahrg. 1872 Heft 4—7 und Bd. 78 Jahrg. 1874 Heft 8—10.

[2] Vgl. über ihn Geiger. Johann Reuchlin. In den Acta iudiciorum heisst es von ihm fol. I 3[a]: providi viri M. Ioannis van der wick in Romana curia causarum et Io. Reuchlin legum doctoris principalis in preinsertis commissionibus principaliter nominati procuratoris.

[3] Vgl über ihn Geiger. Joh. Reuchlin.

[4] Vgl. Acta iudiciorum fol I 5v—I 6. [5] Vgl. Geiger. Joh. Reuchlin.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/224

quotquot Rome sunt, eruditione longissime antecellit. Stephanus autem Rosinus,[1] ut Cesaris sollicitatorem decet, in magna apud senatores omnis[a] purpuratos existimatione, gratia mirifice pollet. Galatinus[2] patria Dyrrhachinus,[b] natione Epirota, latine, grece, hebraice[c] chaldaiceque eruditissimus iam tum, cum ego adhuc Rome essem, in defensionem Capnionis scribere inceperat conarique demonstrare omnia nostri dogmatis mysteria in Thalmudicis voluminibus haberi. Dumque ego discederem, decem volumina absoluta erant, dicebatque superesse faciunda[d] (ni memoria labor[e]) adhuc octo.[3] Hiis itaque[f] Argonautis spero Capnionem aureum vellus ex Colchide, hoc est, speciosissimum de diabolis suis victoriam, relaturum. Vale et me ama.

Die Dione.[g 4]

Brevi te videbo. Herebordus[h 5] petit a me, ut epistolas[6] obscuro-

[a] Cod. Goth. *und* Geig. omnes. [b] Cod. Goth. *und* Geig. Dyrachinus. [c] Cod. Goth. *und* Geig. ebraice. [d] Cod. Goth. *und* Geig. facienda superesse. [e] *Das Eingeklammerte fehlt im* Cod. Goth. *und b.* Geig. [f] Cod. Goth. *und* Geig. His igitur. [g] Cod. Goth. *und* Geig. Diana. [h] *Von hier bis* imperatori *fehlt im* Cod. Goth. *und* b. Geig.

---

[1] Vgl. Saliger. Progr. des Olmützer Obergymnasiums. 1876. S. 33.

[2] Vgl. über ihn Geiger. Joh. Reuchlin.

[3] Das Werk erschien wahrscheinlich erst 1518. Sein Titel lautet: Opus toti christiane Reipublice maxime utile, de arcanis catholice veritatis, contra obstinatissimam Iudeorum nostre tempestatis perfidiam: ex Talmud, aliisque hebraicis libris nuper excerptum et quadruplici linguarum genere eleganter congestum. Vgl. Hutt. op. ed Böcking. Suppl. II p. 91.

[4] Anstatt Veneris.

[5] Er weilte als Erfurter Gesandter in Nürnberg. Scheurl schreibt am 25. März 1516 über ihn an Trutfetter (Scheurls Briefbuch S. 153): Herebordus Margaritus rector vester cum collegis, inter quos est librarius tuus, in me multum officiosus est. Hesternum diem et pransus et coenatus secum sum ... Eos deduco per civitatis loca insignia ... Oratores vocati sunt ad Caesarem, ut amice tractent causam exiticiorum, sed dies ad Calendas Maias prorogata; interea exspectant responsum, liceatne tuto regredi.

[6] Dies ist die frühste mir bekannte Erwähnung der Epistolae obscurorum virorum seitens eines Mitgliedes des Mutianschen Kreises, wenn auch nicht die frühste überhaupt, da beispielsweise Scheurl ihrer bereits in einem Briefe an Trutfetter vom 24. Februar 1516 (Scheurls Briefbuch S. 148) gedenkt: Epistolas obscurorum virorum neuter nostrum vidit, dicuntur tamen extare, iussi in proximis nundinis Francofordensibus inquiri summa diligentia, ut ad te quoque deferantur. Petrejus scheint sich mit der geheimen Verbreitung der Briefe befasst zu haben, wenigstens lässt dies eine Stelle in einem andern Scheurlschen Briefe (vom 26. März 1516, Briefbuch S. 153) schliessen: Petrus Aperbachus, affinis Herebordi nostri, habet libellum obscurorum virorum, sed quia putatur de ordine nostro non velle illiberaliter mereri, consignatum tibi tradet ad me mittendum; liberaliter igitur resigna una cum litteris.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/225

rum virorum Norinbergam mittam. Si adhuc habes, gratificare, quesumus, copiarum nostrarum imperatori

Petreius.[a]

Eobanus contubernalis noster te salutat.[b]

Handschriftl. 1) Coll. Cam. Mon. vol. XVI ep. 58. *Autograph.* 2) Cod. Goth. chart. A 399 fol. 256 r — 257 r. *Abschrift.* Gedr. b. Geiger. Johann Reuchlins *Briefwechsel* S. 248 — 249. *nach dem* Cod. Goth.

[a] Cod. Goth. *und* Geig. Petreius Aperbachius tuus. [b] *Dieser Satz fehlt im* Cod. Goth. *und* b. Geig.

---

556. Eoban Hessus an Mutian. Erfurt (1516, April.)

Hessus sucht Entschuldigung seines seltenen Schreibens in demselben Fehler Mutians, freut sich über die dem Freunde jüngst zu teil gewordene fette Pfründe und bereut die neuliche Trunkenheit. Für seine Zukunft in Erfurt ist er voller Hoffnung; vorläufig schreibt er gemeinschaftlich mit Petrejus Epigramme.

Venerando Mutiano Rufo, viro excellenter docto nec minus humano, suo amicissimo Helius Eobanus Hessus S.

Quod rarius fortasse, Mutiane, quam oporteat, ad te scribam, tu ipse es in causa, qui iterum odiosum istud Pythagoricum agis silentium. Tametsi quid tu toties Eobano? sed opportuit me tibi saepius. Nihilo tamen secius et ipse te amo et me a te amari puto. Ex proxima pinguis sacerdotii[1] accessione sum vehementer laetatus; vellem enim vel ipsum terrarum orbem te in tua tranquillitate possidere. Cum autem deesset argumentum epistolae, volui paucis tibi significare nunquam aliqua fortuna futurum, ut te amare, colere tuaque omnia admirari desinam. Satin' hoc? Abunde quidem, Mutiane, qui non tam verba consyderat[a] quam introspicit animum. De me quid agam, nihil certi significare possum, nisi quod in medio fluctuantis fortunae arbitrio suspensus pendeo. Itaque dulciter insanio, ut sperare non desistam. Vix alicuius unquam facti maiore sum ductus poenitentia quam fuisse apud te perpotum.[2] Eiusque cotidie me admonet noster Statius[3], qui alioqui mihi supra modum est iucundus, sed hoc molestus, quod testis culpae semper accedit. Oro, Mutiane, ama conterraneum tuum illum, quem olim tanti faciebas, ut diceres: „Hesse puer, sacri gloria fontis eris!“[4] Utinam nunc dicas: „Hesse vir, aeternae nomina laudis habes.“ Nondum enim iste invenilis animi fervor elanguit, tametsi multum luminis multis potationibus est extinctum. Novi nihil habeo, quod ad te mittam. Spes bona est in manibus, quam si arripuero, gratum senties, gratissi-

[a] *Tz* desiderat.

---

1 Näheres über diese fette Pfründe ist nicht bekannt.
2 Vgl. Br. 493 S. 153 Anm. 3.
3 Eine nur hier genannte Persönlichkeit. 4 Vgl. Br. 416 und 417.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/226

mus civis apud magistratus sum. Haec tibi in aurem, reliqua intelligis. Qui tibi has reddidit, domesticus meus est, homo totus probus et innocens, quem uno haustu poteris exhilarare. Petreius et ego omnes fere dies consumimus[1] scribundis epigrammatis, sed ut plerunque lascivis, sine teste tamen. Tu vale et rescribe, precor.

Cursim. Ex Erphurdia.

Hodie ad prandium vado ad Sommaringum,[2] communem patronum, cum quo et sepe et libenter sum, qui tui est amantissimus. Dii boni, quam pleno te ore laudat!

Gedr. 1) in Helii Eobani Hessi, poetae excellentissimi et amicorum ipsius epistolarum familiarium libri XII, quibus non modo vita illius, sed et aliarum rerum descriptiones pulcherrimae scituque dignissimae continentur. Marpurgi a. 1543 in fol. S. 8—9. — 2) b. Tz. Rel. Ep. Mut. S. 68—69.

---

557. Crocus[3] an Mutian. (Leipzig 1516. April.)

Das Büchlein solle zur „Beata tranquillitas“ eilen, den Bewohner grüssen und um milde Beurteilung bitten.

Ad librum, ut Mutianum[a] utriusque iuris doctorem, amicum suum plurimum venerandum, salutet.

Si roges, qualis domus est petenda,
Parve, terrarum volitans per orbem
Sit tibi codex, aliam recuses,
Scripta ubi quam sit

Aurea multo potiore furva
Littera sententia (fronte in ipsa
Liminis) dives nimium (beata)
Dicere versus.

Non sinit nunc me reliquum latinus,
Sed rotundo sic sonat ore greca
Musa: Cunctis ἔντιμον ἁ γαλάνα
Κτᾶμα παιδευτοῖς.[b 4]

[a] Muttianum. [b] πεδευτῷς.

---

1 Vgl. den Schluss des vorigen Briefes.
2 Der Sigillifer Johann Sömmering ist gemeint.
3 Vgl. über ihn Horawitz in der Allgemeinen deutschen Biographie. Er wirkte zur Zeit der Abfassung dieses Gedichtes als Lehrer des Griechischen an der Leipziger Universität und besuchte noch in demselben Jahre Mutian in Gotha (Vgl. Br 565.) 4 Scheint ein Citat zu sein.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/227

Istius sed ne simulata fallat
Te boni tanti speties, amoena in
Valle Gottam quaerito, Mutianum
Quęrito Ruffum.

Quem aede si sacra invenias locantem
Vel rei divinae operam domive
Mente tranquilla studia aucupantem,
Dulce saluta.

Atque citra ullum strepitum decenter
Unicum vitę venerare nostrę
Normam et exemplum iubeasque salvus
Vivat et optes.

Et diu vive et, quod ei omnia est, dic:
Vive tranquillę, bone Mutiane.
Sic salutem te Crocus imperavit
Sępe Britannus.

Gratias multo cupiens referre
Plurimas absens, tua quod fovebant
Tecta prȩsentem potiora regum
Aedibus illum.

Perlegas orans opus hoc- suum, quod
Forte amico, sed minimę placere
Iudici posset tibi, tu' ergo amicus
Id lege, Ruffe.

Gedr. in M. R. Croci Londoniensis, tabulae, | grecas literas compendio dis | cere cupientibus sane quam utiles, in quibus hec | habentur contenta. | C. De pronunciatione literarum grecarum ex Aleandro | C. De formatione comparativorum et superlativorum | C. De temporum et modorum deductione. Ver(ba) i(n) ω baryto(na) | C. De verbis circumflexis. C. De verbis in Mt. Ex Theodori quarto de constructione adverbiorum. | C. Ex Urbano de verbis defectivis. 36 Bl. 4°. Lipsiae in aedibus Valentini | Schumann. Anno M. DXVI. *Das Gedicht steht auf* S. 69.

---

558. Crocus an Mutian. (Leipzig 1516. April.)

Mit Recht habe Mutian schwarze Lettern zu der Inschrift „Beata tranquillitas“ gewählt.

In beatam tranquillitatem Mutiani.[a]
„Beata“ qui „tranquillitas“
Rufi leges in ostio
Pictam notis nigellulis
Dignam aureis sententiam,

[a] Muttiani.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/228

Ne vellicaveris virum,
Nihil quod auri admiscuit,
Pascendam enim mentem putat,
Non blandiendum ocellulis
Vir omnium iam calculis
Bonus piusque et integer.

Gedr. in M. R. Croci Londoniensis tabulae etc. S. 69. *(Siehe die vorige Nummer.)*

---

559. Mosellan[1] an Mutian. Leipzig (1516.) Mai 25.

Mosellan klagt, dass die Aussicht auf eine gut honorierte Stellung in Böhmen ihm plötzlich entrissen sei, auch Spalatin ihm wenig Hoffnung mache. Seine Vorlesungen nehmen ihn so in Anspruch, dass für Uebersetzungen aus dem Griechischen keine Zeit übrig bleibt.

Mutiano Ruffo, iuris pontificii doctori doctissimo atque humanissimo, amico optimo.

S. P. Vide, quam nihil certum in rebus humanis sperare liceat, optime Mutiane. „Quid hoc“? inquies. In nostris hiis nundinis vernis heros[2] quidam Boemus τῶν πολυχρημάτων per suos legatos me ad se vocavit proposito eciam centum aureorum salario et, cum tempus iam statum appeteret, quo mittendus erat, qui me aveheret currus, ecce ad me adierunt, qui et heroa illum e vivis excessisse nunciabant et universam Boemiam seditionum procellis fluctuare. Quare consilium non esse, me eo ut conferrem. Quae ubi audissem, non tam fortunarum mearum calamitatem ploravi quam fati inevitabilis ludum risi. Quid enim facerem, quum videam universum hunc mundum sorsum ac deorsum misceri? Verum quod attinet ad ea[3], de quibus ante memini tibi scribere, Spalatinus noster ita nobis respondet, ut neque plane iubeat οἰμώζειν neque eciam spem magnam faciant, quae scribit. Neque vero

---

[1] Vgl. über ihn Schmidt. Petrus Mosellanus. Leipzig 1867 und K. u. W. Krafft. Briefe und Dokumente S. 118 ff. Er lehrte damals an der Leipziger Universität, wohin ihn Aesticampian gezogen zu haben scheint. Seine Bekanntschaft mit Mutian, der aus dem Petrus einen Phaedrus machte (vgl. Br. 562), datierte erst seit kurzem.

[2] Ueber dasselbe Missgeschick verbreitet sich Mosellan in einem Briefe an Spalatin (mitgeteilt nach dem Baseler Original bei Krafft. Briefe und Dokumente S. 146—147.

[3] Vielleicht waren schon damals Verhandlungen zwischen Mosellan und Spalatin wegen des ersteren Uebersiedelung nach Wittenberg an die dortige Universität im Gange. 1518 wurde diese Frage wirklich ventiliert. In einem Briefe an den Kurfürsten Friedrich den Weisen (Weimarer Gesammtarchiv Reg. O. p. 124 ZZ 2) schildert Spalatin den Mosellan als „frumm, still, zeuchtig vnd so gelart vnd verstendig in der lateynischen vnd krychischenn sprach, das er ser wol auß der krychischen sprach in die lateynische transferiret etc.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/229

hec ita accipias, quasi ad triarios res mea redierit. Immo fortuna meis meritis maior arridet, verum hanc ipsam et multis et laboriosis praelectionibus coemimus adeo, ut nihil sit ocii super, quo ingenii nervos transponendis graecis intendere liceat. Augetur ac crescit quotidie libraria nostra supellex adeo, ut si nihil aliud, hoc tamen solatii in nostris erumnis habeamus. Bene vale, Mutiane optime, quem solum hac Germaniae parte[1] habeo, in cuius sinum affectus meos transfundam. Iterum vale atque ignosce extempore scribenti.

Octavo Kalendas Iunias. Lipsiae.

Mosellanus tuus Φαῖδρος.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. XVI. ep. 13 *Originalbrief, doch nach einer Bemerkung bei der Adresse nicht von Mosellans Hand.*

---

560. Luther[2] an Mutian. Gotha 1516. Mai 29.

Luther entschuldigt sich, dass er bei seinem Gothaer Aufenthalte Mutian weder besucht noch eingeladen, doch wolle er nicht weggehen, ohne einen schriftlichen Gruss gesandt zu haben, wenn dies auch nur in bäurischer Weise einem solchen Gelehrten gegenüber geschehen könne. Johann Lange sei zum Prior in Erfurt ernannt worden.

Eruditissimo et humanissimo Conrado Mutiano, canonico Gothensi, doctori iurium, hoc est, optimo viro. Iesus.

Salutem in Domino. Quod humanitatem tuam, eruditissime et humanissime Mutiane, non visitaverim neque ad me invitaverim, fecit alterum festinantia itineris[3] mei pariter et officii iniuncti sedulitas, alterum vero tui apud me grandis opinio et vera reverentia. Recentior enim est amicitia[4] nostra mutua, quam ut humiliare adderem ad meam parvitatem visendam tuam in oculis meis et in re ipsa veram excellentiam. Sed nunc eo, quo iubeor et debeo. Nolui tamen te insalutatum, etsi subministraret meae ignorantiae et, ut ita dixerim, illoquentiae verecundia, sed vincit affectus in te meus et salutat te doctissimum, te delicatissimae eruditionis virum rusticus iste Corydon, Martinus, inquam, barbarus et semper inter anseres strepere solitus, sed scio, sed certus sum, sed vel praesumo, quod Mutianus cor praeferat

---

[1] Er stammte von der Mosel her.

[2] Luthers Bekanntschaft mit Mutian war damals sehr jungen Datums, da noch am 2. Mai 1515 letzterer sich über die ihm unbekannte Persönlichkeit des beredten Mönches belehren lässt. (Vgl. Br. 490 S. 150). Sie ist, aller Wahrscheinlichkeit, durch den gemeinschaftlichen Freund beider, Johann Lange, zu Stande gekommen.

[3] Luther war auf einer Ordensvisitationsreise begriffen. Vgl. Köstlin, M. Luther. Sein Leben und seine Schriften. S. 130 ff.

[4] Ueber Luthers Stellung zu den Humanisten und speziell zu dem Mutiankreise. Vgl. Köstlin S. 48—50.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/230

linguae et calamo, cor mihi ideo satis eruditum, quia satis in te amicum est. Vale, vale, optime pater, in Domino Iesu et memor esto mei.

Ex nostro monasterio Gothensi die 29. Maii 1516.

Frater Martinus Luther, decanus vicarius.

Unum te scire volo: Pater baccalarius Iohannes Langus[1], quem nosti et graecum et latinum, sed, quod maius est, sinceri cordis hominem, institutus est recenter a me prior[2] conventus Erfordensis. Tu homini apud homines bene facies et apud Deum bene precaberis. Vale.[a]

Extemporaliter, ut vides.

Handschriftl. Cod. Goth. chart. A. 399 fol. 121 v. Gedr. 1) in Epistolarum reverendi patris domini doctoris Martini Lutheri tomus primus continens scripta viri Dei ab anno millesimo quingentesimo septimo usque ad annum vicesimum secundum. A. Io. Aurifabro . . . collectus a. MDLVI Ienae. pag. 15. — 2) Tz. Rel. ep. Mut. p. 29—30. — 3) *Dr. Martin Luthers Briefe, Sendschreiben und Bedenken, vollständig aus den verschiedenen Ausgaben seiner Werke und Briefe gesammelt, kritisch und historisch bearbeitet von Dr Wilhelm Martin Leberecht de Wette. Berlin 1825—1865. 6 Theile. I. p. 21—22.* (*Wie* de Wette *angiebt, auch bei Val. Ernst Löscher. Vollständige Reformations-Acta und Documenta I. 810 und deutsch bei J. G. Walch. Martin Luthers sämmtliche Schriften XXI. 534 zu finden. (Ich gebe den Text nach der Handschrift; die Abweichungen der einzelnen Drucke mitzuteilen schien mir in diesem Falle nicht angezeigt.*

[a] *Cod.* Vade.

---

561. M. an Johann Lange.[3] Gotha (1516.) Juni 1.

Mut. schickt einen eigentlich für Crotus bestimmten Brief an Lange, da Austrius gerade da sei, der viel und interessant zu erzählen wisse. Gott möge Glück zur Priorwürde verleihen.

Reverendo Lango priori, theologo diserto.

S. d. Interventus tuorum mire vertit institutum meum. Daturus eram sterileis epistolas commodum absolutas ad Crotum[4] meum; eas, quia non magis hunc quam te complector, tibi, pater optime, dedico scripturus alia Croto. Neque enim sine literis Austrius[5] ille dimittendus erat, homo plenus fidei, ut obiter et stando iudicem, eciam ante comesum, ut aiunt, modium salis. Si fallor, errantem redargue. Idem, ut est extemporali facundia pręditus, plura narravit de tuo magistratu et hodierna concione preside conterraneo meo, viro doctissimo. Si placui, hoc erit mihi premii loco, sin autem ineptior fui, dabis veniam. Tu Martini nostri autoritate creatus es magister[7] ordinis tui. Deus bene

---

[1] Vgl. Br. 311 S. 405 Anm 1.

[2] Luther hatte soeben auch die Erfurter Augustiner besucht und bei dieser Gelegenheit Lange zum Prior eingesetzt. Vgl. Köstlin S. 130.

[3] Vgl. Br. 311 S. 405 Anm. 1. [4] Er hielt sich noch immer in Fulda auf. [5] Nur an dieser Stelle genannt.

[6] Es ist nicht ersichtlich, wer dieser Landsmann Mutians gewesen sei.

[7] Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/231

vertat. Discipulus est prioris posterior dies,[1] ut inquit mimographus, quanquam ipse literariam quietem vel amplissimis procurationibus anteferrem. Vale. Cursim.

Gothe. Ad Calendas Iunias. Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. VIII. ep. 24. *Autograph.*

---

562. M. an Petrejus. (Gotha) 1516. Juni 13.

Mut. wünscht, dass Petrejus den tüchtigen Griechen Mosellan, wenn er überhaupt Leipzig verlassen wolle, nach Erfurt zu ziehen suche und sich des Menius, welcher demnächst einflussreichen Erfurtern empfohlen werden solle, annehme.

Petreio integerrimo et doctissimo suo.

S. De Petro feci Phędrum.[2] Hec Attica Musa belle grecissat, docet plurimos. Vellem isthic ageret, nam Lipsi Crocus[3] grece profitetur Britannus, hic Mosellanus est adhuc admodum adolescens, homo, ut faciam summariam indicaturam, pius, disertulus, latinus atque ita grecus, ut admirari possis. Legit apte, cantat Homerum, Hesiodum, Theocritum. Eciamsi Rome esset, laudem inveniret. Scribe, amabo, ad Phedrum et invita sub hac lege, ut, si locum mutare[4] velit, ad vos devolet. Amisit Boemum. Princeps delector tenacior est quam fuit. Negat stipendia non paucis suo consulens fisco, etsi omnium Mecenas dici iure debeat Hec raptim a cena.

Eidibus Iuniis. Anno MDXVI.

Adest tabellarius Lipsim iturus, quem mihi Iustus Menius[5], matris tue servulus, vere bonus adolescens et docilis obtulit. Hunc Menium tibi plurimum, mi carissime Petrei, commendo post Sigillifero[6] et Osimondo[7] et Rhainensi[8] fideliter commendaturus. Nunc enim propero et alia meditor. Vale, salve. Tuus Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. VIII ep. 35. *Autograph.*

---

[1] Mimi Publiani v 87 in der Ausgabe von 1521.
[2] Vgl. Br. 559 S. 224. [3] Vgl. Br. 557 S. 221 Anm. 3.
[4] Vgl. Br. 559. [5] Vgl. Br. 431 S. 89 Anm. 9.
[6] Johann Sömmering. Vgl. Br. 11 S. 17 Anm. 1.
[7] Vgl. Br. 242 S. 318 Anm. 3.
[8] Ludowicus Londergut de Rain. Vgl. Br. 152 S. 323 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/232

563. M. an Johann Lange. Gotha 1516. Juni 13.

Mut. lobt das neu erschienene Werk Nachtgalls über die Musik und knüpft daran Betrachtungen über den Werth des Gesanges und Tanzes.

Reverendo priori Ioanni Lango, patri nostro.
Epigramma in laudem operis Othmari Nachtgall.[1]

Parce, Cato, liceat rigidę cantare senectę,
Socraticam revoca, Cato severe, lyram.
Non pudor est sacris Solymo cantante propheta
Psallere dulcisonos voce chelique modos.
Pythagoras fidibus, nervis scit cantor Apollo,
Vocalique Lino chorda canora fuit.
Tympana sunt gallis, tenet et sua naula sacerdos.
Qui boat in templis, Christe beate, tuis.
Codice legitimo Plato[2] nos cantare secundo.
Inssit et est tanti lex veneranda senis.
Preterea sancta est cytharam pulsare voluptas,
Nec minimum flandi cornua flexa decus.
Sed tamen excellit vocis canor organa dextrę,
Illa sonos tantum, vox rata verba creat.
Gratia Nocticano, cuius sapientia mutis
Clavibus hic reserat musica tecta choris
Inque pios humana trahens pręcordia cantus
Multisonum breviter personat ore melos.
Nec satis alternis psalmos recitare, furorem
Carmine divinum non sine laude ciet.
Extemporaliter.

Catonis severissimi nimis asperam sententiam de puellis ludum musicum veteri more frequentantibus, que apud Macrobium[3] legitur, nos urbane dicto refellimus. Per te, Cato, liceat senibus cantare et psallere, qui id muneris ne pueris quidem et puellis permiseras. Succurrat tibi Socraticum exemplum. Socrates enim iam senex institui lyra non erubescebat. Duces olim maximos et fidibus et tibiis cecinisse traditum

---

[1] Ottomar Nachtgall (Luscinius), 1487 zu Strassburg geboren, war damals als humanistischer Lehrer in seiner Vaterstadt thätig. Er zeichnete sich als Kenner des Griechischen aus und hat eine grosse Anzahl griechischer Schriften ediert. Vgl. über ihn Ch. Schmidt, Histoire litteraire de l'Alsace II. p. 174—208 und p. 412—418. Das hier in Rede stehende Werk erschien 1515 in Strassburg bei Johann Knoblauch und führt den Titel: Musicae institutiones Othmari Nachtgall Argentini, a nemine unquam prius pari facilitate tentatae, studiosis, qui ἄμουσοι esse nolint, non mediocriter conducibiles. 10 Bl. 4°.

[2] De legibus II p. 654 nach Bekker. [3] Satiren III, 14.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/233

est. Sed et veterum quoque Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Themistocles cum se imperitum lyre confessus esset, habitus est indoctior.[1] Omitto Davidem, quem et saltasse et publice cecinisse legimus. Plato pueros puellasque ad choream hortatur exemplo Minerve virginis, que Athenis precipue celebratur. Item Plato civili viro necessariam musicen credidit. Lycurgus musices disciplinam probavit. Pythagoreis certe moris fuit, et cum evigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agenda erectiores, et cum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentem, ut, si quid fuisset turbidiorum cogitacionum, componeretur. Lacedemonii autore Plutarcho[2] tibia utebantur concionatoria et modulis, qui animos augerent ac impetus facerent vehementiores. Porro ceremonie cum modulis et saltacione Orpheo Museoque autoribus constitute sunt. Salii Romanorum sacris choris et saltacione deo Marti sacrificabant. Sacrificia Apollinis non sine musica et saltacione in Delo insula fieri solebant. Quid igitur de Christianis loquar? qui non sine causa concentum usurpant. Sed dicet quispiam: „Qua ratione factum est, ut Paulus apostolus maluerit quinque verba in sensu quam decem milia in spiritu? Psallianos improbat et consimiles.“ Vide annotaciones Erasmi,[3] instauratoris theologie, quas scripsit in caput decimum quartum[4] prioris epistole ad Corinthios. Idem interpretatur ἀλαλάζειν proprie perpetuo sonitu strepere ac tinnire, quem ad modum fit in lebetibus Dodoneis. Hunc strepitum et scenicam musicam graves viri non probant, quia per aures effeminati ad animum affectus penetrant. Que cum ita sint, quis adeo cecus est, qui non videat, quantum vere laudis Othmarus mereatur viam nobis sternens ad eam canendi facultatem, que summi Dei divorumque laudes celebrat? Nam et inflammare et rursus sedare non modo iuvenum, verum eciam seniorum animos musico artificio amputata Guidonis[5] manu ut instrumento supervacaneo solerter excogitavit et brevissime clareque docuit. Illud in calce profiteor complures beneficio musice monachos esse factos, alios perditam adolescentiam emendasse, non paucos modestie et sanctitatis specimen evasisse. Qui enim canoris sacris et Christi ceremoniis rite imbutus est, non potest non esse quietus atque

---

[1] Cicero. Tusculanen. I, 2. 4. [2] Plutarch. Lycurg XXI.

[3] In der Ausgabe des neuen Testamentes (Basel 1516) heisst es: At nunc in nonnullis regionibus totos dies psallitur spiritu nec modus nec finis cantionum, quum vix intra sex menses audiatur concio salubris adhortans ad veram pietatem; id enim Paulus vocat in sensu loqui.

[4] Vers 19.

[5] Er lebte im 11. Jahrhundert. Vgl. Trith. op. I. p. 262.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/234

tranquillus. Exposui sententiam meam ex consilio, tuum ut iudicium cognoscerem. Bene vale.

Datum Gothe. α. φ. ις Ad Eidus Iunii.

Concerpe. Mutianus

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. VIII. ep 29. *Autograph.*

---

564. M. an Justus Menius.[1] Gotha 1516. Mai 1 oder Juni 29.

Mut bittet, zwei Briefe dem Suebus zu übergeben, an dem er sein besonderes Wohlgefallen habe und wünscht, dass Menius in Fulda eine Schule eröffne. Er wolle ihn gern dabei nach Kräften unterstützen.

Iusto Menio baculario[2] laudatioris vitai.

Saluto te, Meni. Trade fideliter binas literas Suebo.[3] Cave, ne quis intercipiat. Quod uni scribitur, non praebeat pluribus haustum sui. Aliis alia probantur, me Suebus, id est, flos cum fructu delectat. Alii florent tantum, alii citra florem proferunt studii fructus. Hic flosculus est et fructus simul. Quid institueris facere et quid Urbano sit visum, mihi significa. Utinam Fuldae[4] ludum aperires. Sed quo sine pennis? Legitur in Poenulo[5] Plautina: „Sine pennis haud facile est volare.“ Verum quocunque volaveris, addam tibi ceu familiari Daedalo pennam commendatitiam. Vale.

Festo apostolico.[6]

Gedr 1) im Lib alter fol. I 7 r. – 2) b. Tz Rel ep. Mut. S. 106.

---

565. M. an Reuchlin. (Gotha 1516.) September 13.

Mut. freut sich, dass Reuchlin nun endlich Ruhe habe und seine Sache überall, besonders auch in Rom Verteidiger finde, die Dominikaner aber verächtlich werden. Fortwährend sprechen bei ihm in Gotha warme Verehrer Reuchlins vor, beispielsweise Crocus und Peter Mosellan. Er bittet um Rat bei der Anlage einer Bibliothek.

Mutianus presbyter Ioanni Reuchlin S. D. P.

Adeptum te credo, quod amplitudo tua meretur, securitatem[7] et ocium, ut liberius philosophari et infinitis hominibus tui plane amantissimis bene scribendo opitulari possis. Scribunt enim ad me, qui

---

1 Vgl. Br 431 S. 89 Anm. 9.

2 Dies ist Menius 1515 geworden.

3 Vgl. Br. 547 S. 211 Anm. 4.

4 In seinem Heimatsorte.

5 Vgl. Erasmus. Adagia p. 756.

6 Es lässt sich nicht entscheiden, ob Mutian das Fest der Apostel Philippus und Jakobus oder Petrus und Paulus meint.

7 Durch die am 2. Juli 1516 in Rom gefällte Entscheidung zu Gunsten des Augenspiegels. Vgl. Geiger. Johann Reuchlin S. 319.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/235

Romae in forensi pulvere inter notissimos rabulas ambitiose litigant,[1] favere tibi doctissimos quosque, probari plurimis tuum conatum, etiam monachis et, quod mirabiliter mihi suave est, qui olim Dominici fratribus studebant errantes ob orthodoxorum nimiam credulitatem, nunc authoritate tui nominis impulsi: „Non“, inquiunt, „estis vos praedicatores, propterea quod deformastis vocabulum maledicendo, sed potius obtrectatores.“ Neque ego non novi complures, qui te sanctius diligant et cum pietate colant quam suas ceremonias et instituta. Nobilis enim veterum doctrina te duce resurgit. Ad me quotidie confluunt boni adolescentes, quibus Capnion est in ore et in pectore. Hic sese graecum probat, ille hebraicas et vere arcanas literas admiratur. Quantum a praeceptoribus insulsis ad nugas trahuntur vel emendas vel discendas, tantum utroque pede resiliunt ad sequenda vestigia spectabilitatis tuae. Quod si vacatione recuperata docere velles, quae cumulatissime didicisti, mitterem ad te optimos auditores. Nuper Crocus Britannus[2] (qualem ipse se facit, quanquam ob linguae nobilitatem et mores graecanicos videatur esse graeculus, nam Theocritum iucundissime legit et cum gratia balbutit) cum apud me quiesceret et Grocinum[3] et Aleandrum[4] et nescio quos magistros laudaret, deesse sibi dixit hebraicam sapientiam, quam omni via prosequi vellet. In eodem sunt proposito Phaedrus[5] hic, cuius epistolam exhibeo et multi discretissimi iuvenes. Ego vero rationem constituendae bibliothecae peto et, nisi properarent tabellarii, verbosius id ipsum a tua excellentia contenderem, cui, si fortuna non deest, nihil deest. Quid enim vir sapientissimus ac diligentissimus praeter fortunam requirat, non video. Vale.

Datum Idibus Septembris.

Gedr. in Illustrium virorum epistolae . . . ad Ioannem Reuchlin . . . missae fol. Z 3 r.

---

566. M. an Johann Lange. Gotha 1516. (September oder Oktober.)

Mut. erklärt sich zu allen Freundschaftsdiensten bereit, bittet sich eine Langesche Predigt aus, will über einen jüngst in Erfurt erschienenen Druck Auskunft haben und zählt eine Reihe neuer Bücher auf.

Lango meo sancti ordinis Augustini theologię melioris perito.

S. p. d. Tanquam diu mihi notus carusque fueris, polliceor tibi meam operam in omni genere officii. Ita meretur tua comitas et optima

---

[1] Vgl. über diese Persönlichkeiten Br. 555.

[2] Vgl. Br. 857 Anm. 1. Er schrieb, ebenfalls am 13. September 1516, einen Brief an Reuchlin und erklärte sich zu jedem Dienste bereit. Derselbe ist abgedruckt in Illust. vir. ep. fol. y 2 v.

[3] Wilhelm Grocinus, ein Theologe, lehrte in Oxford.

[4] Vgl. Br. 555 S. 217 Anm. 4. [5] Mosellan. Vgl. Br. 559 S. 223 Anm. 1. u. 562.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/236

ratio studiorum, quam delegisti et assectaris et prestas. Dictionem illam tripartitam, quam tu nudius tertius in cetu patrum[1] de sublimi pulpito habiusti, non tibi sufficiat unam tantum horam vixisse, sed formis propagandam cura, vel tuis saltem, quorum in numero sum, spectandam exhibe. Nosse cupio, cuius sit illa questio sine authoris edita nomine, tot coronis quasi auctariis quibusdam saburrata Ego non libenter in istam palestram descendo invidie metuens, si tamen est tua,[2] audebo amoris ergo disputare. Tametsi me novi et arduum habeatur in vestra sedentaria conflictacione audere profiteri, quod sentias. Ridetur in aliena gladiator harena. Verum amici causa libet ineptire. Que magis sunt propria nostris optatis, scito Erasmum Basilee Hieronymi[3] opera preclaris annotacionibus illustrasse, auxisse Proverbia,[4] dilatasse Moriam.[5] Item Galathus[6] Calaber scripsit Rome defensionem pro Capnione nostro. Repertus est integer et exprimitur sumptu et impensis pape Cornelius Tacitus.[7] Habeo adhuc plura similium deliciarum tibi, antequam cum manipularibus tuis discedas, patefacienda. Vale.

Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. VIII. ep. 23. *Autograph.*

---

1 Der Gothaer Augustiner.

2 Lange stand vor der Promotion zum Lizenziaten. Mutian glaubt daher, dass die aufgestellten Thesen — um solche scheint es sich zu handeln — von Lange herrühren. Vielleicht auch sind es die Thesen, welche Bartholomaeus Bernhardi aus Feldkirch nach Luthers Gedanken über des Menschen Unvermögen, aus eignen Kräften Gottes Gebote zu erfüllen, zusammenstellte und behufs einer Disputation veröffentlichte. Precisis titulis ist ein solches Druckblatt von Amsdorf nach Erfurt geschickt worden. Vgl. Luthers Werke. Hrsgg. von Knaake S. 142 — 151: Quaestio de viribus et voluntate hominis sine gratia disputata 1516.

3 S. Hieronymi operum ab anno 1516 — 1518 typis expressorum tomi IX. Basel bei Froben. Vgl. Panzer Ann. typ. VI 196. 160.

4 Von den Proverbia war 1515 eine vermehrte Auflage bei Froben in Basel erschienen. Vgl. Panzer Ann. typ. VI. 194. 143.

5 Des. Erasmi Rot. Encomium Moriae cum Gerhardi Listrii commentariis et aliis complusculis libellis non minus eruditis quam festivis . . . Basileae in aed. Frob. 1515. Vgl. Panzer. Ann. typ. VI. 193. 139.

6 Vgl. Br. 555.

7 P. Corn. Taciti libri quinque noviter in Germania inventi atque cum reliquis eius operibus, quae prius Romae inveniebantur, editi. Dicavit Phil Beroaldus iunior academiae Romanae praepositus Leoni X. pont. Max. Romae 1515. Vgl. Panzer. Ann. typ. VIII. 256. 98.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/237

567. M. an Johann Lange. (Gotha 1516. Kurz vor 1. Dezember.)

Mut. hat sich von Menius über Langes reiche griechische Bibliothek erzählen lassen, in welcher nun auch der neuerschienene Hieronymus sich befindet. Für den zurückgesandten Alciatus möchte er gern die Antiquae lectiones haben.

Sancto patri Iano Langho, priori eremitano, viro doctissimo, amico fido.

Pater sancte, salvus sis. Surrigit ipsa sese, uti accepi, referente Menio[1] et probo et docto, parietaria cubiculi bibliotheca et ita sublimis apparet, ut tectum contingat. In ea sexcenti graeculi, hem greculi dormiunt, imo vigilant teque suo more garriendo fatigant. Accessit illis mirabilis pater totus severus et asper in vicia, sed contra blandus et suavis erga pios et bene eruditos. Quid enim, Lange, Hieronymo[2] mirabilius? Murmurat ut rusticus Dalmata, sed tum mihi videtur eius scriptio maxime iucunda et utilis, cum sevit ferociter. Tantum iurgatrici tribuo, modo docta sit, orationi. Contenderem, ut mecum opus novum communicares, nisi certo scirem adhuc fessum authorem esse, iactatum scilicet et male tractatum eorum manibus, qui lavere, qui vestiere et cultiorem nitidioremque fecere, ut amabilior tecum habitaret. Rediit Alzatus.[3] Petit idem, ut sibi substituas Lectiones[4] antiquas illas. Nosti, quid velim. Non facient Gothe tantam moram. Remittam ante Christi natalem. Vale, doctissime et humanissime Lange.

Tuus Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. VIII, ep. 18 *Autograph.*

---

[1] Vgl. Br. 431 S. 89 Anm. 9. [2] Vgl. Br. 566 S. 231 Anm. 3.

[3] Jurist, geboren 1491 zu Alzato. Hier ist gemeint: Andreae Alciati in tres posteriores codicis Iustiniani annotationes. Strassburg 1515. Vgl. Panzer. Ann. typ. VI. 73. 383.

[4] Lud. Caelii Rhodigini Lectionum antiquarum libri XVI. Sicuti antiquarum lectionum commentarios concinnarat olim Vindex Ceselius, ita nunc eosdem per incuriam interceptos reparavit Lud. Cael. Rhodiginus in corporis unam velut molem aggestis primum linguae utriusque floribus, mox advocato ad partes Platone, item ac Platonicis omnibus necnon Aristotele ac haereseos eiusdem viris aliis, sed et theologorum plerisque ac iureconsultorum, ut medicos taceam et mathesin professos. Ex qua velut lectionis farragine explicantur linguae latinae loca quadringentis have pauciora fere vel aliis intacta vel pensiculare parum excussa. Venetiis in aed. Aldi 1516. Febr.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/238

568. M. an Johann Lange. (Gotha) 1516. Dezember 1.

Mut. bittet, ihm den Hieronymus und den Antiquarius, sobald beide Werke eingebunden, zu übersenden. Helvetius könne sie bringen.

Reverendo patri priori Ioanni Lango, theologo Erfordiensi,[a] viro eruditissimo, amico honorando.

Deus te mihi servet, pater optime. Si vestitus est censor morum Hieronymus,[1] bene est. Nam tunicas hibernas Hieronymo et Antiquario,[2] conficiendas, ne algeant boni viri, curaveras. Cum enim[b] rebus divinis cum Martino,[3] viro doctissimo, et deliciis monachorum magno sanctoque Stupitio[4] pręsis, equissimum est, mi Lange, authores, quibus summa est in religione nostra authoritas, honore et pietate prosequi. Videntur ii[c] ab aliis deserti tuam fidem atque auxilium[d] implorare. Nuper (ut accepi) deambulare et ad me proficisci cupiebant. Datur hec crebro eciam desidiosissimis cęnobitis libertas et remissio, ut bini et bini apostolico exemplo profanos amicos salutent. Appellabis igitur Hieronymum honorifice et, num spaciari velit, rogabis. Si annuet, dabis comitem Helvetium[5] hunc nostrum, quem Christi lenitas et mansuetudo placidam ovem reddidit. Si responderit:[e] „Quiescam hic tecum, pater prior. Nivis casum reformido,[f] ne prospectu albedinis[g] caligantibus oculis crura defringam aut cervices“ tunc Antiquarium sollicita et adiunge Helvetio, qui baiuli officium, ut est tibi mihique coniunctissimus, obtulit. Dicitur enim[h] Antiquarius ille epitomen egregiam concinnasse. Vale, amicissime atque doctissime pater.

Raptim. Kalendis[i] Decembris MDXVI.

Tuus Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII. ep. 14. *Autograph.* — Gedr. bei Kolde. Analecta Lutherana S. 5 — 6.

[a] *Kolde* Erfordiana. [b] *Kolde* n. [c] *Wie in* b. [d] *Kolde* angelum. [e] *Kolde* respuerit. [f] *Kolde* si formido. [g] *Kolde* albe nivis. [h] *Wie in* b. [i] *Kolde* VI.

---

569. M. an Johann Lange. (Gotha 1516. Dezember.)

Mut. kritisiert die Hieronymusausgabe des Erasmus und kann nicht genug lobende Worte über den Herausgeber finden.

Reverendo patri Ioanni Lango, priori et theologo Augustiniano, viro eruditissimo, amico benemerenti.

S. p. d. Colui pietatem et literatas Hieronymi reliquias nimirum niti-

---

[1] Vgl. Br. 566 S. 231 Anm. 3. [2] Vgl. Br. 567 Anm. 4.
[3] Martin Luther. [4] Generalvikar der Augustiner.
[5] Ein öfters genannter Bote.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/239

diores blattis, situ, carie castigatoris Erasmi[1] opera depulsis. Tantus me tam rare eruditionis fulgor legentem stupefecit, ut illud celebris poete[2] exclamando mutuum sumerem: „Ne valeam, si non totis, Deciane, diebus et tecum totis noctibus esse velim.“ Placuit ipsa mihi phrasis et stilus obiurgatorius extimulans ad bene vivendi rationem. Itaque salsis illis declamationibus elogium huiusmodi attexui.

Quemque colore suo, mordax Ἱερώνυμε, pingis,
Non tamen illecebris murmura sancta carent.
Utile defigit generosa licentia calcar
Et stimulis gaudet mens bona puncta tuis.

Hoc ego testimonium de primo potissimum tomo perhibui. In secundum vero retuli aliud epigramma delectatus videlicet nota censoria. In prima παραινετικὰ καὶ παραδειγματικὰ non sine satyrica mordacitate complectitur. In secundo mordicus arripit Erasmus nescio quem plagiarium. Carmen nostrum pro Erasmiana censura sic habet:

Fixa probi celebrisque dedit censura Batavi
Multa viris doctis commoda, multa piis.
Turpiter errabat titulos mentitus honestos
Dalmaticas inter grex alienus oves.
Exactum pecus externum ceu sepibus altis,
Ne repetat caulam, cingis, Erasme, tomo.

In duos τόμους iunctim hoc modo lusi.

Alter habet mores sanctos: moros tomus alter
Cum sua sit Cyprio danda merenda bovi.[3]

Voluit Aristarchus noster, ut haberent in tercia classe secundi tomi similes labra lactucas.[4] Scribis, optime Lange, Calpurnium Lanarium[5] tibi non satisfacere. Nescio, quid dicat in scholiis Desiderius noster. Neque enim vidi tercium tomum, in quo legitur epistola Hieronymi ad Magnum[6] oratorem urbis Rome. Solet sanctus pater fictis uti nominibus. Hinc nati sunt Abundantius, Lupicinus, Grunnius, Corocotta et reliqua generis eiusdem. Habitus orationis Erasmiane

---

[1] Vgl. Br. 566 Anm. 3, 567 und 568. Bisher waren nur die drei ersten Bände der Gesammtausgabe erschienen.

[2] Martial II, 5. 1—2. [3] Vgl. Erasmus. Adagia p. 352.

[4] Vgl. Erasmus. Adagia p 344. Die Redensart findet sich in einem Briefe des Hieronymus an Chromatius.

[5] Der Name wahrscheinlich aus Cicero De officiis III. 16. 65 entlehnt.

[6] An ihn ist der so interessante Brief über die Benutzung und Nachahmung der klassischen Schriftsteller gerichtet.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/240

nitidus est et compositus, satis nervorum habet, satis item libertatis, ne dicam austeritatis et aceti. Verum amator veritatis et Christi discipulus offendi non debet, si quid acriter aut severius dictum aspexerit. Amo Hieronymum ut doctissimum censorem, amo Erasmum ut criticum eloquentissimum, uterque pie et officiosus venerandus est ut θαυμαστῆς παιδεύσεως ’ανήρ.[a] Hieronymo contigit emendator et laudator ovatissimus (?), imo patronus adversus Criniti[1] et similium cavillationes, et quoniam Erasmi laus non eget buccinatore, (sic enim laudat, ut ipse laudatissimus et disertissimus Hieronymo disertior esse videatur,) a me tamen accipies ut homo mihi coniunctissimus summam iudicii mei. Poterat laudari fusius, sed mensura epistole non capit panegyricum:

Instauratori Hieronymiane bibliothece magno Erasmo Burgondioni utriusque lingue gloria illustri de evangelicis et apostolicis literis, nedum de prophanis et vere bonis studiis optime merito, qui theologos omnes ut industria singulari ita Romana superavit eloquentia, studiosi et dociles certatim honorem habere, eruditi et excellentes orthodoxi officium suum prestare, omnis etas, sexus, ordo, gratias agere, denique Christianus orbis favere modis omnibus atque suffragari debet.

Habes, Lange, meum iudicium et tuum Hieronymum cum triplicato tenore. Huic doctori eximio primam in Atheneo tuo cathedram dato semotis contenciosis illis, quibus ob scholasticam, ut vocant, theologiam te pro tempore dedicas. Cedant Capreolus,[2] Durandus[3]. Scotus et Occam, cadat e manu bickl, axekst, hôlparte.[b] Hebescunt et langescunt sophiste collati cum eruditis et eloquentibus, tametsi in sua harena plus quam gladiatorio dimicant animo. Vale.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII. ep. 25. *Autograph.*

[a] Cod. ἄνηρ. [b] Cod. kôlparte.

---

570. M. an Johann Lange. (Gotha 1516. Dezember.)

Mut. beurteilt das Werk des Ludovicus Caelius Rhodiginus und bittet, dasselbe behalten zu dürfen. Er sendet Grüsse an Staupitz und Luther.

Reverendo patri Ioanni Lango, theologo pręstanti, priori optimo, amico selecto.

Ὑγιαίνειν.[a] Heri, ut comparet, exarasti literas de stomacho nasoque Phariseorum, qui ut familiari habitu tibi congruunt, ita in disciplinis

[a] Cod. ὑγιαίειν.

---

[1] Vgl. Br. 62 S. 82 Anm. 4.

[2] Johannes Capreolus, Predigermönch, lebte zur Zeit Kaiser Sigismunds. Vgl Trithem. De script. eccles. in Op. Trith. I, p. 340.

[3] Durand de St. Pourçain, † 1333, war der erste thomistische Nominalist.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/241

temere nullo probabili consilio refragantur. Non eges, opinor, hac in parte medicamento, cum sis in antiqua eruditione vel politissimus et in hac balbutiente literatura non vir imi subsellii. Navigandus est pro ventorum flatu. Qui utrumque prestare possunt, ut de thesauris suis vetera et nova depromant, illi mehercule difficilem adiere provinciam et videri solent lynce magis varii. Admiranda quidem hec audacia in Ludovico Celio,[1] grammatico literato et in veterum lectione authoritate gravi. Is a professione Ciceronis, Homeri, Livii, Plinii, ceterorum ad Platonicam heresim transiliens Platonicorum flosculos in academie pratis amenioribus precerpsit et videtur consectari Plotinum et Bessarionem. Ultimo certe capite totam Platonis philosophiam encomio nobili quanquam breviter celebrat et primis duobus libris vehementer platonissat. At, Deus bone, cum ad Christianos patres spaciatur et cum barbaris agit, quam ridiculus est, quam ineptus! ut contaminare mihi videatur theologumenis, non illustrare commentarios. Ridebis, scio, nimis anxiam curam hominis capite XLI libri XIII, ubi sapientiam ludo comparat fretus preiudiciis Hebreorum et in eo levis est authoritatum tybicen. Sed, puto, nostri temporis theologis ea in re gratissimum et maxime plausibile commentum fecit. Adhuc ineptior libro sexto capite XXI agitans questionem sane odiosam et pullato circulo minime vulgandam, an in abiuncta anima supersit memoria vel sensus. Rectius fecisset, se id genus enigmata tot placitis, tot decretis ne dicam strophis, disputantium obscurata nunquam attigisset. Gloria extimulavit virum antiquitatis studiosum, ut sine iudicio deligeret ex omni genere literarum λογάδες. Effecit plane moretum et farraginem eciam illis, qui magna auditorum frequentia quotlibeta,[2] ut ipsi vocant, instituunt. Insulsus tum precipue, cum Avicennam, Bernardum, Albertum, Averroim alienos a suo luco citat. Χελιδόνων μουσεῖα, ut diceres ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα.[3] Sed quid facias Egyptio sophiste, qui Proteum imitari gestit, eciamsi echinnorum asperitas intersit. Utcunque sit, si universim decernas, versatur iu pomeriis suis non sine laude et grammaticam supellectilem gratis omnibus exhibet nitidiorem contentus, ut in fronte testatur, si livore posito legatur. Αὐτὴ γὰρ ἀντιπελάργωσις ἱκανή.[4] Si antiquario nostro sufficit candor lectoris, debet et nobis placere, quod gratuito publicavit. In summa sic velim habeas,

---

[1] Vgl. Br. 567 S. 232 Anm. 4.

[2] Ueber diese Quodlibets vgl. Zarncke. Die deutschen Universitäten im Mittelalter.

[3] Von Aristophanes (Ranae 92) über die schlechten Dichter gesagt.

[4] Schlussworte im Titel des Werkes.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/242

quandoquidem, quid sentiam, petis: Rhodiginus scholiastes Platonicus latine lingue delicias, quas temporum incuria maculavit, feliciter detersit et velut alterum Amalthee cornu proposuit. Iliud autem laboribus docti professoris condonemus, quod videatur maiore usus sedulitate quam iudicio et velut alba amussis[1] in augendo opere, tametsi gravius peccarit suppressis autoribus, a quibus plurimum est mutuatus. Non id fecisset Ceselius Vindex[2] neque Plinius, cuius dictionis faciem exprimit. Ingenui pudoris est, Celi carissime, fateri, qer quos profeceris. Non tamen solum Plutarchus et Atheneus talem fecit, sed Petrus Crinitus[3] et Volaterranus[4] passi sunt sese abs te compilari. Quid, Lange, nunc addam, nisi illud solum habere lexicon eos uberrimum, qui Celium habent. Tradebant ea fere Hermolaus,[5] Merula,[6] Politianus,[7] Beroaldus,[8] sed citra ordinem carptim et sparsim. Hic literarum habemus elenchum, ut, quod studiosus concupiverit, tantum querat et statim voti compos fiat. Hoc non ambiciose vel malevole scribimus Veri amator et tui amantissimus profero, quod expectabas. Vellem ego, mi Lange, alium tibi Celium emeres et tuum hunc venderes Mutiano, qui totum hoc tuo ex arbitrio pendere sinit. Vale. Reverendum Staupitium, venerandum Martinum saluta.[9] Raptim. Tui honoris totus.

Handschriftl. Coll. Cam. Monac. vol. VIII ep. 26. *Autograph.*

---

571. Eoban Hessus an Mutian. (Gotha 1516.)

Hessus freut sich, dass es Mutian vergönnt ist, ein ruhiges, beschauliches Dasein zu führen und sehnt sich nach einem gleichen Loose. Er schickt durch seinen Schwager Briefe von Freunden, die seines Lobes voll sind, darunter auch einen von Hutten, den Mutian früher nicht habe lesen wollen. Justus Jonas hege eine grosse Verehrung sowohl für den Schreiber als auch für den Empfänger des Briefes. Lukas Kranach wolle ihn, den Hessus, malen. Schliesslich stellt Hessus seinen und des Petrejus Besuch in Gotha in Aussicht.

Doctissimo viro domino Mutiano Rufo, canonico Gothano, patrono suo S. D.[a]

[a] Lib. alt *und Tz.* S. S. D., Böck. suo salutem dicit.

---

[1] Vgl. Erasmus. Adagia p. 191.

[2] Caesellius Vindex schrieb zur Zeit des Trajan ein lexikalisches Werk Stromateus oder Lectiones antiquae.

[3] Vgl. Br. 62 S. 82 Anm. 4. [4] Vgl. Br. 76 S. 111 Anm. 1.

[5] Vgl. Br. 34 S. 46 Anm. 2. [6] Vgl. Br. 333 S. 427 Anm. 2.

[7] Vgl. B. 101 S. 141 Anm. 1. [8] Vgl. Br. 68 S. 95 Anm. 2.

[9] Danach scheint Lange sich damals in der Gesellschaft von Staupitz und Luther befunden zu haben, wenn man nicht annehmen will, dass Mutian um briefliche Begrüssung der beiden bittet.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/243

Salvum te esse, omnia ex animi tui sententia[a] tibi succedere, si non vehementer gaudeo, Mutiane observande, minime omnium valeam. Retulit mihi Cordus[1] egregie te isthic philosophari et quasi intra pomoerium rurare, hortos colere. domos exaedificare, eum denique hominem agere, quem qui agere non cupiat, sit omnium stultissimus. Non potuit mea, Mutiane, infelicitas[2] ad istam vitae pervenire tranquillitatem,[b] quam tu unus nostro tempore sanctissime colis atque adeo facis immortalem. In qua etiam velut alter Timotheus quasi dormiens fortunae nihilominus retia tendis et alioqui tergiversantem heram tuis istis blandissimis lenociniis sic demulces, ut velit nolit obsequi cogatur. Quam precor, quoniam amica tibi est, postquam satis dissuaviatus fueris, ad nos quoque, ut nobiscum lasciviat, mittas. Adeo enim videtur nostri[c] oblita, ut pene[d] vivere ignoret. Anno superiori deridebas fatuam bestiam, nunc fortunam multo magis fatuam tam efflictim deperis, ut alia facile omnia negligas. Sed hactenus iocari more nostro libuit. Qui tibi hasce literas reddit, frater[3] germanus est uxoris meae, homo mei valde studiosus. Huic dedi etiam Mosellani[4] epistolam ad te nuper mihi missam. Addidi, quam ad me et Petreium[5] ille scripsit non aliam ob caussam[e] quam ut videas, quid de nostro Huteno et me iudicet. Magnum est, Mutiane, et gloriosa res Huteno fieri parem, multo gloriosius excellere. Tu quid sentis? Nosti Capnionis elogium, nosti, quid Hutenus[6] mihi tribuat. Cuius epistolam, quoniam superiore tempore, cum ex Georgianis Vallibus ad te divertissem, legere[7] non voluisti, etiam nunc remitto oroque, ut utramque diligenter legas. Ecce perturbabo nonnihil tranquillitatem tuam. Obruam te literis. Da mihi hanc operam, mi Ruffe, suffurare tantillum ocii, dum legas ista. Non enim volo apud te gloriari, sed tibi Apollini meo tantum ostendere, quam sim huiuscemodi popularis aurae cupidus assectator eaque de re, si possim, praeclara extorquere iudicia. Nostin', Ionam[8] iuvenem plane

[a] Lib. alt. sententta. [b] *Tz* tranquilitatem. [c] *Tz* nostri videtur. [d] *Tz* bene. [e] *Tz und Böck.* causam.

---

1 Cordus sprach vielleicht auf seiner Reise von oder nach Kassel, wo er damals für kurze Zeit das Rektorat einer Schule bekleidete, bei Mutian vor.

2 Er hatte noch immer keine Professur in Erfurt erlangt.

3 Wahrscheinlich Adelar Spater. Vgl. Krause. E. Hessus I. 140.

4 Ob dies Nr. 559 gewesen, muss dahin gestellt bleiben.

5 Dass Petrejus mit Mosellan näher bekannt war, lehrt Br. 562 S. 226.

6 Ueber das damalige Verhältnis Huttens zu E. Hessus vgl. Krause I. S. 195.

7 Wie Mutian über Hutten dachte, zeigt sich in Br. 543 S. 208.

8 Justus Jonas. Vgl. Br. 342 S. 435 Anm. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/244

nostri ordinis? Is te mirum est, quam amat,[a] quam unice suspiciat. Me vero non secus ac deum aliquem colit. Remittes omnia cum hoc affini nostro. Lucam,[1] alterum Apellem, vobiscum audio esse, novi hominem et Wittenbergae salutavi. Pollicitus[b] est expressurum se coloribus[c] Eobani simulacrum. Veniam ad te cum Petreio[d] nostro ad ferias, nisi tu venire nolis, ut Lucam videam. Cordus aiebat petere, ut veniamus. Vale. Properat tabellarius.[e] Cursim.

Erphurdiae. Tuus Eobanus Hessus.

Gedr. 1) Libellus alter fol. I 2r—I 3r. 2) b. Tz. Rel. ep. Mut. S. 101—102. 3) Hutt. op. ed. Böck. I S. 238—239, *doch unvollständig*.

[a] *Tz* amet. [b] Lib. policitus. [c] *Tz* coleribus. [d] *Tz* Petrego. [e] *Tz* tabellerius

---

572. M. an Urban. (Gotha 1516.)

Mut. freut sich, Gutes über Suebus zu hören und weist ihm nebst Nepotian eine kleine Summe zur Beschaffung des neuen Testamentes von Erasmus an. Er sendet Bücher und den Brief des prahlerischen Freundes zurück. Dem Du(ro)nius will er den Bartholus nicht gönnen.

Henrico Urbano optimo et doctissimo suo S. P. D.

Rectis et ad meliora natis ingeniis impense faveo. Itaque primae aetatis innocentia, si prae se fert bonam indolem, amatur a nobis Hoc tu, mi Urbane, nosti. Ideoque vir solertissimus scribis ea de Suebo,[2] quae libenter accipio. Si facultas debitorum in summam a te et Nepotiano[3] nostro coacta fuerit, dabis x boemos[4] Suebo et totidem Menio[5] pro paranda Erasmi bibliothecula.[6] Dictat hoc pietas. Plura darem, si abundarem pecunia. Remitto libros et literas[7] gloriosi amici. Ego Bartholum[8] Dunio[9] invideo. Evehit secum tam bellas delitias ad consessum scilicet virorum gravium. O mores. Tu vale felix.

Mutianus.

Gedr. 1) Libellus alter fol. I 5v—I 6r. 2) b. Tz. Rel. ep. Mut. S. 103—104.

---

[1] Lukas Kranach.
[2] Vgl. Br. 547 S. 211 Anm. 4. [3] Urbans Schwestersohn.
[4] 10 Groschen. [5] Vgl. Br. 431 S. 89 Anm. 9.
[6] Die von Erasmus besorgte Ausgabe des neuen Testamentes (griechischer Text nebst Uebersetzung und Kommentar), welche 1516 bei Froben in Basel erschien.
[7] Vielleicht ist auf den Brief des Eobanus Hessus in Nr. 571 hingezielt.
[8] Vgl. Br. 213 S. 289 Anm. 2 und 3.
[9] Wenn der Name nicht verdruckt ist für Duronio, was mir sehr wahrscheinlich vorkommt, so wäre damit der auch in Br. 249 S. 328 erwähnte Dhunus, kursächsischer Hauptmann gemeint.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/245

573. Mosellan[1] an Mutian. Leipzig 1517. Januar 9.

Mosellan fängt den lange unterbrochenen Briefwechsel mit Mutian wieder an, um den Schein zu vermeiden, als habe er seiner vergessen und schickt ihm sein neustes Werk.

Eruditissimo simul et humanissimo nostro Mutiano Ruffo, iurium doctori, amico optimo.

Salvus sis, optime Mutiane. Iam diu neque ipse tibi scripsi neque a te literarum aliquid accepi. Causam mihi videor propemodum coniectura consequi, videlicet quod, praeterquam quod istinc a te qui perferat rarus est, etiam ubi terrarum Mosellanus agat,[2] non omnino cognitum habueris. Ipse certe, qui mihi conscius sum, committere nunquam potero, ut Mutiani mei parum memor videar. Quo, dispeream, si quem unquam coram expertus sum humanius humanum. Itaque mitto tibi in praesentia una cum hiis literis quendam Basilii[3] illius magni libellum nostra nuper industria ex graeco latinum factum. Quo id successu, tuum aliorumque, in quorum manus pervenerit, esto iudicium. Nos certe summa ope annisi sumus, ne seculo huic nostro dictionis tum inaffectata simplicitate tum figurarum velut flore parum respondisse videri possimus. Hanc lucubraciunculam, quod ad nostram attinet operam, humilem, si vero Basilium authorem ipsum respicias, ingentem laeta precor fronte ab amiculo tenui suscipias et molam salsam tantisper, dum thura donare queamus, boni consulas. Bene vale.

Ex Lipsia. Quinto Eidus Ianuarias anno restitutae salutis MDXVII.

Petrus tuus Μοσελλανὸς ἢ Μοσελλεύς.[4]

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol XVI. ep. 6 (*nach der ursprünglichen Anordnung jetzt jedoch* ep. 3, *weil drei von den vorhergehenden Briefen mittlerweile aus dem Volumen entwendet sind*).

---

574. M. an Johann Lange. (Gotha) 1517. April 21.

Mut hält den Dichter Hessus für berechtigt, einen solchen Stoff, wie die Höllenfahrt Christi in einem Gedichte zu behandeln, bittet um Tertullians Werk De resurrectione und übersendet Mosellans Basilius magnus nebst Brief. Auch erkundigt er sich nach der Aussprache des Griechischen bei den Kretensern.

Reverendo patri Ioanni Lango, priori Augustiniano, theologo prestantissimo, amico singulari.

---

[1] Vgl. Br. 559 S. 223 Anm. 1.

[2] Mosellan hatte noch keine feste Stellung an der Leipziger Universität inne und suchte deshalb an mehreren anderen Orten nach einer solchen.

[3] S. Basilii Magni ad Gregorium Nazianzenum epistola. Eiusdem de ratione vitae solitariae libellus. Duae precationes. Petro Mosellano interprete. Leipzig 1516. Vgl. Panzer. Ann. typ. VII. 192. 538.

[4] Der eigentliche Brief ist nach einer beigefügten Bemerkung des Sammlers (Interne non est manus Mosellani) nicht von der Hand Mosellans geschrieben, sondern nur die Adresse.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/246

S. p. d. Patere, mi Lange, prior reverende, ut in re mellita festivaque iocemur. Quid tibi recinit olorina Sybylla?[1] Vidit aperte, non per transennam, Christi, regis nostri, conflictum cum satanę legionibus et auxiliis. Victoriam[2] luculenter descripsit. Si licet eiusmodi calamistris inurere rem sacram, et laudem meruit Eobanus et orthodoxę plebi profuit. Sed non video, cur non liceat: cum evangeliste metaphoris et poetarum floribus gaudeant. Preterea si atrociter adeo curiam Servator noster infernam evertit, profecto magnum ac potentem colimus dominum, qui ne in sepulchro quidem vita functus quieverit. Annon est vis ita?

„Nec mora, cardinibus postes cecidere solutis[3]
Cum sonitu magnamque dedit prolapsa ruinam
Ianua, non aliter quam si Iovis igne repente
Tacta cadat sonituque trahat super equora rupes.“

Poeta ius suum tenuit, cui si accedimus, ridiculi videbuntur Thomas, Scotus, cęteri, qui barbare philosophantur. Querunt anxie nimis et supersticiose, utrumne anima realiter an secundum effectum tantum demigrarit ad inferos. Mira controversia! Quasi satis non sit poetis, qui viderunt pugnam, et symbolo fidei credidisse. Scripsit de resurrectione Florens Tertullianus. Libellum tanti scriptoris si habes, mecum communica. Mitto Basilium Mosellani[4] nostri et ipsius epistolam tibi consecro. Videbis eleganciam et cultum orationis. Miror autem, cur bonus adolescens hanc sibi invidiam faciat apud eruditos, ut decertare se scribat cum Florentino Platone[5] nihil veritus iactancie notam Quid egisti, mi Lange, cum clericis Cretensis[6] dieceseos? Quid de pronunciatione greca? Dissentiuntne a Croco?[7] Vale. Paschalia liba feciliter deliba.

XI Kalendas Maias anno XVII. Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII ep. 15. *Autograph.*

---

[1] Eobanus Hessus.

[2] Victoria Christi ab | Inferis. | Carmine Heroico Helio | Eobano Hesso Authore. Impressum Erphordie per Mattheum | Maler anno domini. 1. 5. 17. 12 Blätter. 4°. Dem neusten Biographen des Dichters hat ein Exemplar dieses Druckes nicht vorgelegen. Es mögen deshalb einige Notizen über ein solches in Berlin hier ihre Stelle finden. Das Gedicht hierin besteht aus 487 Versen welche auf 21 Seiten (fol. 2r—fol. 11r) verteilt sind. Auf dem ersten Blatte, unterhalb des Titels, ist die Auferstehung Christi abgebildet. Die Kehrseite von Bl. 1 enthält ein Widmungsgedicht an Heinrich Eberbach 17 Disticha. Panzer. Ann. typ. führt den Druck an.

[3] Bl. 6v., Vers219—222; für magnamque heisst es daselbst ingentemque.

[4] Vgl. den vorigen Brief. [5] Marsilius Ficinus.

[6] Danach scheinen Kreter sich längere Zeit in Erfurt aufgehalten und ähnlich wie in Leipzig das Griechische zu lehren versucht zu haben.

[7] Vgl. Br. 557 S. 221 Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/247

575. M. an Johann Lange. (Gotha 1517.) Mai 15.

Mut. sendet, von Suicerus veranlasst, seinen Gruss und berichtet, dass er mit der Lektüre von Reuchlins kabbalistischem Werke beschäftigt sei. Er erkundigt sich nach den Kretern.

Reverendo in Christo patri priori Ioanni Lango Erfordiensi, theologo utriusque lingue perito, amico summo.

Salve, papa Lange,[1] decus patrii gymnasii. Quid tu? Ego cabalistica[2] lego. Sed dum Capnioni nostro damus operam, cogimur interea pythagorissare. Itaque sufficit illa gemina Simonis salutacio: „Dominus vobiscum. Pax vobis.“ Illud addo, ne festo tuo desit festivum dictum — est enim perendie templi vestri natalis dies — fore ut pro cabalicis, cabaleis et cabalistis nascantur meri caballi et novus scaturiat fons caballinus. Nocet enim nocebitque opinionum simplicitati tam curiosa, tam abdita scrutari. Bene vale, mi humanissime Lange.

Suicerus[3] noluit sine literis ad te proficisci. Ter imperavit, ut scriberem et plane impetravit, etsi Pythagoras, ut vides, manum retraxerit. Iterum vale et ama Petreium et doctos nostri ordinis.

Eidibus Mai.

Quid tui Cretenses?[4] Erantne mendaces, male bestie, ventres pigri,[5] quemadmodum noster Paulus in schola poetarum edoctus memorie prodidit? Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII, ep. 30. *Autograph.*

---

576. M. an Justus Jonas.[6] (Gotha) 1517. Juli 15.

Mut. schickt die Bilder des Papstes Leo X. und seines Bruders zurück: Der Kopf Leos sei völlig entstellt. Er scherzt über die Langnasen und wirft die Frage auf, ob es erlaubt sei, dass junge Männer alte Frauen heiraten oder umgekehrt, nur zu dem Zwecke, um bald in den alleinigen Besitz eines grossen Vermögens zu kommen.

Diserto, legisperito Ione Iusto, amico non vulgari, Mutianus.

S. d. Alexander ille, Philippi regis filius patre clarior, cognomento magnus „edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles scalperet, quam Lisippus ex ere duceret.“ Consultum edictum.[7] Nam minuti pictores, fusores, statuarii plerumque errant ab archetypo. Eius generis pictor episcopo urbis Rhome contigit. Ne-

---

[1] Er genoss, wie es scheint, nicht nur als Theolog, sondern auch als Kenner der griechischen Sprache grosses Ansehen.

[2] Io. Reuchlin Phorcensis Legum doctoris de arte cabalistica libri tres Leoni X dicati. Hagenau bei Th. Anshelm. 1517. 80 Bl. in Fol. Die Gothaer Herzogliche Bibliothek besitzt ein Exemplar davon.

[3] Derselbe, der in Br. 568 S. 233 Helvetius genannt wird.

[4] Vgl. Br. 574 S. 241. [5] Vgl. Br. 124 S. 178 Anm. 3 und 4.

[6] Vgl. Br. 342 S. 435 Anm. 4. [7] Plinius. Nat. hist. VII, 37. 38.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/248

gant enim, qui novere Leonem decimum, ullius esse precii caput deformatum. Grandem esse nasum, non tumidum affirmant. Sed demus adumbrata lineamenta respondere vivo pontifici, tanti tamen non est piscatoris vicarius cum germano, ut recipiatur in sanctarium meum. Satis est nosse tres nasosos terrarum marisque regimen tenere. Est Maximo Aimiliano enormis nasus, Gallorum regi Francisco spectabilis et longus, domino papę non minimus. Tantorum, ut non inurbane iocemur, tanti nasi tanta gubernant imperia. In dubium revocatur a mulierculis, num bene nasati sint eciam bene mentulati. Sed emersit alia quęstio inter Gothicos propria iuri, cui te totum dedidisti: liceatne silicerniis utriusque sexus contrahere matrimomum. Absurda referuntur. Nubunt puellę viris secularibus, rancidę vetulę robustioribus maritis marcidam senectutem substernunt. Pretenditur color sancti connubii, sed bona petuntur, non liberi queruntur. Paucis diebus una insumptis morte solvitur constrictum lege vinculum. Superstiti, etsi re Veneris infecta, datur universa supellex Non est hęc ars inanis et frigida, sed perniciem attulit Iuliano.[1] Captare bona dum voluit beatissimę fęminę, captus est. Nunc causam dicit de communi dividundo apud Rhadamanthum. Damnatus stupri X millibus multatur et, quia virgines nondum viri potentes corrupit, relegatur in insulam Ambos fratres remitto. Apelleam volo manum, sacram, ut sic dixerim, cuticulam nihil moror. Vale.

Eidibus Quintilis MDXVII.

Concerpe. Mutianus.

Handschriftl. *Autograph der Meininger Gymnasialbibliothek.* — Gedr b. Förstemann. *Neue Mitteilungen.* Bd. III, Heft IV, S. 163 — 164.

---

577. M. an Johann Lange. (Gotha 1517. Sommer.)

Mut. begleitet eine Weinsendung mit Grüssen, ermahnt den Freund, in dem Eifer für die Bibliothek zu beharren und wünscht zu wissen, wann die Promotion zum Lizenziaten der Theologie erfolgt.

Priori optimo, domino Lango.

Benemerenti Lango priori felicitas. E templo domum recurrens, cum nusquam cartha purior,[2] hanc rapui, ut salutem cum deo mitterem,

---

[1] Giuliano de' Medici, der dritte Sohn des 1492 verstorbenen Lorenzo, vermählte sich mit Filiberta, der Schwester des Herzogs Karl von Savoyen, aus dem Hause Bourbon. Er starb im März 1516, noch nicht ganz 37 Jahr alt. Vgl. über ihn W. Roscoe. Leben Lorenzo de' Medici. Leipzig 1861. S 225 ff.

[2] Man sieht dem Blatte deutlich an, dass es von einem grösseren schon gebrauchten abgerissen ist.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/249

deo, inquam, vitisatore.[a 1] Quid postea? Perge, amabo, illustrem comparare bibliothecam[2] faventibus propitiis numinibus, que hanc curam dextro respiciunt oculo. Adest tibi etas[3] floreutissima, adest ardor ingenii, non deest ocium, quanquam psalliani interstrepunt. Sed quo ventum est in gradibus theologicis? Quando licentia,[4] quam vocant, indulgebitur? Ornabis ordinem sanctissimum et pro culpa veterum, quam Erasmus notavit, preclaram lucem suggerere[b] videberis, modo persevera. Vale. Tuus Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII. ep. 28. *Autograph.*

[a] Coll. vitisatori. [b] Coll. suggere.

---

578. Reuchlin an Mutian. Zell 1518. Juni 22.

Reuchlin berichtet, dass er zur Zeit ein ganz behagliches Dasein führe, unbekümmert um die Anfeindungen der Dominikaner. Darüber könne Christophorus Hacus nebst seinem Reisebegleiter Johannes Cellarius die beste Auskunft geben, da sie ihn neulich daselbst besucht. Er hat zwei Briefe von Friedrich dem Weisen erhalten und bereits dieselben beantwortet, ebenso wie die Bitte Spalatins.

Mutiano[a] Rufo amicissimo suo.[6]

S. p. d. Quidni Rufe? Tu me putabis cruciari adeo cucullatorum morsibus, ut mihi non duxerim indulgendum genio. Certe Christopherum[5 c] hunc nostrum, harum ostensorem, roga, quid nunc faciam. In Harcyniis[d] scopulis, in Bacenis inter Hamadriadas[e] ad latus Naiadis[f] speciose versamur obliti Picarum iniurias. Balneamur in publicis thermis, deserimus literas,[g] sed non philosophiam. Cum virtutis decoro affamur invenculas, quando thermarum hic mos est. „Nil intentatum nostri liquere poetae“[7] nec nos linquimus. Gaudemus, dum[h] gauden-

[a] *Im* Lib. alt. *lautet die Adresse:* Io. Reuchlin Mutiano Rufo S. [b] *Fehlt bei* Geig. [c] Lib. alt. *u.* Geig. Christophorum. [d] Lib. alt. *u.* Geig. Harciniis. [e] Lib. alt. *u.* Geig. Hamadryades. [f] Lib. alt. Niadis. [g] Lib. alt. litteras. [h] Lib. alt. *u.* Geig. cum.

---

1 Mutian lässt eine Weinsendung an Lange abgehen.

2 Vgl. Br. 567 S. 232.

3 Lange hatte 1500 die Universität bezogen, stand also damals in den dreissiger Jahren.

4 Er erlangte diese Würde im Sommer 1517. Im Erfurter Liber rationum fol. 126 r (Sommer 1517) heisst es: Prior Augustinianorum licenciatus in theologia ..... 1 flor. in auro.

5 „Christofferus Hack de Erich“ (Jerichow in der Provinz Sachsen) wurde Ostern 1509 in Erfurt immatrikuliert und erlangte 1512 die Baculariuswürde. Weiteres erfährt man aus den Universitätsakten über ihn nicht. Er gehörte zu dem jüngeren Humanistenkreis Erfurts und genoss einen grossen Ruf als lyrischer Dichter. Später schloss er sich, obwohl Mönch in einem Erfurter Kloster, mit Begeisterung der lutherischen Sache an. Vgl. Krause. E. Hessus I, 146 und 236 ff.

6 Dominikanermönche. 7 Horaz. De arte poetica v. 285.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/250

dum est, etiam egroti. Hec tibi recensebit Christophorus, qui studiorum amore perculsus de longinquo nos accessit cum collega et itineris comite Ioanne[a] Cellario[1] Gnospolitano,[b] bonarum artium simili cultore. Et in ipsis Bacenis nos convenit, cum domi non posset Eum tibi commendo ut contubernii literarii[c] conscriptum cultorem et[d] neacademicum sapientiae amatorem. Balnearum coartat vis digitulos ultra[e] calamo servire. Quare paulo post, cum dabitur occasio, ad te scribemus latius. Illustris[f] nuper Friderichus,[g 2] dux noster,[h] ad nos binas dedit literas, quarum ego petitioni etiam iunctis Spalatini[3] precibus satisfeci. Audies[i] et videbis etatis nostrae mira quędam. Vale.

Ex thermis Harcyniis[k] Cellę Bacenarum inter saxa et abietes domiciliaque ferarum. Anno MDXVIII. X[l] Kalendas[m] Iulias.

'Αναδυομένην[n] Apellis vel[o] procul statim agnoscit artifex.[p]

Ioannes[q] Reuchlin Phorchensis[r]
legum doctor.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. XVI ep. I. *Ohne äussere Adresse. Auf der Aussenseite, von einer andern Hand aus der ersten Hälfte des 16. Jahrhunderts:* Καπνίων. *Darunter* Reuchlein. Gedr. 1) Libellus alter fol. K 5r — 2) Geiger. Johann Reuchlins *Briefwechsel* S. 300—301.

[a] Lib. alt. *u* Geig. Iohanne. [b] *Fehlt im* Lib. alt., Geig. Gnostopolitano. [c] Lib. alt. *u.* Geig. litterarii. [d] *Von hier bis* amatorem *fehlt im* Lib. alt. [e] Lib. alt. *u.* Geig. *haben vor* ultra nec *und hinter* servire patitur. Lib. alt. articulos *statt* digitulos. [f] Lib. alt *u.* Geig. Illustrissimus. [g] Geig. Fridericus. [h] Lib. alt. *u.* Geig. vester. [i] Geig. Audias. [k] Lib alt. *u.* Geig. Harciniis. [l] *Fehlt bei* Geig. [m] Lib. alt. *u.* Geig. Cal. [n] *Dieser ganze Satz fehlt im* Lib. alt. [o] Geig. ut. [p] Geig. *hat dies Wort nicht entziffert* [q] *Die ganze Unterschrift fehlt im* Lib. alt. [r] Geig. Phorcensis.

---

[1] 1496 zu Kundstadt, an der böhmisch-mährischen Grenze geboren (daher Gnostopolitanus oder, mit Reuchlin, Gnospolitanus genannt) war in Leipzig und Wittenberg Professor des Hebräischen und der erste evangelische Superintendent in Dresden. Er überreichte bei diesem Besuche Reuchlins demselben eine kleine Abhandlung über die hebräische Sprache. Vgl Geiger. Joh. Reuchlins Briefwechsel S. 299 — 300.

[2] Nur der eine davon ist erhalten und datiert vom 30. März 1518. Friedrich bittet darin den Reuchlin, ihm zur Berufung eines Professors der griechischen Sprache und eines solchen der hebräischen behilflich zu sein. Vgl. Geiger. Johann Reuchlins Briefwechsel S. 289 ff.

[3] Spalatins Bitte bezog sich gewiss auf denselben Gegenstand.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/251

579. Erasmus[1] an Mutian. Löwen 1518. Oktober 17.

Erasmus lobt den Eoban Hessus in überschwenglichster Weise und bedauert, bei dessen Besuche krank und sehr beschäftigt gewesen zu sein. Er übersendet in Erwiederung des Mutianischen Geschenkes einen Katalog seiner Schriften.

Clarissimo domino Mutiano Rufo, viro omni doctrinae genere consummatissimo, Erasmus Roterodamus S. D.[a]

Illud incommode, offendit me Eobanus et aegrotum et occupatissimum. Alioqui nihil unquam vidi libentius; ὦ φίλαι μοῦσαι, qui carminum fluxus? Quae vena? Quae foelicitas? Ut dicas natum poetam, non institutum. Eadem orationis solutae Minerva est. Iam mores ii, quos optem vel theologis esse. Foelicem Germaniam, sed precipue Erphurdiam, si modo norit sua bona! Delectavit me tuae quoque epistolae[3] candor animi tui candorem referens. Munusculum diu reieci, donec abs te profectum intelligerem. Nugarum mearum indicem[4] subtexui, etiamsi ipsi vix memini ineptiarum mearum. Bene vale.

Lovanii XVI Calendas Novembris MDXVIII.

Gedr. 1) Helii Eobani Hessi a profectione ad Desiderium Erasmum Roterodamum Hodoeporicon carmine heroico. Eiusdem ad eundem epistola elegiaca. Eiusdem virgini Matri votum carmine elegiaco. Erasmi Roterodami ad Mutianum Rufum, Iudocum Ionam, Eobanum Hessum, Ioannem Draconem, Henricum Bemingum epistolae. Impressum Erphurdie per Matheum Maler. 17 Bl. 4°. fol. C 2v. — 2) Eobani Hessi . . . et amicorum ipsius epistolarum familiarium libri XII S. 256. 3) *Tz* Rel. ep. Mut. S. 32 — 33. *Hierselbst wird ein Abdruck des Briefes in einer Briefsammlung des Erasmus* lib. XXX ep. 4 *erwähnt, doch ist mir ein solcher nicht zu Gesicht gekommen.*

[a] *Fehlt in* 2 *und* 3.

---

[1] Der Brief ist die Antwort auf das Schreiben, welches von Hessus dem Mutian beim Weine entlockt war. Vgl. Br. 587 S. 253.

[2] Hessus hatte zu der Zeit, als der Kult des Erasmus unter den Erfurter Humanisten in Blüte stand, eine Reise zu ihm unternommen, um ihm persönlich seine Huldigung darzubringen. Genaueres darüber bei Krause. E. Hessus I, S. 289 — 298.

[3] Der Brief wurde nebst andern als Anhang zu dem Hodoeporicon abgedruckt, welches Hessus als Bericht über seine Wallfahrt zu Anfang des Jahres 1519 veröffentlichte.

[4] Vgl. Br. 587 S. 253.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/252

580. M. an Justus Menius. (Gotha 1518) Oktober 18.

Mut. hat von Crotus aus Italien einen Brief erhalten, den er gern dem Menius geben würde, wenn nicht Suebus als grosser Verehrer des Crotus ihn auch beanspruchte. Er empfiehlt des Suebus Brüder dem Musardus, welcher eine Schule errichtet haben soll, und wünscht, dass Adam Crafft, dem er sehr gewogen, sich in die Stille nach Georgenthal zurückziehe und dort zum Magister sich vorbereite.

Probatissimo Justo Menio,[1] amico fidelissimo, S. P. D.

Nuper ad me scripsit Crotus[2] noster e Bononia. Darem ego tibi literas viri optimi, quem tu unice veneraris ut hominem doctissimum et integerrimum, nisi Suebus[3] tecum certaret in amando. Tam amat Crotum quam tu. „Eia“, inquit, „mi Mutiane, siccine me mea defraudas voluptate? Semel Croti epistolam dedisti, o, qualem, Deus aeterne, suavem, hilarem, plenam iucunditatis, eruditionis, novitatis. Video Leogallum[4] suis esse oneri, video Urbinatem[a 5] regulum suo restitutum dominatui, video Turcam[6] duobus regnis et quidem maximis sublato Suldano potiri. Haec omnia video verbis electis, compositione aptissima describi. Ante dilexi, nunc amo Crotum, et amabo, quoad spiravero.“ Talia Suebus. Scin', quam amabilis, quam literatus? Ferreus essem et expers omnis officii, si tam bono, tam docto amiculo tam bellas et delicatas Croti literas auferrem. Sed dum illi obsequor, te forsan offendo. Affectas enim tui praeceptoris osculari manum. Ah, mi Iuste, dabis hanc veniam tuo carissimo Suebo. Sine habeat parum illius boni Croti, cum tu maxima possideas. Sufficit una Suebo epistola velut illicium amoris, cum tibi totam bibliothecam sciamus essé traditam. Verum de literis hactenus. Apud Musardum,[7] qui ludum aperuisse dicitur, si tu vitam agitas, commendo tibi fraterculos Aperhardi.[8] O, quantum antiquitatis politissimae talis praeceptor te adiutore et socio in scholam transfundet? Porro non possum non favere tuo municipi,[9] quem

[a] *Tz* urbanitatem.

---

1 Vgl. Br. 431 S. 89 Anm. 9.

2 Crotus Rubianus hatte seine Stelle in Fulda aufgegeben und 1517 als Begleiter zweier jungen Adeligen aus dem Hause Fuchs eine Reise nach Italien angetreten. Vgl. Kampschulte. Die Universität Erfurt I. S. 229 und D. F. Strauss. U. Hutten S. 139—140.

3 Vgl. Br. 547 S. 211 Anm. 4. 4 Die Venetianer.

5 Francesco Maria della Rovere.

6 Selim I. eroberte Persien, Syrien und Aegypten.

7 Früher Lehrer im Kloster Georgenthal. Vgl. Br. 184 S. 257 Anm. 1.

8 Von den hier erwähnten Brüdern des Eberhardus Suebus erfährt man sonst aus dem Briefwechsel nichts.

9 Adam Crafft aus Fulda wurde Mich. 1512 in Erfurt immatrikuliert, erhielt 1514 den Grad eines Bacularius und 1519 den eines Magisters. Er gehörte zu dem jüngeren Mutianschen Kreise und wurde später Reformator Hessens. Vgl. über ihn Strieder, Hessisches Gelehrtenlexicon.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/253

coram mihi commendaras. Innocentissimum puto, quem tu verecundus et probus tantopere praedicas. Vellem in Valles demigraret, vellem se mihi concrederet. Tranquille posset eniti ad gradum et insignia magistrorum. Subsidio essemus Urbanus, Suebus et ego, id est, Duronii[a] gratiam Adamo conciliaremus. Vale.

Die pictoris[1] evangelici. Tuus Mutianus.

Gedr. 1) *im* Libellus alter fol. I 7r—I 8r. 2) b Tz Rel. ep. Mut. S. 106-107.

[a] Lib. alt. Durovii.

---

581. M. an Crotus Rubianus. (Gotha 1518.)

Mut. kündigt dem Freunde den Nemo[2] an.

Conradus Mutianus Rufus ad Crotum[3] Rubianum epigramma de Nemine Hutteniano.

Omen adest placidum, pateant, Rubiane, penates.
Claude, venit Nemo. Nemo, reclude, venit.
Quis novus ignotis hospes successit ab oris?
Οὔτις[a] πουλύτροπος dicor, Homere, tibi.
Sum vafer et Protheus,[b] struo, destruo, texta retexo.
Orbica quadratis, candida muto nigris.
Accedit precio velut auro lucida gemma,
Artificis chari[c] nobile quod sit opus.[4]

Gedr. ΟΥΤΙΣ. Nemo. Impressum Augustae in officina Millerana Maximiliano Austrio imperatore. 12 Bl. 4° fol Av. *und in einer Reihe daraus nachgedruckter Ausgaben, welche Böcking.* Hutt. op. I. Index bibliographicus p. 21—25, *nachgewiesen und genau beschrieben hat. Bei Böcking findet es sich* Hutt. op. III. p. 109. *Unser Text ist der Erstlingsausgabe entlehnt, wovon sich ein Exemplar in der Halleschen Universitätsbibliothek vorfindet.*

[a] Οὗτις *im Originaldruck.* [b] Böck. Proteus. [c] Böck. clari.

---

[1] Des Apostels Lukas, welcher nach der Legende Marienbilder malte.

[2] Die zweite Bearbeitung der Huttenschen Schrift. Vgl. Strauss. Hutten S. 111 bis 116. Die erste war bereits 1513 erschienen.

[3] An ihn ist das längere prosaische Vorwort des Gedichtes gerichtet.

[4] Das Epigramm Mutians fand bald Nachahmung. Vgl. Hutt. op. ed. Böck. I. p. 252.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/254

582. M. an Johann Lange. (Gotha. Zwischen Sommer 1517 und Februar 1519.)

Mut. kritisiert eine Schrift des Budaeus und bittet, seine Briefe dem Usingen nicht zu zeigen.

Optimo Lango priori, theologię Christianę candidato[1] candidissimo.

Salve, pater patrum venerande classis sancti Augustini. Gallorum utraque lingua eruditissimi Budei[2] de asse opus olim perlegi et habeo. Utinam cura rerum esset ordinatior! Coegit multa, sed tenebicosus et difficilis est. Elegantia verborum nimis anxia et ubique morosa. In notis autorum libertate omnino utitur, alioqui plurima laude dignus. De quo noster Erasmus „Budeus", inquit, „homo nusquam non diligentissimus." In summa: „Pondera, mensuras corrigit et numeros", quod est Baptiste Mantuani pentametrum. Meo iudicio res tam abdite non sunt ἀπ' ὄνου collecte. Conferam ego tuum librum[3] cum meo, sed autumo nihil interesse inter hunc et illum, quandoquidem uterque labor Ascensianum[4] artificem agnoscit. Tua paternitas cum doctissimo theologo bene valeat. Scribit M. Curius[5]: „Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere." Ego quoque rogo, ne has ineptias gravissimo patri Bartholomeo[6] ostendas. Liceat nobis, mi Lange, suaviter,

---

[1] Wahrscheinlich als Doctor der Theologie, was Lange am 14. Februar 1519 wurde.

[2] De Asse et partibus eius libri quinque Guilielmi Budei Parisiensis secretarii regii. Paris 1514. Venundantur in edibus Ascensianis. Fol. Die Herzogl. Bibliothek in Gotha besitzt ein Exemplar davon. Eine zweite Ausgabe erschien Paris 1516. Vgl. Panzer. Ann. typ. VIII. 30. 856.

[3] Lange besass die jüngere, Mutian die ältere Ausgabe.

[4] Vgl. Br. 258 S. 340 Anm. 5.

[5] Cic. ep. ad. fam. VII. 29. 2.

[6] Gemeint ist Bartholomaeus Arnoldi de Usingen, Mitglied des Erfurter Augustinerklosters und nebst Jodocus Trutfetter der hervorragendste Scholastiker der Erfurter Universität. Er war anfänglich der Lutherischen Bewegung geneigt, wurde aber später einer ihrer heftigsten Gegner in Wort und Schrift. 1526 ging er nach Würzburg, kehrte jedoch nach einem Jahre nach Erfurt zurück und starb daselbst 1532. Ueber seine Erfurter Stellung und Wirksamkeit vgl. hauptsächlich Kampschulte. Die Universität Erfurt, I. S. 45—47 u. II. a. m. O. Nach Ausweis der Universitätsakten wurde er Mich. 1484 immatrikuliert als Barto'omeus Textoris de Osyngen, erhielt Herbst 1486 den Grad eines Baculariu artium und 1491 den eines Magister artium. Die theologischen Grade erwarb er zwar spät, aber schnell nacheinander, nämlich im Sommer 1512 den eines Bacularius formatus, im darauf folgenden Winter den eines „Licenciatus sacre theologie" und am 16. Oktober 1514 den eines Doctors der Theologie.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/255

ut congerrones et amici assolent, inter nos nugari. Cras te videbo Iterum vale.

Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon vol. VIII ep. 31. *Autograph.*

---

583. M. an Justus Menius.[1] Gotha 1519. April 6.

Mut. hat vernommen, dass Menius vorhabe, den Melanchthon, welcher neulich an ihn geschrieben, in Wittenberg zu hören und wünscht ihm Glück zu diesem Unternehmen.

Dicit tuus pater referentibus domesticis nostris te daturum operam Philippo Melanchthoni. O, si id fieret, felix Menius beatusque esset. Scripsit[2] ad me nuper disertissime et, quod summae voluptati mihi fuit, amicissime. Vidi, vidi vera esse, quae in annotacionibus evangelicis[3] de hoc iuvene Suevo Erasmus praedicat: „Nihil tam abditum in litteris, quod hunc praetereat.“ Quare favente Francisco[4] et annuentibus sodalibus i faelix in Wittenburgense[b] gymnasium.[5]

Datum Gothae 8 Eidus[c] Aprilis anno MDXIX.

Mutianus.

Gedr. 1) Tz Rel. ep. Mut. S. 36 — 37. 2) Schmidt. Justus Menius S. 45 Anm. 1.

[a] Schmidt. Melanthoni. [b] Schmidt. Wittenbergense. [c] Schmidt. Id.

---

584. Spalatin an Mutian. Schloss Lochau 1519. Mai 7.

Spalatin bittet den Mutian, Friedrich dem Weisen doch zu antworten. Derselbe sei ihm sehr geneigt. Er preist Luther, der unentwegt für die Wahrheit kämpfe, grüsst von Pfeffinger, welcher stets Mutians Lob im Munde führe und setzt bei diesen traurigen Zeiten sein ganzes Vertrauen auf seinen Fürsten

Praestantissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, Decretorum doctori, canonico Gothensi, suo praeceptori et patrono amantissimo S P. D.

Non dubito maiorem tibi esse caussam tacendi tam diu, mi reverende praeceptor et patrone doctor Mutiane, quam ut hoc nomine a me possis in suspicionem mutati erga me animi optimi vocari vel venire. Hoc igitur tantum peto, ut illustrissimo et pientissimo principi nostro divo Friderico, duci Saxoniae, Romani imperii archimarschalco, principi electori et hoc tempore interregi, respondeas.[6] Ita enim tibi

---

[1] Vgl. Br. 431 S. 89 Anm. 9.

[2] Von der Korrespondenz zwischen Melanchthon und Mutian hat sich nichts erhalten.

[3] In der Ausgabe des neuen Testamentes vom Jahre 1516.

[4] Eine unbekannte Persönlichkeit.

[5] Die Wittenberger Matrikel enthält den Namen des Justus Menius nicht.

[6] Die Korrespondenz zwischen Mutian und seinem Landesfürsten scheint überhaupt während der langen Zeit ihres Bestehens von jenes Seite

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/256

studet clementissimus princeps, ut nunquam non de te optime et honorificentissime loquatur. Cuius gratiae merito id tribuas, ne frustra abs te talia requiri videantur.[a] Scripsi autem tibi de doctore nostro Martino Luthero Augustiniano, cuius te scio studiosiorem, quam ut male velis homini, praesertim tam Christiano, ut nihil veritus humani periculi omnia malit pati quam Christum et eius tum veritatem tum doctrinam negare. Deo sit laus, optima quaeque studia cum vera et sacrosancta illa theologia ita reviviscunt, ut speremus brevi futurum, ut puras, putas omnes habeamus bonas artes. Dominus Pfeffinger[1] te salutat fidissime. Nunquam enim tui meminit, quin honorifice de te loquatur. Celabis procul dubio, quae tibi praesentia scribuntur. Vides, mi charissime praeceptor, in quam difficilia tempora nos aetas adduxerit nostra evasuros incolumes et tutos, si habeamus alterum Fridericum, nostri Friderici similem. Fridericos enim plurimos invenias, sed quem possis nostro comparare, vix unum aut alterum multa etiam regna scrutatus. Vale felicissime.

Datum ex arce Lochana. Nonis Maii MDXIX.

Gedr. 1) Tertius libellus | Epistolarum H. | Eobani Hessi et | aliorum quorundam virorum, auctoritate, virtute, sapientia | doctrinaque excellentium. | Editus autore Ioachimo | Camerario Papeberg. Lipsiae. Anno MDLXI. fol. D 2r — D 2v. — 2) Tz Rel. ep. Mut. S 37—38.

[a] Cam. *und Tz* videatur.

585. M. an Johann Lange. (Gotha 1517—1519. Mitte Mai.)

Mut. verspricht dem Lange für den nächsten Tag seinen Besuch, um Bücherangelegenheiten zu besprechen.

Ioanni Lango Aureliane factioni prefecto, amico decumano etc.

Bene habet. Excidit mihi nummaria messis consecrati[2] templi vestri. Nefas esset, si sese dux et conservator gregis subduceret. Ornabis celebritatem tua presentia. Itaque ut hodie bilingues esse perseveremus: Χαῖρε, ἐπιστάτα τῶν μοναστῶν καὶ διδάσκαλε τῶν χολαστικῶν Erfordiensium. Cras, si vacabit, te salutabo vel eo maxime, ut de literis et literatis colloquamur. Caput confabulationis erit bibliotheca.[3] Heus, Lange, quanti Athenęus?[4] Quid imprimit Vuittenberga? Quid

nicht allzu lebhaft geführt worden zu sein, wie sehr dies auch von Friedrich bedauert wurde.

1 Rat Friedrichs des Weisen und langjähriger Freund Mutians † 1519.

2 Die Kirchweih fiel 1517 auf den 17. Mai. Vgl. Br. 575 S. 242.

3 Mutian bezeigte unausgesetzt lebhaftes Interesse für die Langesche Bibliothek. Vgl. Br. 567 S. 232 u. 577 S. 244.

4 Athenaei Deipnosophistarum libri XV. Graece 1514. Venetiis in aedibus Aldi.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/257

Lipss? Quid Frobenius?[1] Quid Anshelmus?[2] Quid venale? Quid habes? Quid expectas? Quid profiteris? Si te bene novi, docebis rogantem, que nescit. Quodsi vel tua negocia vel mea desidia congressum interturbaverit, respondebis amico, quam primum in patriam[3] redieris. Sed nolo longior esse, ne te avocem ineptiis sive a concione, quam populo, ut opinor, paras, sive a mystico pane in crastinis ceremoniis sumendo. Tempus igitur est, ut sacrorum rationem habeamus. Vale, beatissime pater et felix adi 'απόλαυσιν μεγίστων ἀγαθῶν, δὸς δόξαν τῷ θεῷ. Εἶτα τί; Καλόν ἐστιν ὑμᾶς ὧδε εἶναι. Raptim. Nunc ad officia chori. Ita Deo placitum.

Tuus Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII ep. 20. *Autograph.*

---

586. M. an Beatus Rhenanus.[4] (Gotha 1519) August 11.

Mut. rühmt die Frobensche Druckerthätigkeit ebenso wie des Beatus Verdienst um die Herausgabe des Erasmus. Von diesem, dessen lateinischer Stil unübertrefflich schön, ist er mit zwei Briefen begnadet worden, obwohl er nur einmal im Vorübergehen auf Veranlassung des Hessus an ihn geschrieben. Er wünscht sich das Corpus iuris ohne Kommentar, den Quintilian in ähnlicher Weise wie Sueton ediert und einen Katalog der Frobenschen Drucke In der Nachschrift erkundigt sich der Briefschreiber nach dem Juristen Socinius, erzählt von seiner juristischen Schriftstellerei und bittet um das Bild des Erasmus.

Beato Rhenano, presbytero integerrimo et doctissimo, amico honorando.

S. p. d. Literarum dignitas et recta studia vehementer conciliant nostri ordinis vel vestrae potius, ut ita dicam, gentilitatis homines et hac quasi copula devinctos in amicicia retinent sempiterna. Semper ego unice colui et veneratus sum auctores Frobenianos.[5] Audi, quod verum est: Frobenius ille vester, immo noster, luculentus homo, ubique plausus eruditorum admiratione dignos suo artificio et facultate excitavit. Sciunt optimi et plurimi eam gloriam te adiutore et socio natam tua industria vivere ac florere. Neque ardentius nobilissimo librario, quamvis impense ut bene de seculo nostro merenti, quam tibi, Beate, favetur, propterea quod tua solerti diligentia fieri videmus, ut tot emendati codices circumferantur, quos literatissimi viri nunquam laudare et ambiciose complecti desinunt. Erasmum tibi debemus. Tu principem theologum et illam dulcem et divinam eloquentiam nobis et posteritati

---

[1] Der berühmte Baseler Buchdrucker, bei dem u. a. viele Erasmiana erschienen. Vgl. den folgenden Brief.
[2] Buchdrucker in Tübingen und Hagenau.
[3] Nach Erfurt. Lange war in Gotha anwesend.
[4] Vgl. über ihn Br. 555 S. 218 Anm. 1,
[5] Vgl. oben Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/258

credidisti. Semel atque iterum ad me scripsit homo omnium humanissimus nullis meis meritis tantum inepta quadam epistola[1] subinvitatus, quam Eobanus inter pocula imperavit et expressit. Vide, quid faciat poetica suavitas. Negare non potui: piget et pudet. Quid queris? Religiosius salutandum erat numen. Scripsi ebrius et nihilominus bis sum, o inauditam facilitatem! resalutatus.[2] In ardua nititur et ascendit et tamen interim ad amicorum parvitatem sese dimittit. Amavi te ante, mi Rhenane, quam provinciam illam librariam belle tua industria instructam et ornatam adires eciam vivente adhuc, qui plurimum iudicio tuo tribuebat, Thoma Vuolphio[3] iuniore mihi amicissimo. Postquam vero Erasmicum stilum, qui singularis est, longe lateque disseminasti, plus me felici Beato debere dixi quam ut solvendo (?) sim. Erasmum tuum[4] in manibus habeo. Nullus dies preterfluit sine iucundissima lectione. Ago tibi gratias et agam in omni vita perpetuas. Nihil potest esse dulcius Christiano Cicerone. Utinam Iustiniani Digesta reiecto Accursio[5] imprimenda curares![6] Bononie leguntur exemplaria ad Florentinum archetypum[7] recognita. Verum an limbi sint nudi et immaculati, affirmare non possum. Non vidi. Scholastici mihi sunt testes, qui isthic student. Valde me delectat Suetonius[8] tuus. Vellem eodem modo publicaretur Quintilianus submoto Badio et Regio. Gratissimum mihi feceris, si ad me dederis catalogum totius Frobeniane bibliothece. Erasmicum[10] habeo. Tu me et gratum et memorem et tui amantissimum cognosces. Bene vale. Cursim.

III. Eidus Augustas. Chonradus Moetianus.

---

[1] Gemeint ist der Brief, welchen Eoban Hessus persönlich dem Erasmus überbrachte. Derselbe ist verloren gegangen. Vgl. Br. 579 S. 246.

[2] Das eine Mal von Hessus, das andere Mal wahrscheinlich von Justus Jonas, der ebenfalls zu Erasmus nach Holland pilgerte.

[3] Vgl. Br. 8 S 12 Anm. 1.

[4] Vielleicht Auctarium selectarum aliquot epistolarum Erasmi Roterodami ad eruditos et horum ad illum. Hrsgg von Beatus Rhenanus. Basel bei Froben 1518. Dasselbe ist auch ein Jahr später erschienen.

[5] Vgl. Br. 145 S. 208 Anm. 4.

[6] Den Wunsch, eine blosse Textausgabe vom Corpus iuris zu besitzen, äussert Mutian auch in Br. 530 S. 194. Er hat ihn nicht mehr in Erfüllung gehen sehen, denn die älteste unglossierte Gesammtausgabe erschien erst 1525 bis 1527 in Paris.

[7] Haupthandschrift für die Pandekten aus dem 6. oder 7. Jahrhundert.

[8] Erschien als erster in: Historiae Augustae scriptores. Ex recognitione Des. Erasmi. Basel bei Froben 1518. Vgl. Panzer. Ann. typ. VI, 206. 226.

[9] 1516 erschien bei Ascensius in Paris: M. Fabii Quintiliani oratoriarum institutionum libri XII una cum annotationibus Raph. Regii, G. Merulae et Iod. Badii Ascensii in depravationes eorundem. Nach Panzer VIII, 28. 841.

[10] Lucubrationum Erasmi Rot. index. Basel 1519. Nach Panzer VI, 217. 320. Vgl. über den Index Br. 579 S. 246.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/259

Auch gunstiger Her freundt, das ist mein sonderlich bitt, Ir wellen mir anzeygen die taffeln der Bücher des Achtparn Frobeni, Truckhern zue Basell. Item quid prae manibus sit. Non omnia huc feruntur. Excellunt omnia, quae vestri opifices typis scriptitant. Facit hoc tua fides et solertia. Man saget, wie itzo zue Rhom Zozinii[1] Senensis filius satis eleganter iura tradat; ob dem alßo vnd ob etwas trefflichs bie euch in disser profession ist, das wült ich gern wissen. Dan ich habe die poeten vnd historicos verlossen. Grecis magis delector quam utor. In iure centurias[2] aliquot contraxi, ut sit, quod titulo respondeat. Tranquillitatis beate[3] et legitime antiquitatis amator sum. Itaque venerandum patrem Zassium[4] et colo et imitor. Hoc ideo posui, ut tua benignitas sciret, qua in re potissimum Mutiano tuo gratificari posses. Item Ewr achtparwirde wulle diß mein freuntlich schreiben gutwillig verstoen vnd annemen. Dan in warheit ich bien euch vnd Ewren stilo vast geneygt vnd gunstig. Salutem dicito Frobenio et Frobenianis omnibus. Imaginem Erasmi wult ich io so gerne sehen wie die bücher. Amor verus non est libris contentus, querit eciam simulachrum authoris.

Vivite.

Handschriftl. No. 155 *der Briefsammlung des Beatus Rhenanus auf der Stadtbibliothek zu Schlettstadt. Autograph in fol. 3 Seiten beschrieben, auf der vierten die Adresse. Ich verdanke meine Abschrift der Güte des Herrn Oberlehrer Dr. Gustav Knod in Schlettstadt.*

---

[1] Marianus Socinus, Sohn des Bartholomaeus Socinus, † 1556, verfasste mehrere juristische Schriften.

[2] Diese Arbeiten sind alle verloren gegangen.

[3] Am 19. Juli 1519 schreibt Justus Jonas an Johann Lange in Erfurt: Nisi iudicio prorsus sum nullo, nisi neque vena mihi ulla est neque communis sensus, sane Mutianus dignissimus est, cuius dotes paulo notiores sint orbi, cuius latebrae tandem in theatrum quoddam ac clarissimam lucem vertantur. Iacet in suo antro ibi perpetuo displicens sibi nesciens ipse, quam sit magnus. Quo magis incipit posse hoc, ut prosit multis, eo minus incipit velle, quodque magis dolendum est, ipse sibi domi concinnat et persuadet has opiniones non unquam aedendum esse quicquam subinde inducens se ipsum hoc verbo: „Hic murus aheneus esto.“ Quis non credat Fabio ingenia solitudine hac nimia plane situm ducere? Quis non damnat plane genus hoc vitae abstrusum et oculos hominum fugiens? Verum de his coram plura. Mutianus novit, quid se deceat. Nach Cod. chart. Goth. 399 fol. 202 v.

[4] Vgl. Br. 46 S. 59 Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/260

587. Ulrich Zasius[1] an Mutian. Freiburg 1519. Dezember 1.

Zasius schöpft in seiner traurigen häuslichen Lage Trost aus dem Briefe des Freundes, urteilt über sein jüngstes Werk und berichtet über seinen Streit mit Budaeus. Die lutherische Bewegung greife immer mehr um sich, in Freiburg widerstreben nur noch wenige. Er selbst erkenne Luther mit Freuden an, doch nur so weit als er durch ihn gelernt habe, Christo wahrhafter zu folgen, das Auftreten desselben gegen die päpstlichen Dekretalen könne er nicht gut heissen.

Excellentissimo, doctissimo undecunque viro Muciano Ruffo, policiorum[a] literarum antistiti Gote agenti, meo amico integerrimo.

Salutem dico.[b] Ego tametsi, Muciane doctissime, Phebi iaculis[2] hoc anno nimium impeditus, quod uxorem dilectissimam et liberos amiserim atque adeo calamitatibus tantum non prosternerer, tamen selectissime dictionis litere[3] me magnum in modum instaurarunt, quibus veterem agnosco amicum et talem amicum, quo mihi nemo alius fuerit observacior, ut puta viri, cuius vel umbra laudi esse posset. Faxit Deus, ut felicibus fatis fortunatum evum transigas[c] nostreque etati, ut iam diu fuisti, in multos annos et ornamento sis et utilitati. Quod Lucubraciunculas[4] meas magnifacis, humanitatis tue est. Ceterum nihil habent lucerna dignum et oleo, licet iustis viri operibus questuri.[d] Si me dolor domesticus non preriperet,[e] futurus, inquam, annus edet,[5] preludet et advocatis (si qui sint, qui cavillantur, nihil mihi res est. advocati sunt et nihil secius quam advocati.) Budeus,[6] cuius Antinomias elusi, male angitur et, cum cedere liti cogatur, partim personata laudis scena obliquo ductu me appetit, partim apertim agit conviciis mimum[f] me suum appellitans. Cui non segniter, sed pro Germana

[a] Cod. policiarum. [b] Cod. dicit. [c] Cod. transigat. *So liest auch Kampschulte.* Die Universität Erfurt I S. 245 Anm. 2. [d] *Im* Cod. *steht darüber, von derselben Hand,* congesturi. [e] Cod. prereperet. [f] Cod. animum.

---

[1] Vgl. Br. 46 S. 59 Anm. 2.

[2] In Freiburg wütete 1519 die Pest. Vgl. Stinzing S. 186 ff.

[3] Das Schreiben hat sich nicht erhalten.

[4] Excellentissimi viri Udalrici Zasii legum doctoris earundemque in celebri Friburgensium academia professoris ordinarii Lucubrationes aliquot sane quam elegantes nec minus eruditae videlicet: In legem secundam ff de origine iuris. In legem frater a fratre ff de cond. indeb. In § Cato ff de verb. oblig. Scholia, in quibus praeter stili nitorem rara quaedam iucunda et grata invenias. Praeter haec Antinomiarum aliquot acutissimae simul et eruditissimae dissolutiones. Item Orationes aliquot vario genere: Panegyrica una, funebris una, legales duodecimae perquam doctae. Apud inclytam Basileam. An. MDXVIII.

[5] Aus Stinzing ist nicht zu ersehen, was für eine Schrift Zasius hier meint.

[6] Vergl. über ihn Br. 296 S. 384 Anm. 2. Gegen seine Antinomiae war Zasius in den Lucubratiunculae zu Felde gezogen, worüber jener sich sehr verletzt fühlte und dem Gegner einen groben Brief schrieb. Zasius antwortete darauf zwar sehr ruhig, aber mit „einer klaren Derbheit." Vergl. Stinzing S. 195—198.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/261

integritate ita respondi, ut experiri facile possit ignotos non facile attentandos. Misissem tibi et suas[a 1] et meas literas, (sunt enim prolixiuscule) sed negat tabellarius. Forte fortuna ad Carinthum[b 2] nostrum profecturus commoror.

Super Luthero, viro omnium candidissimo, quid iudices (iudicare autem mala de viris bonis non potes) scire cupio. Apud nostrates Germanos super hoc homine (heroen merito nominaverim) mirifice variatur. Quicquid purioris est doctrine in terris nostris, Lutherum[3] sequitur sine delectu. At monachorum factio eiusque ordinis theologi, quos scolasticos nominant, exceptis tamen multis probis viris, eum damnatum cupiunt. Nostre academie theologi duo viri probissimi et doctissimi Iohannes Bresigavius[4] et Georgius Achensis[5] Martinum recipiunt, beant, favent et veteribus theologis, id est, veris conferunt. Helvecia tota, Constancia, Augusta, bona pars Italie a Luthero[6] pendet. Si a iuristis quibusdam sacerdociariis forique mancipiis litigiosis discedimus, sepe pugnatur[c] hinc pro homine illinc diversum.

Ego Lutherum ita recipio, ut nonnulla in eo desyderem. Nam quod frigidissima putat pontificum decreta, quod Leonis textum resupinare pergit, non adprobo. Nec ulla eum salutis humane,[7] pro qua tantopere vir bonus[d] laborat, perpulit, ut in eo genere paradoxo se fatigaret ansamque adversariis preberet calumniandi sui, quasi a nephario Hussita non admodum abhorreret. Equidem sicut de Luthero non aliter quam de viro omnium optimo sentire possum, utpote qui eius

[a] Cod. tuas. [b] *Im* Cod. *nicht recht zu entscheiden, ob Corinthus oder Carinthus zu lesen sei.* [c] Cod. pungnatur. [d] vir bonus *fehlt bei* Gillert.

---

1 Der Brief steht bei J. A. Rieggerus. M. Zasii epistolae. Ulmae 1774 p. 466—470, der des Zasius ebenda 471—478.

2 Ein wenig bekannter süddeutscher Humanist, mit Vornamen Udalricus. Zu der von Reuchlin 1504 besorgten Ausgabe des Rabanus Maurus. De institutione clericorum hat er Empfehlungsverse geliefert.

3 Ueber Zasius Stellung zu Luther und zur Reformation vgl. Stinzing S. 216 - 255.

4 Zasius sagt in einem Briefe an Luther über ihn: Brisgoici, inquam, cui nihil post sacras literas nisi Lutherana sapiunt. Vgl. Rieggerus p. 396.

5 Georg Wägelin, sonst von Zasius Achaeus genannt. Vgl. Rieggerus p. 374.

6 Eine Stelle aus Luthers Thesen gegen Eck lautet folgendermassen: Romanam ecclesiam esse omnibus aliis superiorem probatur ex frigidissimis Romanorum pontificum decretis intra quadringentos annos natis, contra quae sunt historiae approbatae mille et centum annorum, textus scripturae divinae et decretum Niceni concilii omnium sacratissimi. Nach Janssen. Geschichte des deutschen Volkes. Freiburg 1880. Bd. II S. 85 Anm. 10.

7 Hier ist ein Wort wie cura ausgefallen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/262

doctrinis didici aliquanto verius Christum sequi, ita in pontificia re cum eo sentire non possum suntque facillima confutatu, quicquid in ea re sentit.[1] Sed contra eum non scribam. Piaclum ducerem, si vel verbo a me perstringerem. Miseret tamen me condicionis humane, quod adeo sumus fragiles et nihili, ut etiam qui perfecciores esse probantur, a via declinent, ut vicisse, ut pociores fuisse videantur. Sed de hiis nimium. Hoc de me habe nullam esse rem tam difficilem, quam frustra a me, dum prestare officium possim, sis expetiturus, qui te vehementer amo et a te totus pendeo. Vale.

Ex Friburgo Kalendis Decembris anno XIX.[a 2]

Tuus Udalricus Zasius.[b]

Legum doctor et ordinarius Friburgensis.

Handschriftl. Cod. chart. Goth. B. 20 fol. 40v—41r. *(Der Codex stammt aus dem 16. Jahrhundert und enthält auf 55 Blättern in 4⁰ eine Anzahl wichtiger Briefe aus der Reformationszeit. Der Text des vorliegenden Briefes ist an mehreren Stellen offenbar falsch überliefert. Einerseits nämlich scheint der Abschreiber sehr flüchtig gearbeitet zu haben, andererseits wird auch die anerkannt schwer lesbare Hand des Zasius eine getreue Wiedergabe des Originals vereitelt haben).* — Gedr. *bei Gillert. Lutherana. Zum 10. November 1883, in der Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins Hrsgg. von Wilh. Crecelius u. Wold. Harless Bd. XIX Jahrg. 1883. S. 187—192. Daraus ein Sonderabdruck. Düsseldorf 1883 S. 1—5.*

[a] Cod. XX. [b] Cod. Zazius.

---

588. M. an den Rektor der Universität Erfurt. Gotha (1519 oder 1520.) März 1.

Mut. bittet zum zweiten Male um Vergebung, dass Molitor wiederum gefehlt, hofft, dass die Feinde der Wissenschaften nichts ausrichten werden und empfiehlt den Draco.

Domino rectori academico.

Praestantissime rector, salvus sis. Iterum atque iterum errare nos Molitor[3] facit; nova venia opus est, absolve domine bis in eadem re peccantem. Nihil agunt hostes literarum. Velint, nolint, multiplicantur politiores. Hoc volui, ne nescires. Draconem[4] amplectere, diser-

---

[1] Am 22. Oktober 1520 schreibt Zasius an Johann Faber: Descivi ab homine (sc. Luthero), ubi venena mala miscet, antehac admiratus, ubi bona venena temperavit. Deum immortalem, quam fragilis, quam nichili res est homo sine gratia adiuvante! Quid non potuit Lutherus cum gratia? nunc abeunte, ut vereor, gratia quid non confundit?

[2] Aus den Anfangsworten des Briefes: hoc anno Phebi iaculis nimium impeditus geht deutlich hervor, dass der Brief nicht 1520, sondern 1519 geschrieben wurde.

[3] Wahrscheinlich der Landsmann Urbans „Joannes Molitoris ex Urba“, welcher Ostern 1512 in Erfurt immatrikuliert wurde. Er wird sonst im Briefwechsel nicht genannt.

[4] Johannes Draco aus Karlstadt. Er wurde Ostern 1509 in Erfurt immatrikuliert, (Joannes Trach de Kerlstadt) 1512 Bacularius und zwei Jahre später Magister.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/263

tum virum, etiam amicissimum Ionae nostro, imo et mihi. Non sine caussa hoc tuae rectitudini scribimus. Vale.

Ex Gotha ad Calendas Veneris; Martius enim in tutela Diones est.

Gedr. 1) Lib. tert. fol. D. 7 r. 2) Z. Rel. ep. Mut. S. 15.

---

589. M. an Johann Lange. (Gotha) 1520. Mai 15.

Mut. entschuldigt sich wegen seiner Nachlässigkeit im Schreiben, dankt für die Uebersendung eines Briefes von Zasius über Luther, der nicht nur von diesem, sondern auch von Pirkheimer verherrlicht werde und bittet sich das Werk des Lee sowie das des Irenicus aus.

Magno inprimisque[a] docto theologię doctori[1] Ioanni Langio,[b] Erfordiensi cęnobitę tanquam patri sanctissimo.

Salutem, pater optime. Culpa caret omni pius frater Suicerus,[c 2] quod sine meis literis ad convictum solemnem hinc abiit, nam semel atque iterum me interpellavit et ego, quę mea tarditas est, paulo serius epistolam obsignavi. Epistola tua greca munus secum attulit disertissimi iurisperitorum.[3] Is in coelum fert Lutherum nostrum. De eodem suppresso nomine sic scribit clarissimus Pirckheimer,[4] id quod hac hora legi beneficio Adami,[5] singularis amici: „Hoc nullo non memorandum ęvo primos fuisse Vitenbergenses sapientes, qui post tot secula oculos aperire, verum a falso dignoscere et depravatam philosophandi rationem a Christiana philosophia secernere coeperint.“ Quis autem ita excellenter eminet inter sapientes illos, ut fortis Christi preco Martinus? Testimonium Zassii hac lege tradimus, ut cum tuo Edu-

[a] Kr. imprimisque. [b] Kr. Lango. [c] Kr. sed sincerus.

Alsdann studierte er Theologie und erhielt um 1520 ein Kanonikat am Severistift, das er 1521 als Freund Luthers zusammen mit seinem Gesinnungsgenossen Justus Jonas verlor. Mit Eobanus Hessus verknüpfte ihn ein enges Freundschaftsband. (Vgl. Krause. E. Hessus I. S. 226). Mutian lernte ihn erst ziemlich spät kennen und zwar durch Vermittlung Urbans, der in einem Briefe vom Jahre 1519 schreibt: Qua tua (Draconis) virtute et probitate factum est, ut his diebus te sanctissimo et eruditissimo viro Mutiano Rufo ita commendarim, ut non dubitem, quin deinceps in charissimis te sit habiturus (E. Hessi et amicorum epistolae familiares fol. C 3).

[1] Dies war Lange am 14. Februar 1519 geworden.

[2] Vgl. Br. 575 S. 242 Anm. 3.

[3] Von Ulrich Zasius. Es wird dies ein jüngerer Brief als der unter No. 587 gedruckte gewesen sein.

[4] Vgl. über Willibald Pirkheimer aus Nürnberg Erhard. Gesch. des Wiederaufblühens wissensch. Bildung Bd. III S. 1—61.

[5] Adam Krafft. Vgl. Br. 580 S. 247 Anm. 9.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/264

ardo,[1] Erasmi diabolo, remittas. Nam omnino mihi legendus est Leus aliena licentia et sua iracundia tam inique audax. Adde, queso, historicum[2] olim promissum. Utrumque bona fide reddam. Bene vale, doctorum decus unicum.

Ex tranquillitate. Ad Idus Maias MDXX.

Tuus Mutianus.[a]

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII, ep. 27. *Autograph.* Gedr. Krause. Epistolae aliquot selectae virorum doctorum Martino Luthero aequalium e codicibus edidit. *Gymnasialprogramm von Zerbst. Ostern* 1883 S 14 — 15.

[a] Kr. bloss Mutianus.

---

590. M. an Johann Lange. Gotha 1520. Mai 24.

Mut. sendet dem Adam Krafft die Schrift Lees zurück und übt in erregtester Stimmung eine vernichtende Kritik an dem Machwerke des Engländers. Er fordert die Briefe von Beatus Rhenanus und Ulrich Zasius zurück, deren Geist und Stil, wenn man von Erasmus und Melanchthon absieht, unübertrefflich.

Reverendo patri Ioanni Langio[a] Erfordiensi, theologie doctori eximio, amico honorando.

S. Habeo gratiam Adamo,[3] communi amico familiari nostro, qui ut tuę dignitatis ornatę et cultę piis moribus, humanitate, literis studiosus est et plane dignus, quem in tuis habeas, ita tuum Anglicanum Zoilum, imo Timonem Lovaniensem[4] sua sibi opinione sanctulum Erasmi monitorem, indoctę plębis patronum, theologicę cohortis, quę a diatribis, in quibus incipit occidere, scholastica dicitur, assertorem et vindicem, sua item falsa persuasione inequabili[b] dicendi genere instructum ac paratum, meo vero et eruditorum iudicio perversum, iniquum, impium et, si aliena ab eo extorqueas, infantem, stupidum, excordem, merum portentum ac simulachrum[c] sacerdotis personati, hunc novum, inquam, christianismi conservatorem, alieni furoris faculam, magister[5] Adamus summa fide perferendum ad me curavit et epistolam pariter, in qua mandatum erat, brevi ut tantus author recurreret, puto,

[a] Kr. Lango. [b] Cod. in ęquabili, Kr. in aequabili. [c] Kr. simulaerum.

---

[1] Der Engländer Eduard Lee, Dozent an der Universität Löwen, vermeinte in seinen „Annotationes in novum testamentum Erasmi“ (1519) gegen 300 Fehler entdeckt und verbessert zu haben. Die Art und Weise seines Auftretens gegen einen so verdienstvollen Gelehrten wie Erasmus war höchst unschicklich und erregte fast überall einen Sturm des Unwillens gegen ihn, besonders unter den Erfurter Humanisten. Vgl Erhard. Gesch. des Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung, Bd. II. S. 572 ff.

[2] Franciscus Irenicus. Vgl. Br. 594 S. 265 Anm. 6.

[3] Adam Krafft. Vgl. Br. 580 S. 247 Anm. 9.

[4] Eduard Lee. Vgl. oben Anm. 1.

[5] Dies war er 1519 geworden.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/265

quod egre diu careas suavitate ac deliciis annotandi. Video enim in ipso limbulo, quam diligenter inquiras, quam acute corrigas. Ego mandati memor dedi operam, ne quo extra fineis[a] Erasmi ἀνταγωνιστὴς progrederetur, ut remearet cito ad dominum. Habes igitur tuum volumen, de cuius parente, qualem Rhenanus[1] meus calculum in urnam coniecerit, non est ut tibi commemorem. Testem habes epistolam. Deus immortalis, ut iusta libra philobarbaros expendit! Nihil rectius dici potest. Scimus nos omnes, qui restitutę ab Erasmo theologię gratulamur, quantum prosint Erasmi divina in rem Christianam merita. Ab hoc quasi fonte derivantur Oecolampadii, Philippi, Martini,[2] o quanti proceres literarum! Quid omnino recta studia essent, si Erasmus utriusque linguę principatum tenens neque cornicum oculos confixisset[b 3] neque pretexuisset universa, que in singulis splendent? Profuit, ne mentiar, Italia, sed prophanis[c] demum. Hic vero noster Mercurius prophanis et sacris literis incredibili adiumento est et dignus merita laude. Quare mihi ingratissimi videntur, qui Erasmi gloriam de gradu conantur deiicere. Errare, labi, falli potest ut homo. Sed arrogantior, quam ut admoneri velit? Minime. Admonitus in Proverbiis grecanicę negligentię, sed a doctis et probis viris. Quid? nonne retractavit.[d] Monitorem in evangeliis Tunstallum[4] libenter et ingenue audivit. Erant in editione secunda,[5] quę nasum offenderent. Ea per se vidit, uti narrant, qui a secretis sunt homini. Quid tibi sumis, bardorum levissime? Tun' Erasmi, tam docti, tam clari viri, doctor videri vis? Nihil agis, amentissime. Dissuit, inquis, amiciciam. Licuit, fieri solet. Animadvertit te nunquam ex animo sibi bene voluisse, stolidum bardum reiecit, leviculum et insanum sycophantam admittere recusavit. Cautior, quam velles. Illud, barde levis, animadverte, ne, dum sevis et clava cedis Erasmum, incidas ob impudentem temeritatem in Melampygum.[6] In quo omine qui mihi non assentiatur, neminem futurum arbitror. Ita

[a] Kr. fines. [b] Kr. confregisset. [c] Kr. profanis. [d] Kr. retractavit monitorem in etc.

---

[1] Vgl. Br. 555 S. 218 Anm. 1. Er scheint in diesem Briefe, der möglicherweise erst die Antwort auf den Mutians vom 11. August 1519 war, wacker über den Lee hergefallen zu sein und ein Loblied auf Erasmus gesungen zu haben.

[2] Die drei Reformatoren Johann Oecolampadius, Philipp Melanchthon und Martin Luther.

[3] Vgl. Br. 115 S. 158 Anm. 6.

[4] Chutbertus Tunstallus, englischer Theolog, später Bischof von London und Durham und Gegner der Reformation.

[5] Sie erschien 1519. Nach dieser hat Luther übersetzt.

[6] Vgl. Erasmus. Adagia p. 375.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/266

nemo est, qui virulentiam non accuset tuam, insolentiam non oderit, stuporem et ignorantiam non derideat. Iam fremuit Hercules, audite suut due apologie.[1] Veh tibi, cum te tercia prostratum (quam expectare iubet) misere velut ursum murmurantem conficiet. Quo tibi tunc,[a] quod opus venenatis conviciis et fedis mendaciis passim asperseris et propter malevolentiam nonnulla durius, inhumanius, quam fieri decuit, ex Origene, Chrysostomo, Augustino protuleris? Monere zelo religionis volebas. Quid audio? Sus Minervam[2] docere voluit et, quia non curat muscam aquila volans, circumrodere pergis ova instar fabulosi scarabei.[3] Non eget Erasmus vel Atensis[4] censura vel hortatu monituque bardi levis, turbulentissimi nebulonis. Hęc expromere libuit in testimonium perditę audacię, ne, qui theologię classem isthic ducunt, persuadeant sibi pie et vere taxatum Erasmum. Tu, pater erudite, satis exploratum habes vecordem hunc calumniatorem nec sacerdotii nec studiorum et doctrinę, nec fructus studiosorum[b] habuisse rationem, sed ira et odio extimulatum et accensum cupiditatę glorię ulcisci sui contemptum, quasi non sit impium et sceleratum et nefarium neglecta charitate[c] Christiana tantas movere tragedias studio iactancię et amore vindictę. Quid igitur effecit, nisi ut bonas voluntates infecisse, depravasse, bonas literas onerasse, depressisse videatur? Nam Erasmicę dignitati tantum abest, ut obfuerit, ut altius caput erigant veluti[d] flores ad meridianum solem nocturnis pluviis degravati. Quis enim nostri ordinis (de literatis loquor) levis bardi prędstigiis exoculatus non intelligat Matheologorum[e] instinctu rem geri? Subornatus est procul dubio garrulus et stultus iste ab Lovaniensibus Martino infestis, Capnioni, summo viro, crudeliter inimicis. Iam quid dicam de inaudita dementia? Non cupit par esse Erasmo, nisi et alia accedant, que desunt, ut levi bardo videtur. Quid accedat amabo? Dic, sodes. An latina elegantia? An Grędcorum auxilium? Abundat utraque copia. Quid ergo desideras? Num Hebraicam literaturam? Non deest. Num Occanicum Scoticumque[5] presidium? Non desideramus contenti Christo et Paulo. Modestiam, diligentiam, iudicium requiris. Apage. Ista superfluunt. Quis moderatior Erasmo? Quis accuratior? Quis in Hieronymo et veterum theologorum scriptis ędquior

[a] Kr. tuus. [b] Kr. studiorum. [c] Kr. caritate [d] Kr. velut. [e] Mataiologorum.

---

[1] Des. Erasmi Rot. Apologiae duae. Coloniae MDXX. Vgl. Panzer. Ann. typ. VI. 383. 325.

[2] Vgl. Erasmus Adagia p. 58.

[3] Vgl. die Erzählung in Br. 475 S. 133.

[4] Johannes Noxus in Löwen, ein Gegner des Erasmus.

[5] Scholastische Weisheit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/267

arbiter? Quod autem versippellem, quod ingratum, quod herēticorum patronum appellas, dabis, improbe, penas mendacii tui. Ego tranquillus et tranquillitatis institutor et beatę tranquillitatis perpetuus custos non id feram. Castigabo te caudatam simiam, ut cognoscat orbis Christianus te nihil aliud esse quam levem bardum. Satis constat magnum Erasmum non fędata, ut tu ais, ab hereticis exemplaria propagasse, sed fędata purgasse, cum latinis exemplaribus greca simul protulisse, ut liberum esset lectori iudicium de utraque lectione. Quid novum aut mirum, si intacta quedam reliquit, que boni viri citra iniuriam Erasmi examinarent, restituerent illius exemplo. Neque enim posteritati et nobis[a] syncere legentibus iudicium precipuit. Tibi preripuit, qui syncere nihil proponis. An tibi debeat vir doctissimus? „Nusquam," inquis, „sexcenta loca a me reprehensa." Hoc fingis ut cętera. O caudatum asinum! Nescit sexcenta et mille voces esse peculiares eruditis pro incerto numero. Simili dicit inscicia „exherbare," „dietim," „chartatim," „in crastinum" pro „postridie." I nunc, in opere alieno curiosum age monitorem, tanquam hoc debueris orbi Christiano. Ad loca notata responderem, nisi prestaret audire tuum Herculem, qui iussit, ut iudicium suspenderemus, dum ipse suis armis indutus prodiret. Veniet, veniet. Iacebis et magnum esse senties tuo magno malo. Tunc tu omnis officii et humanitatis expers sero disces, quam salubre sit preceptum τῷ μείζονι εἶκε.

Hęc, mi pater, paulo ardentius, sed venia dignus, quod Erasmi nostri laudibus nullo pacto deesse possum, alioqui mitis, tacitus, quietus. Qui Erasmum ledit, me ledit. Remitte literas Beati[1] et Zassii.[2] Eorum ingenio nihil candidius, stilo nihil gravius et elegantius, Philippum[3] excipio, qui post Erasmum mihi primus est. Vale.

Datum nono Calendas Iunias. Anno MDXX.

Moetianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Mon. vol. VIII. ep. 17. *Autograph.* Gedr. Krause, Epistolae aliquot selectae S. 15 — 17.

[a] Kr. verbis syncere.

---

[1] Vgl. die vorvorige Seite Anm. 1.
[2] Derselbe ist verloren gegangen. Vgl. Br. 589 S. 258 Anm. 3.
[3] Diese grosse Wertschätzung Melanchthons zeigte Mutian auch späterhin.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/268

591. M. an Justus Jonas.[1] (Gotha 1520 Juni 29.)

Mut. entschuldigt sich, dass er eine eigentliche Antwort auf den erhaltenen Brief noch nicht sendet und verspricht, in nächster Zeit das Versäumte nachzuholen. Ueber seinen neulichen Zorneseifer dürfe man sich nicht wundern: das werde wohl jedem, der Lees Werk lese, so gehen.

Celeberrimo doctori et canonico[2] Erfordiensi Iusto Jonę, amico ex animo colendo Mutianus.[a]

Amicus amico Ione, probe docto Moetianus S p. D.

Et chori vadimonium et apostolica sacra,[3] que nunc instant et epistole tue maiestas non patiuntur, humanissime doctor, ut ad ea respondeam, que docte tu quidem et graviter pro Erasmo[4] declamas. Nam toto, ut aiunt, organo predicandus est mihi piscatorum nobilissimus et nobilium magistrorum vehementissimus, ambo lumina pietatis, exempla bene beateque vivendi. Prior tuus esse gentilis videtur, utpote ἴσος Ἰώνᾳ[b] vir constans post lapsum, simplex et ingenuus et mitis quasi, ἡμένη πελειάς vel potius πρεσβύτερος περιστερᾶς, posterior, etsi non simpliciter ut socius tamen ἀγοητεύτως et pure et sancte tractavit mysteria Christi. Propter hasce duas oves rite consecratas non licuit indulgere stilo. Erit autem mihi cure, ut cras vel ad summum perendie tum votis tuis tum elegantissimis literis satisfaciam. Miraris nos incaluisse.[5] Quis non ardenter evomeret ἀπολογισμὸν Erasmica lesa dignitate, que bonis omnibus merito cara debet esse? Ita de studiosis optime meretur vir ille summus. Usus iste levus Leus[6] videtur invidorum et perfidorum consilio. Subolet enim, quid barbaros male habeat: subornarunt stolidum, insulsum vere asinum, qui adversus solem ruderet. Testis est doctissimus quisque nihil egisse Leum, tantum sibi et suis obfuisse, quod epigrammate confirmamus ad Adamum[7], singularem philosophum, nuper misso. Vale. Es, turris vocale signum, evocat.

Datum celeriter. Tuus Mutianus.

Handschriftl. *Autograph der Gymnasialbibliothek in Meiningen.*

[a] *Diese Worte bilden die äussere Adresse.*

---

[1] Vgl. Br. 342 S. 435 Anm. 4.

[2] Die Studentenmatrikel nennt ihn (Ostern 1519) „iuris utriusque designatum doctorem, aedis Severianae canonicum.“ Eine feierliche Doctorpromotion scheint niemals stattgefunden zu haben, weil sein Name in dem Verzeichnis der juristischen Doktoren fehlt.

[3] Des Petrus and Paulus.

[4] Jonas hatte als begeisterter Verehrer des Erasmus eine Wallfahrt zu demselben ebenso wie Eoban Hessus unternommen.

[5] Mutian nimmt wahrscheinlich Bezug auf den vorigen Brief.

[6] Vgl. Br. 589 und 590.

[7] Adam Krafft. Vgl. Br. 580 S. 247 Anm. 9.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/269

592. Friedrich der Weise an Mutian. Lochau 1520. Juni 30.

Der Kurfürst benachrichtigt den Mutian, dass seinen Bitten die Geistlichen Haler und Sperber betreffend stattgegeben worden und nimmt mit Dank die Segenswünsche für das heilige römische Reich entgegen.

Venerabili et clarissimo nobis dilecto, devoto domino Chunrado Mutiano Rufo, doctori et canonico Gothensi.

Dei gratia Fridericus dux Saxoniae, sacri Romani imperii archimarschalcus princeps elector et vicarius etc. S. D.

Precibus tuis ducti, venerabilis et egregie doctor, devote, nobis dilecte, sicut cessionem domini Friderici Haler[1] parochiae Crossen,[2] approbavimus, ita ad eandem parochiam eiusmodi cessione vacantem dominum Iacobum Sperber,[3] nobis a venerabilibus nobis devotis dilectis dominis praeposito, decano et capitulo ecclesiae omnium sanctorum Vuitenbergae nominatum praesentamus. Quod te latere in praesentiarum noluimus, ut cui iam pridem gratia singulari affecti sumus. Ad haec comprecationem et votum tuum pro sacro Romano imperio benigniter accepimus. Egemus enim omnes Dei optimi maximi favore, gratia et benignitate, quam ut nobis clementer impertiat merito obsecramus. Feliciter vale.

Datum Lochau postridie sanctorum apostolorum Petri et Pauli MDXX.

Gedr. 1) Lib. tert. fol. C 1 v — C 2 r. — 2) Tz Rel. ep. Mut. S. 40—41.

---

593. M. an Justus Menius. (Gotha) 1520. (Mai oder Juni).

Mut. meldet die Ankunft des Crotus in Deutschland und seinen Aufenthalt in Bamberg.

Iusto Menio suo S. P. D.

Crotus noster in Germania est.[4] Fuit Bambergae in aedibus de-

---

[1] Die Persönlichkeit ist sonst nicht bekannt.

[2] Wahrscheinlich das heutige Krossen an der Elster im Regierungsbezirk Merseburg.

[3] Auch über diesen Geistlichen, welcher sich der Protektion Mutians erfreute, habe ich, ausser der Erwähnung seitens Urbans in einem Briefe vom 30. Juli 1521 (Originalbrief der Baseler Universitätsbibliothek G. I 31 fol. 60): Iacobus Sperber habitat in nido suo Crossensi et pascit suos subditos verbo et exemplo keine Angaben ausfindig machen können.

[4] Crotus war, nachdem er in Bologna zusammen mit seinem Freunde Iohann Hessus sich hatte in die theologische Fakultät aufnehmen lassen, im Januar oder Februar 1520 von dort aufgebrochen und nach Deutschland zurückgegangen. Am 29. April schreibt er aus Bamberg: Sedeo hic multos dies apud Fuchsos meos und etwas weiter: Cum mecum literis quicquam voles colloqui, Hesse, eas huc mitto ad Fuchsos, vel Erphurdiam ad amicos communes aut Gotham ad Mutianum. Sein Bamberger Aufenthalt dauerte 2 Monate. Vgl.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/270

cani.[1] Qui id mihi dixit, laudem adiecit testimonio concionatoris illius insignis ecclesiae: Crotum adesse theologum graece et latine doctissimum. Ea fama voluptati est et tibi incundam fore scio. Faxit Deus, ut salvum videamus. Bene vale.

Die Valeriani MDXX. Mutianus.

Gedr. 1) Libellus alter. fol. I 8r. — 2) Schmidt. Iustus Menius S. 33.

---

594. M. an Johann Lange. (Gotha) 1520. Juli 1.

Mut. urteilt über das ihm übersandte Werk des Franciscus Irenicus, legt die Ansichten des Ulrich Zasius über Luther, sowie seine eigenen über die Dekretalen dar.

S.[3] d. P. Appetebat, doctissime patrum Lange noster, celeberrimus dies visitatę[4] Virginis salutiferę, cum Ossenburgii[5] quęstoris vestri comes et ipse, ni fallor, Engerensis[a] a tua sibi indulgentia commendatos[6] codices exhiberet. Quos reverentissime patentibus bracchiis acceptos statim a digressu Westphalici monastę introspicere cepi. Primum tibi tam iucundos, tam expolitos libros gratulabar et sensi veram esse famam de illustri bibliotheca tua,[7] de qua cum alii pręstantes viri tum Draco,[8] communis amicus, summa humanitate parique eruditionę prędítus mentionem in epistola fecisset. Mox ut legi Germaniam a tenebris in claram lucem revocatam, imo[b] vero mirabili ingenio

[a] Kolde Eugerensis. [b] Kolde immo.

---

des Crotus Briefe vom 5. Januar und 24. April 1520 sowie vom 31. Mai 1521, mitgeteilt in K. und W. Krafft. Briefe und Dokumente S. 15. 20/1 und 28.

[1] Andreas Fuchs ist gemeint. Vgl. Hutt. op. ed. Böcking I p. 153.

[2] Nach Brinckmeyer, Handbuch der hist. Chronologie, fällt der Valerianstag auf den 15. Dezember. Dieses Datum aber kann hier nach Lage der Sache gar nicht in Betracht kommen.

[3] Die Adresse fehlt.

[4] D. h. der zweite Juli, auf welchen Tag die Visitatio Mariae fällt.

[5] Nur hier erwähnt. Ein Johannes Ossenburgius wurde 1514 Erfurter Magister artium.

[6] Darunter das weiter unten näher besprochene Werk des Franciscus Irenicus, das Mutian sich in Br. 589 erbeten hatte: Germaniae Exegeseos volumina duodecima a Francisco Irenico Ettelingiacensi exarata. Eiusdem oratio protreptica in amorem Germaniae cum praesentis operis excusatione ad illustris principis Palatini Electoris Cancellarium Florentinum de Pleningen, utriusque censure doctorem. Urbis Norinbergae descriptio Conrado Celte enarratore in fol. Auf dem letzten Blatte: Elaboratum est hoc Germaniae opus typis ac formulis Thomae Anshelmi Hagenoae presente castigatoreque authore ipso. Sumptibus autem viri ornatissimi Ioannis Kobergii Norinbergensis M. D. XVIII. Mense Augusto. Vgl. darüber Horawitz. Nationale Geschichtsschreibung im 16. Jahrhundert in Sybels Historischer Zeitschrift 1871. Bd XXV. S. 82 ff. und Geiger, Renaissance und Humanismus in Italien und Deutschland S. 488.

[7] Vgl. Br. 585 S. 251 Anm. 3.

[8] Vgl. Br. 588 S. 257 Anm. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/271

laxiorem[1] factam adiectis Scythis et Dacis (nam de Gotthis[a] et Sarmatis non erat ambiguum, quin essent ab origine prima gentis Germanice) exultavi, fateor, prę gaudio. At postquam reperi elogia[2] Martini, preconia[b] Philippi, laudes Erasmi, Peutingeri, Capnionis, prope ambrosia et nectare mihi frui videbar. Sciebam in Germania illustranda plurimum laborasse Chunradum Celten,[c 3] pręceptorem[4] olim nostrum, et item Gresemondum[5] iuniorem nobis, dum Mogunciaci[6] ageremus, amicissimum. Pręstitere hi duo materiam Francisco Irenico,[7] inveni literatissimo, quamvis vita defuncti. Congessere nonnihil sacrorum prędides Spanheimensis,[8] Uspergensis,[9] Frisingensis,[10] ut hos potissimum nominem Verum quantum mihi cernere datur, adiutus est Irenicus opera Bilibaldi[11], patricii Norenbergensis, viri utriusque linguę peritia nobilissimi. Neque dissimulari[d] potest auxiliaris manus Capnionis[12] nostri. O te felicem Philippi Brettani discipulum! Contigit tibi, quod adhuc nemini, ut Chunradi Celtis vestigio cum immortali

[a] Kolde und Krause Gothis. [b] *Die Worte von* preconia *bis* Peutingeri *fehlen bei* Krause. [c] Kolde Celtem. [d] Kolde dissimula si.

---

[1] Hierüber wird im ersten Buche gehandelt.

[2] Die Loblieder auf Luther, Melanchthon, Erasmus, Peutinger und Reuchlin finden sich im 2. Buche des Werkes.

[3] Vgl. Br. 78 S. 116 Anm. 2. Ebenfals im 2. Buche sagt er von Mutian: Mutianus Ruffus, Gottheimensis (sic!) decanus, vir in omnibus literarum disciplinis sacer, perquam eruditus.

[4] Mutian hörte den Celtes in Erfurt, doch kann dies nur sehr kurze Zeit gewährt haben, da er daselbst erst im Frühjahr 1586 immatrikuliert wurde und Celtes bereits im Sommer dieses Jahres nach Leipzig übersiedelte.

[5] Vgl. über ihn Gust. Bauch: Johannes Rhagius Aesticampianus in Krakau, seine erste Reise nach Italien und sein Aufenthalt in Mainz, im Archiv für Litteraturgeschichte. Hrsgg. von Fr. Schnorr von Carolsfeld. Bd. XII Heft 3 S. 346—359.

[6] Ueber die vermutliche Zeit dieses Aufenthaltes vgl. die Einleitung.

[7] Sein deutscher Name ist Friedlieb.

[8] Johannes Trithemius. Vgl. über die grosse Zahl seiner historischen Schriften Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissenschaftlicher Bildung. Bd. III S. 387 — 392.

[9] Abt Konrad von Lichtenau † 1240, irrtümlich Abt von Ursperg genannt, galt den Zeitgenossen Mutians fälschlich für den Verfasser der Ursperger Chronik, wie sie von Peutinger 1515 herausgegeben wurde, während er in der That nur eine Fortsetzung zu dem durch Probst Burchard von Ursperg verfassten Geschichtswerke geliefert hat. Vgl. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen 3. Aufl. Bd. II S. 342 — 345.

[10] Der Bischof Otto von Freising, Oheim des Kaisers Barbarossa, verfasste eine Chronik und die Gesta Friderici. Vgl. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen 3. Aufl. Bd. II S. 206 — 214

[11] Irenicus hat seinem Werke einen Brief Pirkheimers vorausgeschickt.

[12] Reuchlin war Lehrer des Irenicus gewesen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/272

gloria insisteres. Fuerit ille Cherilus, tu nimirum Germanorum es Homerus. Delectat longe repetita[a] narratio, stilus ubique intrepidus, fortis et vere Teutonicus, id est, magnificus. Obstupesco legens tam grandia: „Palam est," inquit, „Germaniam Italia, Grecia et tota Europa antiquiorem. Quid externi lectores dicturi sunt? Ridebunt[b] et somnia fortasse putabunt. Occurris Grecorum auctoritate et quidem gravissimorum roboratus. Neque a Chao rem auspicaris[c] ut Hesiodus, sed ab arca Noe deducis Tuisconem, quem ego terre filium esse credidi. Letantur, opinor, in fortunatis insulis, si ad manes Irenici operis rumor descendit, pater sanctissimus et Mannus et Ingevon una cum rege Gambrivio[d] et Hercule Alemanno et Mercurio Teutone ceterisque proceribus Germanie, quorum memoriam prope intermortuam ab extremo interitu vindicasti. Neque passus es nostrates dici barbaros et indigne fers (tanta tua pietas est in patriam), si quando scriptores maligne maiorum nostrorum gesta exposuisse dreprehenduntur. Macte igitur, optime iuvenis, istius pietatis esto et communi glorie, quod facis, stude. Neque enim nobis tantum nati sumus, ut divinitus scribit Cicero,[1] sed eciam amicis et patrie. Et breviter sic habeto, ut utar verbis quoque Ciceronis[2], omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in celo definitum locum, ubi beati sempiterno evo[e] fruantur. Hic verbosa terminum habeat ἀποστροφή, ne putes me colorem et motum orationis ornatui accommodatum in humili et simplici syncera-que[f] epistola quesivisse. Significare tantum volui caput iudicii nostri de auctore potissimum hac causa, ut tibi monachorum politissimo gratum faceremus. Sunt enim[g] hec tua verba: „Historicum mittimus tuum de hoc iudicium requirentes." Varium, mi Lange, et eruditum est opus. Grecanica symbola Reuchlin, ut existimo, et Pyrkheimer grecissimi contulere. Denique in universum ego tritum illum versiculum suffragante veritate proferam: „Sunt bona, sunt quedam mediocria, sunt mala plura",[3] quamvis, ut corrigatur versus, plurima sunt bona vel mediocria sunt mala pauca.

Quis est ille Martinus Luder,[4] qui interposito Ioanne Fugio[5] et

[a] Kolde reposita. [b] Krause Videbunt. [c] Kolde auspicabis. [d] Kolde Gambrinio. [e] Krause quo. [f] Kolde *und* Krause sinceraque. [g] Kolde n.

---

[1] De officiis I, 7. 22. [2] Somnium Scipionis 3.

[3] Martialis I, 16. 1.

[4] Lib. II. cap. 42 fol. 44v heisst es: Omnibus autem Germanis antesignanum Martinum Lutherum Vuitenburgensium ordinarium publico nomine theologorum appellare honoris gratia voluimus etc. Kurz darauf werden Fugius, Linck und Lange angeführt und merkwürdiger Weise Martinus Luder.

[5] Auch ein Mitglied des Augustinerordens, von Pirkheimer als hervorragender Theolog bezeichnet. (Vgl. Hutt. op. ed. Böcking I, p. 153.) Im November

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/273

Vuenceslao[a] Linck[1] Ioannem Langum sequitur et continenter prędcedit Stupitium, ordinis vestri prędfectum? Insignis est incuria et notabilis ignorantia, si hic in numerum redigitur,[b] quem eodem capite XLII principe loco dignatus est; non dicam iniuria, quia fieri potest, ut alius sit Luder, alius[c] Luther. Quare inter poetas post Aventinum[2] Spalatinum nostrum, integerrimum theologum, et post Sturnum[3] nescio qua in regione volantem Rubianum, virum omnium horarum,[4] hoc est, iocis et seriis pariter aptum et nuper Bononie theologorum insignibus[5] donatum nominavit? An ideo, quod bonus poeta bonus theologus semper sit habitus et e diverso? Admodum mihi placet eruditorum nomenclatura non solum amore studiorum, sed propterea maxime, quod, ut Athenęus tradit, sub nomine philosophorum virtutes ipsas admiramur. Qui Erasmum laudat, eloquentiam predicat, qui Capnionem predicat, admirandas linguas et[d] mystica Hebręorum attollit. Qui utrumque deamat, is profecto veneratur et colit puram, putam, eruditionem et sacrosanctam[e] Palladem, qua nihil est in terris divinius, amabilius aut pereque[f] adorandum. Iam vero, mi pater, quod sciscitaris[g] de Zasio,[6] quid rectius dicam, quam illud Irenici[7] nostri: Cui iure datus videtur Varronis titulus ob virtutem atque eloquentiam. Et mihi iuris peritorum disertissimus[8] et disertorum iurisperitissimus (de Germanis loquor) semper est[h] visus. De Martino non male sentit Zasius.[9] Scit nostrę theologię sive recentioris sive veteris satis peritum esse. Scit, quantum sit lumen Augustinianę

[a] Kolde Vuencislav, Krause Venceslav. [b] Cod. *und* Kolde redegitur. [c] Kolde aliud. [d] Kolde est. [e] Kolde sarosanctam. [f] Kolde preaque. [g] Kolde sciscitas. [h] Kolde et.

1519 lebte er in Nürnberg, wo er den aus Italien heimgekehrten Johann Hessus empfing. Vgl. Analecta Luth. p. 10.

[1] Der vertraute Freund Luthers. Er war zuerst Mitglied des Augustinerklosters zu Wittenberg, woselbst er auch studierte und dann neben Luther als Theolog lehrte. Später ging er nach Nürnberg und wirkte dort als protestantischer Prediger.

[2] Ueber Johannes Aventinus (deutsch Thurmaier) vgl. Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissenschaftl. Bildung. Bd. III, S. 241 — 428. Als Geschichtsschreiber würdigt ihn Geiger. Renaissance und Humanismus in Deutschland und Italien S. 489 — 490.

[3] Johann Sturnus (Staar) aus Schmalkalden war (nach Erhard. Bd. III, S. 320 — 321) einer der gelehrtesten und feinsten Kenner der lateinischen Sprache, that sich aber durch irgend welche Schriften nicht hervor.

[4] Derselbe Ausdruck in Br. 245 S. 323.

[5] Vgl. Br. 592 S. 264 Anm. 4.

[6] Vgl. Br. 46 S. 59 Anm. 2.

[7] Er sagt lib. II, cap. 44: Cui secundi Varronis titulum virtute ac eloquentia indiderunt.

[8] So auch in Br. 589 S. 258.

[9] Vgl. Br. 587 S. 256 und 257.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/274

factionis. Novit, quam[a] interritus multorum impetus sustineat. Plane cognoscit virum innocentem diris pontificiis iniuria obligari. Non est nescius, quantum pręgravet Hussitani nominis invidia, quantum odii conciliet beata Bohemia. Arbitratur fortasse quieti populorum et concordię plus allaturum commodi, si se pater ille contineret intra septa mansueti et taciturni cęnobitę relicta parochis et agrariis sacerdotibus interpretacione legis divinę. Sunt alii neque improbi neque indocti, quorum nominibus parco,[b] qui autumant sceleratum et impium esse sic Leonem, apostolicę maiestatis apicem, ab homine bis religioso lacerari. Ego nullis dissensionum, contumeliarum, certaminum auctoribus accedo. Idem[c] Accio, quod Ticio.[1] Sive non movenda[2] moveant,[d] sive sopitas Bohemorum nenias suscitent et vindictę studio reverentiam Romanę sedis violent refricantes cicatricem, nihil ista audacia ad hunc tranquillum sibi et intus demum, non extra et publice caventem. Atque hęc modestia mitioris est ingenii et haud scio an prudentioris.

Postremo queris meam de pontificalibus decretis sententiam. Ego philosophorum decreta[e] pluris ęstimo quam sacerdotum. Antiquiora sunt illa, non patrocinantur avaritię,[f] tollunt ambicionem, morbos[g] animi sanant. Hęc vero[h] sub religionis pretextu predę cupidorum porrigunt ansam, factiosis arma, instrumenta contenciosis et habent non uno in loco indigna, que canonicis literis, id est, Novo et Veteri Testamento adnumerentur. In defendenda tamen pontificis dignitate satis nervorum ostendunt et donationibus applaudunt, ut XXIII. q. V. et aliis in locis apparet. Legi olim Erfordie[i] Occhani[k] libros. Infestus est Occhanus[l] tum canonistis, uti scribit tum episcopis urbis Romę. Sed posteaquam usus me plura docuit, usus, inquam, qui Afranio sapientiam genuit matre memoria,[3] singularem egi Pythagoricum. Tacere[l] didici, obmurmurare dedidici et factus sum sicut mutus non habens in ore suo redargutionem.[4] Bene vale.

Datum intra Calendas[m] Quintiles anno[n] MDXX.

Chunradus Mutianus.[o]

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII. ep. 16. *Autograph.* — Gedr. 1) Kolde, Analecta Lutherana S. 19—23. 2) Krause, Epistolae aliquot selectae S. 17—19.

[a] Kolde quod. [b] Kolde pareo. [c] Kolde Item. [d] Krause monenda moneant. [e] *Fehlt bei* Kolde. [f] Kolde avavariciae. [g] Kolde morbus. [h] Kolde verae. [i] Kolde *und* Krause Erfurdiae. [k] Krause Occani *und* Occanus. [l] Kolde Tacere. [m] Kolde Kalendas. [n] *Fehlt bei* Kolde. [o] Krause Moetianus.

---

[1] Vgl. Br. 131 S. 188 Anm. 5.
[2] Vgl. Erasmus. Adagia p. 218.
[3] Vgl. Gellius XIII. 8.
[4] Psalm 38, 15.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/275

595. Spalatin an Mutian. Frankfurt a. M. 1520. September 21.

Spalatin giebt Nachricht von seiner im Gefolge des Kurfürsten unternommenen Reise, auf welcher er auch Mutians früheren Diener getroffen, verspricht das Antwerpener neue Testament auf jeden Fall auftreiben zu wollen und meldet den kolossalen Absatz der Lutherschen Schriften.

Eruditissimo[a] viro domino Conrado Mutiano Ruffo,[b] Gothensi canonico et doctori, suo patrono et praeceptori amantissimo, S. D.

Huc princeps noster pientissimus vere pater[1] Romani imperii, nedum patriae et suorum incolumis cum suis pervenit heri, mi eruditissime praeceptor doctor Mutiane, cras Deo adiutore hinc navali profectione soluturus Agrippinam. Quod Deus optime vertat. Salutavit Hessorum principem[2] id magnis precibus petentem exultante omni Hessia et applaudente. Tanti faciunt principem optimum et sapientissimum. Tanti habent reversum cum ipsis in gratiam, quem nunquam male provocati offenderant. Sabbato superioris hebdomatis in patria[3] tua pernoctavimus, ubi dominum Paulum,[4] olim tuum ministrum, non inveni altero ab hinc die ad te profectum. Misissem tibi hinc Novum Instrumentum[5] Antverpiae impressum, nisi omnes pene libros bibliopolae in dolia congestos clausissent in suas aedes convehendos, missurus tamen, ut promisi, vel ex Agrippina vel ipse aliquando allaturus Deo volente. Mirum, quanti ubique optimus quisque et eruditissimus doctorem Martinum Lutherum faciat. Eius opera latina formis elegantissimis Adamus Petrus typographus Basiliensis forma, ut vocant, arcus impressa hic vendit. Nihil frequentius emitur, nihil cupidius legitur, nihil diligentius tractatur. Deus stet a suo evangelio. Bene vale cum nostris. Cursim.

Ex Francofordia Meni die S. Mathaei apostoli MDXX.

Spalatinus.

Gedr. 1) Libellus tertius fol. C 5r — C 5v. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 41—42.

[a] *Tz* Erudissimo. [b] *Tz* Rufo.

---

1 Friedrich der Weise war Reichsstatthalter. Vgl. Br. 583 S. 250.

2 Philipp den Grossmütigen. Derselbe war 1518 mündig erklärt worden. und hatte selber die Regierung angetreten, die bisher in seinem Namen geführt worden war.

3 Homberg in Hessen.

4 Er ist nachweislich, mindestens von 1505 an, eine Reihe von Jahren in Mutians Hause gewesen.

5 Vielleicht ist die zweite Ausgabe des neuen Testamentes von Erasmus gemeint.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/276

596. Mosellan[1] an Mutian. Leipzig 1520. November 11.

Mosellan ist durch mancherlei Dinge, seine Flucht vor der Pest, seine vielen Rektoratsgeschäfte und die Bewerbung um eine einträgliche Stelle im Collegium, zu schreiben verhindert gewesen, bittet um freundliche Aufnahme des Boten und meldet, dass man den Fabritius Capito nach Leipzig ziehen wolle, er selber aber vor 300 Zuhörern die Paulinischen Briefe erkläre.

Clarissimo[a] juris consulto ac theologo domino Chunrado Mutiano Ruffo[5] apud Gotham Turingorum canonico, amico et patrono suo primario.

Quo rarius ad te scribo, vir optime, eo te reverentius ama. Nolim enim gravioribus occupato amico per nimiam scribendi familiaritatem abuti. Tametsi annus hic[c] exactus tam mihi fuit turbulentus, ut, si maxime studuerim, non potuissem tamen erga amicos officiosum me pro dignitate ostendere. Primum errare nos aliunde alio coegit saevitia pestis. Mox conjectus sum in scholae huius turbulentissima negotia, summo eius magistratu ultro mihi delato. Inter haec ambiendum fuerat iam in aula, iam apud senatum, ut contingeret heic praebenda collegi maximi cum summa libertate in annos[d] centum[e] aureos praestans. Hanc princeps invitis sophistis omnibus in me contulit, cum tamen obstarent mihi et consuetudo et scholae hujus leges. Evici tamen idque partim magnorum hominum favore partim exquisita quadam arte. Qui has tibi reddet, integer est homo Bernhardus Hebraeus[f 2] superstitiosior paulo. Hunc litteris ac tabulis instructum in patriam mitto, illic meo nomine haereditatulam ex fratris mei morte petiturum. Ei[g] si quid benefeceris, mihi factum putabo. Attamen nolim te gravari. Novarum rerum heic[h] nihil habemus, neque etiam novum est bellum, quod infestis utrinque armis cum sophistis gerimus. Circumspicimus heic[i] viam, per quam Fabritium Capitonem[3] huc queamus adducere. Tota iuventus in sacrarum litterarum studia prona fertur. Ipsum adeo me certe non optimum praeceptorem Paulinas epistolas interpretantem audiunt plus minus trecenti. Vide, quanta rerum vicissitudo! Olim

[a] *Im Cod. lautet die Adresse:* Conrado Mutiano S. [b] Rufo b. *Tz.* [c] Cod. *und Tz* heic. [d] Cod. annuatim. [e] *Tz* contum. [f] Cod. *und Tz* Ebraeus. [g] *Tz hat* Ei *ausgelassen.* [h] Hek. *und* Krafft. hic. [i] *Wie in* h.

---

[1] Vgl. Br. 559 S. 223 Anm. 1.

[2] Eine sonst nicht näher bekannte Persönlichkeit. Er wird noch in einem späteren Briefe erwähnt.

[3] Wolfgang Fabricius Capito (1478–1541), ein geborener Elsässer, studierte erst Medizin, dann Jurisprudenz und später Theologie. Er war eine Zeit lang theologischer Professor und Prediger zu Basel, trat darauf in die Dienste des Kurfürsten von Mainz und siedelte 1523 nach Strassburg über, wo er sich für die Reformation entschied und eifrig für sie wirkte.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/277

hae[a] litterae, ut jejunae, sordebant omnibus. Nunc caeteris rejectis hae solae placent. Bene vale et, cum vacat, rescribe.

Cursim. Lipsiae e collegio nostro III Eidus Novembris. Anno MDXX.

Tuus

Petrus Mosellanus.

Handschriftl. Cod. chart. lat. Mon. No. 2106 4° s. XVII, S. 3—4. Gedr. 1) Hekelius Manipulus ep. sing. S. 50—51. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 42—44. 3) K. *und* W. Krafft. *Briefe und Documente* S. 148—149.

[a] Cod. *und* Hek. haec.

---

597. Spalatin an Mutian. Alstett[1] 1520. November 26.

Spalatin sendet dem Mutian im Namen des Kurfürsten einige kaiserliche Gesetze u. dgl. m. zur Begutachtung und verhehlt ihm nicht, dass sein Herr ihm die demnächst erledigte Professur Gödes übertragen wolle.

Reverendo et doctissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, doctori et canonico Gothensi, suo praeceptori amantissimo. S. P. D.

Mittit illustrissimus et Christianissimus princeps[2] noster, eruditissime praeceptor, tuae humanitati leges et constitutiones nonnullas aliquot caesarum et conventuum imperialium petens, ut eas pellegas et illis ipsis lectis illustrissimae gratiae eius respondeas, quidnam tuo iudicio videatur vel addendum vel minuendum vel immutandum. Tantum iudicio tuo tribuit, ut te nequaquam praeteriri vellet, dum haec pro publica totius Christani et orbis et imperii salute et dignitate meditatur. Praeterea est, quod cupit maxime abs te observari, quod sequitur. Veretur doctorem Henningum[3] non diu in vivis futurum. Cuius successorem[4] neminem mortalium mavult quam te iampridem tam cupide, ut in summis hoc votis habeat. Itaque mandavit mihi, ut id ipsum tibi scriberem flagitans, ut respondeas propediem, quid tibi sit mentis. Nam si voluntati optimi et sapientissimi[a] principis nostri subscripseris, rem longe gratissimam ei feceris futurus charissimus non solum neacademiae, sed etiam principi optimo perpetuo et inter eos victurus, qui te sunt habituri in summo et honore et precio tanquam parentem. Utinam tandem obsequaris principi et mihi! Si enim laeta

[a] Tz sapienissimi.

---

[1] Im heutigen Sachsen Weimar, an der Rohne gelegen.
[2] Vgl. Br. 595 S. 270 Anm. 1.
[3] Vgl. über ihn Br. 52 S. 66 Anm. 2. Er starb zu Anfang des Jahres 1521.
[4] Friedrich der Weise hatte schon wiederholt versucht, ihn an seinen Hof oder nach Wittenberg zu ziehen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/278

responderis, hoc est, te venturum et migraturum in Saxoniam, gaudebimus omnes. Bene vale cum nostris omnibus. Cursim.

Ex arce Alstetina postridie Sanctae Catharinae MDXX.

Georgius Spalatinus.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. D 3 v — D 4 r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 45 — 46.

---

598. M. an Justus Jonas.[1] (Gotha 1518—1520.)

Mut. kritisiert ein ihm geschenktes Gemälde und stellt Betrachtungen über Heiligenbilder an.

Jonę Justo cum primis eleganti et diserto Ulyssi pulpitario, sed et claro pictori suo Mutius.

Salve. Grata est tabula[2] vel magno in honore habetur tam delicatum gymnasium. Lusitant nudi pueruli, divini encolpi, spectabiles ecuncule. Non sunt ’ακροθίνια πυγμαῖα, non turpes cineduli, sed puri puti ac celestes genii. Si quis τὸ δῶρον, tam bella spectra, tam suaves oculorum illecebras donasset olim divis Cesaribus Iulio dictatori, Octavio Augusto, Nerve, Traiano vel cognomini meo Quinto Mutio vel undecunque doctissimo Marco Varroni, profecto non indonatus abiisset. Dedicabant veteres eiusmodi tabulas et signa in cubiculo Lari familiari. Videmus in templis pulchras statuas utriusque sexus et omnis etatis et omnis ordinis. Hic stat barbatus Nicolaus cum speciosa Barbara iuvencula, illic visendi apparent puer Vithus et Martinus eques,[a] sed habitu velati. Nicolaus sacrificali trabea amictus, Barbara puellari mundo obruta magis quam tecta, Vithus pretextatus, Martinus chlamidatus, alii aliis velaminibus investiti. Sebastianus nudus est, sed histrice spinosior, Erasmus seminudus, sed cruciatu viscerum saucius. Solus puer nobis natus ad bene vivendi regulam, soli genii alati cuticulam et aperta sua signa spectatoribus ostendunt. Volebat olim Priapus in hortis nudus spectari atque eam licentiam tuetur gravibus argumentis, cum et ceteri dii sua insignia palam ostentarent. Sed alia est Priapi lascivia, alia Ganymedis administratio. Priapo datur horti custodia Formosi puelli summo Iovi celoque subserviunt. Ab ethnicis genii, a theologis angeli, a poetis sub Ganymedis fabula celebrantur Corydonis delicie. Viciis laborant diversis, ne credas absolutissimos. Nam[b] sinister est equo membrosior, sicuti fere sunt nani, dexter pedi-

[a] *Das* s *ist abgerissen.* [b] *Ergänzt aus* Na . .

---

[1] Vgl. Br. 342 S. 435 Anm. 4.

[2] Dass Mutian ein grosser Freund von scherzhaften Gemälden oder Zeichnungen war, geht aus mehreren Briefen hervor. Vgl. Br. 501 S. 162.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/279

bus est grandiusculis et auribus[a] flaccidis ac propendentibus. Supernum pumilionem[b] dedecorat frons striata. Vide, quam severe iudicem[c] de insigni forma. Sic Momus sandalium Veneris.[d 1]

Statim concerpe.

Handschriftl. *Autograph der Gymnasialbibliothek in Meiningen.*

[a] *Die 2 Silben* ribus *sind am Rande abgerissen.* [b] *Das* m *fehlt am Rande.* [c] *Wie in* c. [d] *Die Silbe* is *fehlt am Rande.*

---

599. M. an Johann Lange. Gotha (1520.)

Mut. enschuldigt sich wegen seines häufigen Schreibens, das allerdings mehrfach auf Drängen des Helvetius geschehe, bedauert den Tod des Georg Frank und wünscht guten Fortgang der Studien.

Reverendo patri Ioanni Lango priori, theologorum integerrimo, amico colendo.

S. d. Elvetii[2] nostri simplicitas, qua pręcique gaudet familiaritas bonorum, complecti a te favore debet ac profusa indulgentia. Est Hercules tui amantissimus, id quod eiusmodi argumento mihi persuadeo. Non putat se officio aut pietati erga te sue satisfacere, nisi secum Erfordiam literas Mutiani ferat. Quanquam incivile videtur semper ad te scribere, virum in regenda cęnobii vita occupatum, de nugis et re levicula. Dabis igitur veniam primum mihi, quem in omni ordine simplicitas delectat, ut invitet, tum vero sedulitati Elvetianę. Audio fratrem Georgium Francum[3] decessisse. Erat ille tui studii admirator, acerrimi ingenii et satis facundię habuit contra malorum ecclesiam. Dormiat in pace. In hoc studio currimus omnes ἄνω κάτω. Quod superest, precor, ut studia tua propitius Deus et longęva reddat et maiora. Ornas patriam et collegium tam Minervę quam Augustini. Et recte tu quidem. Σπάρταν ἔλαχες, ταύτην κόσμει.[4] Utinam philosophastri minus gravatim reciperent meliora desertis Cimmeriis tenebris! Traditus est nuper in disciplinam νεανίσκος quidam mihi propinquus Melosingo[5] pręceptori. Quam vellem in eo esset gymnasii

---

[1] Vgl. Erasmus. Adagia p. 328.
[2] Vgl. Br. 568 S. 233 Anm. 5.
[3] Sonst nirgends erwähnt.
[4] Ein Vers des Euripides, angeführt bei Stobaeus, Florilegium 39. 10. Für ταύτην heisst es κείνην.
[5] „Ludevicus Platz de Melsungen“ bezog Mich. 1497 die Universität Erfurt, wurde später daselbst theologischer Professor, und neigte als solcher der Lehre Luthers zu. Er war Lehrer und Freund des Dichters Eobanus Hessus. Vgl. über ihn Krause. E. Hessus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/280

status, ut loquendi rationem non nisi ab optimis autoribus peteretur. Bene vale.

Datum Ei: ε ἰῶτα.[1] Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. VIII. ep. 22. *Autograph.*

---

600. Spalatin an Mutian. (Worms) 1521, Januar 21.

Spalatin drängt den Mutian, die Gnadenbeweise des Kurfürsten doch anzunehmen, da seine Ruhe ja nicht gestört werden solle. Den Tod des kaiserlichen Rates Wilhelm von Croi und andere Neuigkeiten werde er aus Urbans Briefe erfahren.

Eruditissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, doctori et canonico Gothensi, suo praeceptori charissimo, S. D.

Neque Damascus neque preces primariae,[2] eruditissime praceptor et patrone Mutiane, tibi tuam tranquillitatem praeripient. Tantum abest, ut princeps noster Christianissimus et tui amantissimus tantopere tibi tuum invideat ocium. Fac igitur, ut modis omnibus Damascenam togam induens liberalitate[a] principali utaris et fruaris. His quamlibet brevibus literis intelligis dubio procul tuas mihi ab adolescente nescio quo probe redditas. Cardinalem[b] Toletanum,[3] sacerdotem opulentissimum et potentissimum, hic vita defunctum et nonnulla alia nova ex literis meis ad Urbanum cognosces. Bene vale cum nostris omnibus certus me tuo nomini, ut multis debeo nominibus, perpetuo futurum devotum.

Die Sanctae Hagnes παρθένου καὶ μάρτυρος MDXXI.

Tuus Spalatinus.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. C 5v—C 6r. — 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 48—49.

[a] Tert. lib. liberalitati [b] Lib. tert. *und Tz* Carlem.

---

[1] Eine Spielerei, für „e Gotha."

[2] Vielleicht ist die Bewerbung um die demnächst frei werdenden zahlreichen Pfründen Gödes gemeint.

[3] Wilhelm von Croi, Herr von Chievres, Karls V. ehemaliger Erzieher und später einflussreichster Minister, ein politisch und kirchlich gemässigter Mann, starb während des Wormser Reichstages, wie es hiess, durch spanisches Gift. Vgl. Köstlin. M. Luther. Sein Leben und seine Schriften I. S. 915. Sein Tod erfolgte, nach Spalatin in den Annalen, (Mencken II. p. 605) am 10. Januar.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/281

601. Friedrich der Weise an Mutian. Worms 1521. Februar 12.

Friedrich d. W. bittet den Mutian, entweder die jüngst erledigte Professur und Praepositur Gödes selber anzunehmen oder, wenn er auf keinen Fall gewillt sei, seine behagliche Ruhe aufzugeben, ein Gutachten über den ihm von anderer Seite für diese Stelle empfohlenen Justus Jonas abzugeben, aber möglichst vorsichtig dabei zu Werke zu gehen.

Venerabili et egregio, nobis dilecto, devoto domino Chuonrado[a] Mutiano Decretorum doctori et canonico Gothensi.

Dei gratia Fridericus, dux Saxoniae, sacri Rhomani[b] imperii archimarscalcus et princeps elector etc.[c]

S. D. Non putamus animo tuo excidisse, reverende, dilecte, nobis devote doctor Mutiane, quid aliquoties abs te petiverimus.[1] Itaque quum in presentiarum[d] sublato[2] e rebus humanis doctore Henningo Gode beatae recordationis, preposito Vvittenbergensi, occasio sit tui provehendi, modis omnibus hoc tibi scribendum duximus. Quapropter non minus[e] iam quam hactenus clementer desideramus, ut permittas te doctori Henningo Gode ad preposituram ecclesiae omnium Sanctorum Vvittenbergae nostrae a nobis suffici tum ob alia multa, tum quod neminem mortalium malumus in locum demortui cooptare quam te nobis iampridem ita commendatum multis nominibus, ut ex animo tibi faveamus, quicquid id est sacerdotii. Quodsi prorsus statutum[f] habes tranquillitatem potiore[g] loco habendam quam ut in Saxoniam nostram demigres, non invidemus otio tuo ut cupidores tui adiuvandi quam ut protrudere[h] cupiamus in pistrinum[i] tibi incommodum. Quanquam si hoc petentibus gratificeris, rem impense gratam nobis feceris. Verum si adeo in conservanda tranquillitate beata perseveras, hoc saltem nobis presta, ut premonstres et veluti preeas, quem recte et utiliter prepositurae Vvittenbergensi prefíciamus et quem speres et usui et honori futurum Divorum omnium templo et academiae nostrae divino muneri non incelebri. Et quia nobis commendatur a nonnullis Iodocus Ionas[3] Northausensis, gratiose affectamus, ut, si tu quoque iudices dignum et parem gerendae praepositurae Vvittenbergensi, primo quoque tempore hominem clam ad te accersitum hoc nomine convenias eiusque animum tentes, an velit in locum defuncti doctoris Henningi substitui et lectionem ordinariam iuris canonici Decretalium Vvittenbergae profiteri. Nam si tu eum commendatione tua, que semper apud nos fuit plurimi,[k] auxeris, prod-

[a] *Tz* Chonrado. [b] *Tz* Romani. [c] *Fehlt bei Tz.* [d] *Tz* impraesentiarum. [e] *Tz* mivus. [f] *Tz* statuum. [g] *Tz* potiori. [h] *Tz* protendere. [i] *Tz* pristinum. [k] *Tz* plurimum.

---

[1] Vgl. Br. 597 S. 272—273.
[2] Er war am 21. Januar 1521 gestorben.
[3] Jonas war damals Kanonicus am Severistift in Erfurt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/282

erit homini nobis et alioqui commendato. Tantum igitur fac, ut pro tua perpetua et egregia in nos pietate negotium hoc, ut soles, prudenter, clanculum et fideliter agas et statim respondeas ob competitores. Tibi enim clementer et optime volumus. Bene vale.

Datum ex comitiis imperialibus Vvormatiae die XII^ma Februarii. Anno domini MDXXI.

Fridericus
manu propria.

Handschriftl. Cod. chart. Goth. A 379 fol. 42—43. *Von der Hand Spalatins, mit der Unterschrift des Kurfürsten.* — Gedr. Tz. Rel. ep. Mut. S. 49 — 51.

---

602. Spalatin an Mutian. Worms 1521. Februar 12.

Spalatin wiederholt den Wunsch des Kurfürsten wegen der Gödeschen Stelle, bittet um Antwort nach Eisenach und meldet die Ankunft des Herzogs Johann von Sachsen nebst andern Fürsten und vielem Gefolge, ebenso wie die des Engländers Tonstal. In einer Nachschrift zeigt er an, dass er die verlangten Schriften nicht vorfindet und sendet Grüsse von Hirschfeld.

Clarissimo et eruditissimo viro domino Mutiano Ruffo,[a] doctori et canonico Gothensi, suo in Domino praeceptori amantissimo S. D.

Nisi tu, praeceptor eruditissime, tandem gratificaberis[1] principi Christianissimo divo Friderico Saxoniae, proximum erit, ut pro nostro Iona agas, si parem oneri ferendo putas. Nihil enim principi optimo gratius feceris. Ex cuius literis cum satis superque omnia intellecturum te sperem, non erat meum pluribus tecum hoc nomine agere. Hoc igitur tantum facias, ut rem primo quoque tempore conficias et principi respondeas literasque tuas et Iodoci Ionae statim mittas Schulteto Isenacensi[2] quam citissime transmittendas principi. Caetera alias, nunc enim plura nequeo. Princeps noster dux Iohannes Saxoniae stipatus filio domino Ioanne Friderico, duce Philippo Brunsvicensi, principe Vuolffgango Anhaldino, principe Vuolffgango Hennebergio et eximia nobilitate[3] nudiusquartus huc venit. Sunt hic plurimi principes, sunt etiam multi eruditissimi viri. Ex Anglis vero Chutbertus[b 4] Tunstallus, regis Britanniarum orator, vir doctissimus et eloquentissimus. imo et integerrimus. Iterum vale. Raptim.

Die XII. Februari MDXXI ex Vuormatia.

[a] *Tz* Rufo. [b] *Tz* Chulbertus.

---

[1] Vgl. Br. 597 und 601.
[2] Hans von Berlebsch. Vgl. wie in Anm. 3.
[3] Vgl. Zeitschr. d. Vereins f. thür. Gesch. u. Alterth. Bd. IV, S. 138—144.
[4] Vgl. Br. 590 S. 260 Anm. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/283

Neque Bembi[1] neque aliorum, quae petivisti, invenio. Salute plurima te impertit Bernhardus Hirsfeldius[2] noster.

Georgius Spalatinus.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. C 4v—C 5r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 51—52.

---

603. M. an Friedrich den Weisen. (Gotha) 1521. März 1.

Mut. frohlockt, den Justus Jonas für Wittenberg als Nachfolger Gödes gewonnen zu haben und will für seinen Teil gern in Gotha altern, dabei aber immer dem Ruhme seines Landesfürsten dienen.

Christianissimo[3] principum electorum[a] divo Friderico, duci ducum Saxoniae, patrono summo, obsequentissimus Mutianus.

Salus eterna et omne bonum in Christo Ihesu,[b] in cuius ditione sunt omnia regna terrarum. Magne princeps et elector serenissime, totius imperii pater, habemus Ionam![4] Talis successor Henningi ubique in omni Germania querendus erat, etiam premiis alliciendus. Ita theologiae consultus, ita iurisperitus, ita moribus sanctis, ut laudari pro merito nunquam satis possit. In sacris concionibus ad populum ea est autoritate, ut plenis templis audiatur, ea celebritate apud studiosos, ut sexcentos[c] habeat auditores. Notissimus reverendo patri Stupitio, charissimus divino Martino. Quid multis? Vuittembergae[d] diu studuit, Vuittembergam amat et libens mutabit sedem Erphordianam demigraturus ad Vuittembergenses canonicos, quam primum favori[e] et gratiae tuae placuerit. Tale ornamentum chori et scholę summa cum electione accipient doctores et studentes. Fiet, certo scio, ingens concursus plebis ad audiendum predicatorem Christi velut alterum Lutherum. Gratias ago Domino Deo, qui nobis, imo tuae sublimitati talem virum dedit dignum quovis episcopatu Cogitabam de Erasmo, sed Erasmus tantum scribit. Hic noster Ionas viva voce prodest omnibus. Hunc offero pro mea in te fide tanquam idoneum prepositum futurum. Ego paucis contentus in hac tua Duringia vicinus Hassię nostrę consenescam et totum hoc ocium meum ad gloriam Friderici non sine fructu

[a] Corp. electori. [b] Corp. Iesu. [c] Corp. sexcenties. [d] *Von hier bis* studuit *fehlt im* Corp. [e] Corp. tuo *hinter* favori.

---

[1] Ueber den Humanisten Petrus Bembus (1470—1547) vgl. Geiger. Renaissance und Humanismus, S. 224.

[2] Vgl. Br. 304 S 391 Anm. 2.

[3] Spalatin hat den Brief überschrieben: Conradus Mutianus ad principem nostrum divum Fridericum, ducem Saxoniae electorem pro Iusto Iona nostro.

[4] Vgl. Br. 597. 601. 602.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/284

famae deducam. Valeat felicissime patronus noster inclytus cum fratre[1] ac nepote suavissimo.

Ad Kalendas Martias. Anno MDXXI.

Handschriftl. *Abschrift von Spalatins Hand, auf der Gymnasialbibliothek zu Meiningen,* 1/2 *Bogen in Quartformat.* Gedr. Corpus Reformatorum ed C. G. Bretschneider. Halis Sax. 1834. vol. I p. 391.

---

604. M. an Urban. (Gotha) 1521. März 21.

Mut. meldet, dass Jonas ihm seine Hülfe in dem Handel mit Rotendorfer zugesagt und will unter gewissen Umständen gern die Hand zur Versöhnung bieten.

Henrico Urbano.

Salus. Ionas,[2] virtutis antistes, pollicetur mihi suam operam in componendo negotio, quod Rotendorferus[3] et hospes excitarunt, teque adiutorem et arbitrum sibi sumit. Ego respondi me propitium esse neque iratum adhuc feritati, modo quietissimi essent adversarii. Tu etiam atque etiam considera, ne via concordie fraus subrepat. Si quid optant hostiles viri, frustra cupiunt. Non respondebo votis, utpote causa superior. Sin autem ab odio in gratiam redire volunt, non respuo benevolentiam. Rem tenes. Sed quando respondebis ad priores literas? Vale.

Datum ad ferias divi Benedicti MDXXI.

Handschriftl. *F* 522 fol. 331 r. *Mit diesem Briefe endet die Frankfurter Handschrift.* Gedr. *Tz* S. 227 *von* Ionas virtutis *bis zum Schlusse.*

---

[1] Friedrich befand sich in Gemeinschaft mit seinem Bruder und seinem Neffen damals in Worms. Vgl. den vorigen Brief.

[2] Justus Jonas.

[3] Da es nicht klar ist, was für einen Handel Mutian hier im Auge hat, lässt sich auch die Persönlichkeit des hier erwähnten Rotendorferus nicht bestimmen, denn in den Universitätsakten werden mehrere Träger dieses Namens angeführt. Ein Nicolaus Rottendorferus wird am 30. August 1521 von Urban dem Spalatin aufs angelegentlichste empfohlen. (Autograph Urbans in der Baseler Universitätsbibliothek G I. 31, fol. 60, abgedruckt S. 282—283.) Es ist gewiss derselbe, welcher im März 1521 als Kanonikus zu St. Marien in Erfurt in die Wittenberger Studentenmatrikel eingetragen wurde.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/285

605. M. an Johann Lange. (Gotha 1521.)[1] Juni 13.

Mut. klagt, dass er fortwährend von den Wittenbergern heftig befehdet werde und zwar hauptsächlich, weil er einst in einem Briefe Erasmus und Melanchthon über Luther gestellt habe.

Pia querimonia[2] cum officiosa purgatione ad Langum theologum Erbfordiensem etc.[a]

Ego vero, mi Lange, neminem reprehendo nominatim, nisi forte neminis culpam extimescere par sit. Mirari me fateor, quo semine proveniat ista mala herba veneni presentissimi.[b] Penitus quieti me dedidi, procul ab omni contentione, procul, ut nosti, a conviciis et bile, et tamen inventi sunt turgiduli, nobis iniqui, tranquillitati graves. Obliquis sententiis, falsis suspicionibus complent omnia. Abutuntur lenitate nostra, quasi me lateat, quo Christiana differat tranquillitas ab ethnica et Democritea. Merito parcerent, si docti sunt homines, viro mediocriter docto, si indocti, presbytero communi principi subiecto, eciam ob ingenii candorem, moderationem vite cumprimis caro et iucundo. Unius civitatis sumus. An alio iure Wittenbergenses,[c] alio[d] Gotthani vivunt? Colui Lutherum et Stupitium, antequam Philippo salarium decerneretur. Deum oravi, ut gymnasio principis grecanicum daret professorem. Exaudite sunt preces nostre. Princeps votis adnuit, fovet alumnum Capnionis. Laudo, gratias ago continuas. Commendare non desino. Testis Spalatinus, testis Ionas. Que cum ita habeant, stupefacit me rumor esse aliquos in cohorte discipulorum, qui a sapientia preceptoris eruditissimi abhorrentes turbare nescio quid in nostra tranquillitate non dubitent. Ea res meos contristat. Pusilla causa, tamen si negligas, solicitabit plurimos et summos viros. Mihi

[a] *Fehlt bei* Kr. [b] Kl. perditissimi. [c] Kl. Wittebergenses. [d] Kr. alii.

---

[1] Kolde setzt diesen Brief 1524 an, indes mit Unrecht, wie nicht nur aus der folgenden Nummer hervorgeht (In ihr tönt dieselbe Klage über die feindliche Gesinnung der Lutheraner durch und wird dabei auf das Erfurter Pfaffenstürmen, sowie auf den vor kurzem stattgefundenen Weggang des Crotus und Jonas hingewiesen), sondern auch durch Bemerkungen in den unten gegebenen Beilagen wahrscheinlich gemacht wird.

[2] Je weitere Kreise die Lutherische Bewegung ergriff, um so mehr scheint die anfänglich hohe Verehrung, welche Mutian dem Reformator zollte, sich verringert zu haben und in eine Art von Feindschaft umgeschlagen zu sein. Vgl. über die mancherlei Gründe für diese Erscheinung die Einleitung. Die feurigen Wittenberger vermerkten dem Mutian diese Gesinnung sehr übel. Die beiden Beilagen zu diesem Briefe liefern interessante Beiträge zur Aufklärung dieses Verhältnisses und scheinen mir, da sie bisher nicht bekannt und gedruckt sind, des Abdruckes würdig.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/286

ferme nunc acta est etas“,[1] luctari non libet. Cani[a 2] suadent si non inertiam, tamen otium et lenem adversus convicia spiritum. Obicitur[b] mihi, quod in epistola quadam Erasmum et Philippum Luthero pretulerim.[c 3] Quid nunc agam? Non ego debui, que sentirem, libere scribere? Si quem offendit, quod adulari nesciam, obtrectatores meos feram. Non conceptas omnium opiniones sequor. Is omnino cecus est et me ignorat et frustra lapidem verberat. Paucorum auctoritate[d] ducor. At si propterea nobis Lutheranorum invidia subeunda est, sit levis error et venia dignus. Neque iudicio dictum putabis, sed extortum respondendi necessitate. Illud autem per te monendi sunt, qui in nos impetu[e] feruntur, ut in malignitatem animo sint hostili; me talem fore semper, qualem studiosi et optare debeant et esse velint. Habes, pater optime, querelam[f] cum purgatione nostri.

Eidibus Iunii. Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII. ep. 19. *Autograph.* — Gedr. 1) Kolde. Analecta Lutherana S. 44 45. 2) Krause. Epistol. aliq. sel. S. 19–20.

[a] Kl. Cavi. [b] Kr. Objicitur. [c] Kr. contulerim. [d] Kr. autoritate. [e] Kl. in impetum. [f] Kl. querulam.

Beilage 1 (Siehe Anmerkung 2 auf voriger Seite.)

Erfurt 1521. Juni 1.

Georgio Spalatino, viro humanissimo doctissimoque, divi principis Saxonum Friderichi a sacris, amico suo charissimo.

S. Cum esset hic Blasius, qui hasce tibi reddidit, optime ac eruditissime Spalatine, charissimus mihi ac familiarissimus divum Friderichum, principem tuum, condicionis mutandae gratia aditurus, putabam scribendum ad te mihi, tum quod sperarem aliquid posse pro amico apud te preces meas, tum quod certo scirem nihil tibi apud talem principem impetratu esse difficile, quod honestum esset, cuius ille fuit semper observantissimus. Rogo, mi Spalatine, adesto bono et erudito, ut ne dicam piissimo iuveni in consequenda apud principem ad reditum studiorum venia etiamque, si dignus est favore ac gratia, quae minus ambit ideo, quia et principis novit benignitatem et suae timet modestiae periculum, si impudentius forte quidpiam rogaverit, tu pro tua sapientia, Spalatine, pulcherrime moderaberis rem nobis hanc. Quod libenter ornas litera-

---

1 Nach Plautus. Trinummus II, 2. 37.

2 Mutian war damals erst ungefähr 50 Jahre alt.

3 Aehnliches geschieht am Schlusse von Br. 590, der am 20. Mai 1520 geschrieben, wenn auch Luthers Name dabei nicht erwähnt wird. Doch scheint Mutian einen späteren und zwar an einen Wittenberger gerichteten Brief, worin derselbe Gegenstand wahrscheinlich ausführlich behandelt wurde, im Auge zu haben.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/287

rum studiosos, quarum nimirum amore hic noster non ardet modo, sed flagrat totus. Honestum erit estque etiam nunc servisse tanto tamque pio principi, honestius per eum ad pietatis redisse studia. In summa, ut brevis sim — sic enim cogit necessitas — quicquid huic foeceris, mihi factum puta. Gratulor tibi reditum foelicem e Vangionibus. Ionas Vuittembergam heri abiit, arbitror, dignitatem istam vestram obiturus. Utinam nos te salvis omnibus ornamentis tuis Vittemberga quoque possemus abstrahere, qui istud nobis lumen invidistis. Mitto, quae in Lutherum nostrum et eius ęmulum Capricornum lusi paucis ante diebus. Repperi nuper casu tabulam legum tuarum praescriptae nobilitatis, quam Lypsiae amiseram. Quo ita sum exhilaratus, ut sit deliberatum nunc primum tibi satisfacere, quod omisso ac perdito tuo praescripto tum non potui. Oro, si licebit, aliquando mihi ut rescribas. Mutiano pene sum iratus, quod Martinum impugnat in omnibus, quas ad amicos scribit, epistolis. Quam rem arbitror Urbanum et Crotum nostros iam antea quoque ad te perscripsisse. Sed ignoscimus bono patri in sua insula tranquillitati magis quam istis turbis assueto. Expectabimus, quorsum evadat haec tragoedia habitura omnino comicum exitum. Nos tamen interim more nostro hallucinabimur. Vale, mi charissime Spalatine, (et me), quod facis, ama.

Ex Erphurdia tertia post (co)rporis Christi celebritatem MDXXI.

Tuus Eobanus Hessus.

Handschriftl. *Autograph der Baseler Universitätsbibliothek* sub. *G.* I. 31 fol. 56. *Aus der Sammlung Spalatins, der auf der Rückseite bemerkt hat:* Eobanus Hessus vigilia pentecostes (!) MDXXI. *Die Abschrift verdanke ich Herrn Prof. Crecelius in Elberfeld.*

Beilage 2 (Siehe Anmerkung 2 auf Seite 280.)

Erfurt 1521. Juli 30.

Eruditione et probitate singulari predito Georgio Spalatino, canonico Altenburgensi, illustrissimi Friderici principis electoris rel. a sacris, fratri suo amantissimo.

S. Obiurgasti me nuper, frater charissime, veluti detrectantem reverentiam evangelio propter modicas turbulas. Fero, ut debeo, pacienter et fateor ita me scripsisse ex quadam animi perturbacione, cum viderem nebulones pessimos huiusmodi patrare sub pretextu nominis Lutheriani nihil minus pensi habentes quam evangelium. Tu amantissime frater, in pacatissima aula et cum optimo et pacatissimo principe habitas, qui si hic sis, aliter fortasse sentias. Doctorem Martinum veneror ut doctissimum et fidelissimum preconem evangelii, sed contentiones, factiones et tumultus non possum non detestari. Vidi, mi frater, vidi crudele edictum Caroli regis in Martinum et omnes illius sectatores. Miror,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/288

cur optimus iuvenis tam crudelem se prestare velit in auspicio sui imperii. Faxit Deus optimus maximus, ut negotium hoc felicem exitum sortiatur. Nicolaus Rottendorferus nescio quid isthic habeat negotii. Rogavit, ut se tibi commendarem. Dixi prohibitum mihi esse abs te, ne quemquam tibi commendarem, si res sacerdotium aliquod tangeret. Id quamquam dicerem, noluit tamen sine meis abire. Illud peto, ut hominem comiter excipias et alloquaris. Audies ex eo, an turbule fuerint, de quibus tibi scripsi. Passus est maxima damna, quamvis et amet et colat Martinum. Poteris ei X illos aureos tradere mihi representandos, quos nomine Nepotiani accepisti. De aliis nihil adhuc habeo mandati ab Walachiis. Obiit his diebus hic Henricus Rosbach, vicarius in Tambach, ex cuius obitu Suebus noster me intercessore sacerdotium obtinuit, quod tibi gratum esse scio, qui iuvenem singulari amore complecteris. Frater tuus Steffanus scripsit mihi hac hora. Quid cupiat, vides. Fac me certiorem, an velis et cupias adventum eius. Mutianus noster deinceps cautior erit. Nescio tamen, an peccaverit, quod Erasmum Martino pretulerit. Iacobus Sperber habitat in nido suo Crossensi et pascit suos subditos verbo et exemplo. Id volui, ne nescires. Vale in Christo, amantissime frater.

Datum III Kalendas Augusti MDXXI.

Henricus Urbanus.
tuus.

Handschriftl. *Autograph der Baseler Universitätsbibliothek* sub *G.* I. 31 fol. 60. *Spalatin, aus dessen Sammlung der Brief stammt, hat darauf vermerkt:* Magister Hainrich Urban. *Die Abschrift verdanke ich dem Herrn Prof. Crecelius in Elberfeld.*

---

606. M. an Johann Lange. (Gotha 1512. Nach 13. Juni.)

Mut. erklärt sich zu jedem Dienste für Lange bereit und rechtfertigt seine Abneigung gegen die kampflustigen Lutherschen Geister, die keine Rücksicht auf seine ganze Stellung nehmen.

Prestantissimo doctori inter theologorum centurias Ioanni Lango, amico incomparabili.

Abiit Ἰωνᾶς,[1] abiit Crotus,[2] orbati sumus amicissimis. Pro utroque tu nobis es adeundus. Ioca seria tecum communicabo. Si episcopatum desideras, bonum opus desideras.[3] Audisti de rege,[4] quem

---

[1] Nach Wittenberg zur Uebernahme der Gödeschen Stellung. Vgl. Br. 599 bis 604. Seine Abreise erfolgte am 31. Mai. Vgl. die Beilage 1 zum vorigen Briefe sowie K. und W. Krafft, Briefe und Dokumente S. 28.

[2] Crotus war nach Fulda gegangen, wo er sehnsüchtig erwartet worden war.

[3] 1. Timotheus 3, 1.

[4] König Christian II. von Dänemark, Neffe Friedrichs des Weisen, hatte in dem Blutbade, das er unter seinen Widersachern in Schweden anrichtete, auch 2 Bischöfe hinrichten lassen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/289

ferunt episcopos aliquot vivos mactasse. Is nostris principibus affinis querit, quos substituat in locum interfectorum. Si vis candidam togam et ambire, talem me tibi prestabo, qualem Ione nostro prestiti, hoc est, benevolentissimum adiutorem. Dices, opinor, quod comicus Demeam erudiens: „O," inquit „Demea, istuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, que futura sunt, prospicere."[1] Recte, mi Lange, et, ut mihi videtur, feliciter sapis, si sic sapis. Utinam et illi cogitarent eventura, qui armati theologicis literis et Philippi doctrina fisi despiciunt[2] utrumque cornu tranquillitatis: et philosophicum et sacerdotale, cum in neutro sint affectus culpabiles, in utroque perturbationes ipsa ratio veluti domina temperet. Sed pergam iocari. Adeone μωροσόφοι[a] sunt molitores isti rerum novarum, ut credant Lutheranis inimicum esse Rufum? Nesciunt, qua arte deluserit leonem et lupum vulpecula. Nonne rufi vugo vulpes appellantur? Tantum astutie mihi non sumo. Lupus accusabat apud leonem vulpem. Nosti fabulam, periit tandem lupus accusator. Mihi belle convenit cum Lutheranis. Nomina tu mihi duos, quos habeam cordi pro Iona, Croto absentibus. Draco,[3] Petreius iam diu sunt in meo calendario. Quere alios. Adamus[4] recessit, Ioachimus[5] unice favet, Forchopolites[6] est noster. Proinde me piget et pudet istorum pugnacium ingeniorum, qui ob unicam et quidem leviculam epistolam[7] tantopere stomachantur, quasi vero non sit habenda ratio canonici huius ordinis et morum viteque presentis. Ianue saxis ceduntur,[8] fenestre deturbantur. Spiramus

[a] Coll. μοροσόφοι.

---

[1] Terenz. Adelphoi III. 3. 31—34.

[2] Vgl. den vorigen Brief.

[3] Johannes Draco. Vgl. Br. 588 S. 257 Anm. 4.

[4] Adam Crafft. Vgl. Br. 580 S. 247 Anm. 9.

[5] Joachim Camerarius (deutsch: Kammermeister) aus Bamberg, geb. 1500, † 1574, einer der bewährtesten deutschen Humanisten und zu gleicher Zeit Freund der Reformation, war erst Ostern 1518 von Leipzig nach Erfurt übergesiedelt und daselbst in den Freundeskreis des Eoban Hessus eingetreten, durch den er auch mit Mutian bekannt wurde. Vgl. Krause. E. Hessus I. 223 ff.

[6] Georg Petz aus Forchheim (Georgius Bitzbaudeler de Forcheim lautet sein Name in der Studentenmatrikel) wurde Ostern 1507 in Erfurt immatrikuliert, 1515 zum Magister artium und im Winter 1519/20 zum Baccularius biblicus ernannt. „Unter den Beförderern der Wissenschaften sowie der Reformation in Erfurt," sagt Erhard, Ueberlieferungen zur vaterl. Gesch. S. 51, „war er einer der geistvollsten, unerschrockensten und thätigsten." Er wirkte als evangelischer Prediger anfänglich in der Michaelis-, später in der Predigerkirche. Camerarius wohnte während seines Erfurter Aufenthaltes bei ihm.

[7] Vgl. den vorigen Brief.

[8] Mutian weist auf das Erfurter Pfaffenstürmen im April und im Juni 1521 hin. Vgl. Kampschulte. Die Universität Erfurt II S. 120—134.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/290

in media barbarie. Stultus sim, si profitear hic me sentire cum sevientibus Lutheranis. Interimerent illico sancti patres iniuria affecti nocturna. Quare mihi ignoscant boni Lutherani. Attestor vestram bonitatem atque prudentiam. Si vos in hoc loco essetis, boni viri, quid aliud faceretis? Vale et inhibe[a] ..... Philippici gregis. Fiat incursus in hostes. Ego sum vester.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. Vol. VIII, ep. 30. *Autograph.* — Gedr. Krause. Ep. aliq. sel. S. 20—21.

[a] *Das nachfolgende Wort ist völlig unlesbar in Folge eines Dintenfleckes.*

---

607. M. an Joachim Camerarius.[1] (Gotha) 1521. Juli 1.

Mut. dankt dem Camerarius für den erhaltenen Brief und wünscht ihm, dass die Pest ihn verschone. Er solle Ferien machen und nach Hause gehen, im übrigen Freund Forchheim vielmals grüssen.

S. p d. Ego vero tibi debeo, Ioachime, et libenter quidem debeo. Cur hoc? Quia tu literas credidisti mihi plenas suavitatis. Plus vicies relegi et quasi in complexu tenui astrictius oberrando domi, ut fit ab ociosis, ἄνω κάτω. Dispeream, ni tue unius saluti impensius timeam ob pestilentie[2] periculum quam universo gymnasio. Te magnus ille Esculapius scholasticis semigrecis conservet. Ineptos sophistas si servare recusat, adigat in aulam Plutonis, ut rixari dediscant, poetarum fabulas discant et ea tandem populo rudi, postquam ab inferis surrexerint, proponant, que spectarint, τὰ ἐν Ἅιδου. „Sisyphus[3] est illic saxum volvensque petensque, quique agitur rapide vinctus ab orbe rote“ et reliqui a poetis ad theologos profecti. Ad te doctum et ingeniosum magistrum nihil pertinet „Libitine[4] questus acerbe.“ Viderit preceptor[5] tuus, noster amicus candidissimus, ne quem in Michaelis catalogo patiatur hinc demigrare sine portitorio. Avarus est Charon, gratis tollit neminem. Vin' adhuc liberius tecum iocer? Quid est, quod nostrates theologi tributum exigunt a mortuis? Nunc in viam revertamur. Multi se fuga proripiunt. Cave sis ultimus. Non sit, cui cursu

---

[1] Vgl. den vorigen Brief S. 284 Anm. 5.

[2] Sie wütete in Erfurt damals so stark, dass jedermann, der irgendwie konnte, floh.

[3] Ovid. Ibis 173—174.

[4] Horaz, Satiren II, 6. 19.

[5] Georg Petz aus Forchheim. Vgl. den vorigen Brief S. 284 Anm. 6.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/291

lampada tradas.[1] Missas facito et in patriam[2] secede. Missas, inquam, facito, non more sacrificuli, sed scholas. Valebis, dulce decus Musarum.

Preceptori[3] salutem dicito, viro integerrimo et multa eruditione.

A Calendis τοῦ Ἰουλιοῦ. MDXXI. Mutianus.[4]

Handschriftl. Coll. Cam. Monac. vol. VIII ep. 34. *Autograph.*

---

608. Eoban Hessus an Mutian. Erfurt 1521. August 8.

Hessus bittet um Entschuldigung wegen der neulichen Einführung eines Unbekannten, legt ein gutes Wort für Burcktonna ein, welcher in Gemeinschaft mit Forchheim nach Franken gepilgert sei und gratuliert dem Freunde zu seinem ruhigen Leben inmitten so vielen Aufruhrs.

Mutiano Rufo, viro bonis rebus omnibus summo, charissimo amico.

S. Audio, doctissime Rufe, stomachatum fuisse te nuper, quod hominem ignotum tibi, tetricum ac nubilosum, ut videbatur, ad te duxerim. Ignosce, peccavi. Tum minime mores Mutiani consideraveram. Ero deinceps cautior. Burchtonna[a 5] ludimagister cum Forchemio[6] secessit in Francos, idque aegerrime ab amicis persuasus rediturus intra octiduum. Orat oroque ego, ut interim et tu non feras aegre et simul aliis ecclesiae principibus excuses eius absentiam. Importunis persuasionibus coëgimus abire cum Forchemio, nam hunc amamus vehementer. Iterum oro, habeto excusatum bonum ac tui amantissimum hominem, donec redeat. Tranquillitatem istam tuam beatam gratulor tibi hoc tempore, quo nihil est tumultuosius nihilque periculosius, si illam exieris insulam, in quo felicissime vivis et regnas per hoc saeculum saeculorum omnium corruptissimum. Quod ut diutissime facere possis, Christum precor. Amen. Tuus Eobanus Hessus.[b]

Erphurdiae die Cyriaci MDXXI.

Handschriftl. Cod. chart. Goth. 211. (307 *beschriebene Blätter* 4°) *Abschrift Sagittars.* fol. 69 v. — Gedr. Tz. Rel. ep. Mut. S. 109—110.

[a] *Tz* Burchronna. [b] *Diese Unterschrift fehlt b. Tz.*

---

[1] Vgl. Erasmus. Adagia p. 75.

[2] Er begab sich noch in diesem Sommer nach Wittenberg, wo er am 14. September immatrikuliert wurde. Vgl. Förstemann. Album ac. Vit. p. 107.

[3] Er ging, nachdem er vorher eine Reise in seine Heimat unternommen, (vgl. den folgenden Brief) ebenfalls nach Wittenberg und wurde zusammen mit Camerarius in die Studentenmatrikel eingetragen.

[4] Der Brief hat keine äussere Adresse.

[5] Ioannes Franck de Burcktonna, wie ihn die Erfurter Studentenmatrikel (Ostern 1515) nennt, war damals Rektor in Gotha, und zwar, nach diesem Briefe zu schliessen, an der Schule des Marienstiftes. Vgl. sonst über ihn Krause. E. Hessus I. 225.

[6] Vgl. oben Anm. 3.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/292

609. M. an Justus Jonas. (Gotha) 1521. August 29.

Mut. drückt seine Freude aus über die neue Würde, welche Jonas kürzlich erlangt und bittet, den gelehrten Freunden, namentlich aber dem Plettener, seinen Gruss zu melden.

Clarissimo domino praeposito Iodoco Ionae, patricio Northausensi, doctori theologo patrono colendo.

S. P. Audivi non sine magna animi voluptate ornatum[1] te esse habitu, insignibus, dignitate theologorum; proficiat ad salutem et gloriam. Nonne praedixi fore ut illo genere honoris sacerdotium in te benignissimi principis beneficio collatum adornares? Bene[a] deus omnia fecit. Commendabis nos doctis et bonis viris, nominatim Tilomanno Plettenher,[2] college, ni fallor, tuo. Volui, ne hoc nescires, carissime Iona, imo reverende doctor, domine preposite.

Datum die obtruncati Ioannis. Cursim: von der handt. Plura alias MDXXI. Tuus Mutianus.

Gedr. 1) Ioh. Erh. Kapp. *Kleine Nachlese einiger grösstenteils noch ungedruckter, und sonderlich zur Erläuterung der Reformationsgeschichte nützlicher Urkunden. 3 Teile.* Leipzig 1727. 8⁰ Th. II, S. 475. — 2) Corpus Reformatorum ed. Bretschneider I, p. 392.

[a] Corp. Ref. Bone.

---

610. Spalatin an Mutian. Eisenach 1521. Dezember 26.

Spalatin gratuliert zum neuen Jahr und rekapituliert die letzten ausserordentlichen Gnadenbeweise des Kurfürsten gegen Mutian. Er bekennt sich zu Luther und bezweifelt, dass Capito sich zur Uebernahme einer Professur in Sachsen werde bewegen lassen.

Eruditissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, doctori canonico Gothensi, suo praeceptori amantissimo S. D.

Comprecamur tibi, eruditissime praeceptor Mutiane, omnes certatim tam optima quaeque caetera quam et novum et veterem annum faustissimum. Quantae tuum nomen voluptati sit principi nostro Christianissimo divo Friderico Saxoni, documento est ut eius epistola tuis literis respondens ita Damascena[3] tibi tam egregia voluntate ab eo muneri missa, ut sciam ex animo tibi clementissime subscribere. Verum fac in omnem eventum, ut primo quoque tempore vestem inde sartam in gratiam et honorem principis geras. Hoc enim non contentus tibi scribere et

---

[1] Justus Jonas erlangte im August 1521 die Würde eines Doktors der Theologie zusammen mit Tilemann Plettener.

[2] Tilemannus Plettener de Stolberg, in Erfurt immatrikuliert Ostern 1506, Bacularius 1507, Magister 1510, ging später nach Wittenberg und starb 1551 als Prediger in Stolberg a/H. Vgl. Otto Plathner. Die Familie Plathner. Berlin 1866 S. 271.

[3] Vgl. Br. 600 S. 275.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/293

mihi, ut tibi scriberem, demandat, quae est eius in te vel incomparabilis benevolentia. Apud me et usu diuturno et perpetuae dilectionis beneficio, imo Dei optimi maximi misericordi bonitate ita modo viluit argumentum a multitudine, ut nihil minus mihi possim persuadere quam superiorem esse vere maiorem[a] numerum. Ergo non possum non habere caussam evangelicam eo in precio et honore, quo summi et eruditissimi quique habent. Capitonem[1] credo neque a Lipsensibus[b] neque a reliquis divelli posse a ripa Rheni ob multa. Bene vale cum nostris omnibus. Cursim.

Ex Isenaco. Die divi Stephani protomartyris MDXXI.

Georgius Spalatinus.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. D 1 r — D 1 v. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 47—48.

[a] *Tz* maiorum. [b] *Tz* Lipsiensibus.

---

611. M. an Joachim Camerarius. (Gotha 1522.) Juli 23.

Mut. bespöttelt Camerars dialektischen Kniffe, die ihm allzusehr nach der Weisheit der scharfsinnigen Doctores theologiae schmecken, an welche jetzt aber niemand glaube. Forchheim, der jüngst verstorben, sei allerdings ein ganz anderer Mann gewesen. Der Briefschreiber bestellt Grüsse von Suebus.

Longe carissimo Ioachimus Camerario[2], iuveni doctissimo.

S. d. p.[a] Novo modo tua me delectat epistola multo lepidissima. Usitatum est, quod greca inseris, quod amanter scribis homo eleganti ingenio et literatura mihique carissimus. Hoc novitatis gratia fulget, quod cavillo pungis dialectico. Tenet, inquis, consequentia. Est inprimis acuti videre consequentia, notare repugnantia. Ergo non bilinguis solum et festiva[b], sed etiam cata resipit penetralia magistrorum Nostrorum[c 3]. Ridiculus[d] honor et qui fuit academię[e] formidabilis. Nunc patent aures nimis longe Cumani[4] Leonis Quis[f] reveretur receptis politioribus literis, eruditione patefacta limatiore? Tuus magister[5] noster amicius sensit de cultura utriusque dictionis quam ceteri eiusdem farinę. Te valde et semper dilexit, mihi favit. Ob id, cum ad deos[g] ascendisset,

[a] Lib. nov. *und Tz* S D. [b] Lib. nov. *und Tz haben hinter* festiva *noch* epistola tua. [c] Lib. nov. *und Tz* sapientiae. [d] Lib. nov. *und Tz haben hinter* Ridiculus *noch* aliquando. [e] Lib. nov. *und Tz* in academiis. [f] Lib. nov. *und Tz* Quis enim [g] Lib. nov. *und Tz* in coelum.

---

[1] Vgl. Br. 596 S. 271 Anm. 3.
[2] Vgl. Br. 606 S. 284 Anm. 5.
[3] Doktoren der Theologie.
[4] Vgl. Erasmus. Adagia p. 235.
[5] Georg Forchheim (vgl. Br. 606 S. 284 Anm. 6), starb 1522 vom Schlage gerührt auf der Kanzel. Es verbreitete sich das Gerücht, ihm wäre von den Katholiken Gift beigebracht worden.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/294

meruit celebrari senariolis nostris. Vixit ille et quem dederat cursum Fortuna[a] peregit.[b 1] Nos hilari mente vivamus inter Musas Apolline propitio. Tu felicior cum Philippo Cratippo cantilas,[c] ego solus tracto canoras nugas. Suebus[2] noster, rara indole iuvenis, te salutat, ornatissime politissimeque mi Ioachime. Vive.

X Calendas Sextilis. Deditissimus tibi Mutianus.

Handschriftl. Coll. Cam. Mon. vol. VIII ep. 33. *Autograph.* Gedr. 1) Lib. nov. fol. D 5v — D 6r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S 62 — 63.

[a] Lib. nov. fortunae. [b] Lib. nov. *und Tz* peraegit. [c] Lib. nov. *und Tz* cantillas.

---

612. Friedrich der Weise an Mutian. Schloss Kolditz 1523. April 4.

Friedrich d. W. ist verwundert, dass er so lange keinen Brief erhalten und bittet daher den Mutian, das Versäumte nachzuholen. Er sei ihm stets geneigt.

Reverendo nobis singulariter dilecto, devoto domino Conrado Mutiano, doctori, canonico Gothensi.

Salutem et felicitatem. Saepe miramur, eximie doctor, singulariter nobis dilecte, quid caussae sit, quod tam diu nihil prorsus ad nos dederis literarum.[3] Neque enim latere te potest, quam praecipua semper in te voluntate fuerimus. Quapropter gratum nobis feceris, si nihil veritus posthac ad nos crebrius scripseris, atque aliquandiu hactenus fecisti. Quid enim impediat te nobis scribere tibi sic affectis, ut et tibi et tuis rebus[a] optime velimus? Nam hoc singularis gratiae ergo, qua te prosequimur, iam pridem tibi scribendum duximus.

Datum ex arce nostra Colditz vigilia resurrectionis Dominicae. Anno Domini MDXXIII. Fridericus manu propria signavit.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. C 3r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 54.

[a] *Fehlt bei Tz.*

---

613. Spalatin an Mutian. Schloss Kolditz 1523. April 4.

Spalatin zeigt sich besorgt, dass Mutian dem Kurfürsten gar nicht schreibe, der ihm doch so huldreich gesinnt sei, hofft, dass die Verhandlung mit Grefendorf ihm bekannt sei und bestellt Grüsse von Hirschfeld, ebenso wie er solche an Urban und sonstige Freunde sendet.

Eruditissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, doctori et canonico Gothensi, suo patrono et praeceptori colendo.

---

[1] Nach Vergil, Aeneis IV, 653.
[2] Vgl. Br. 547 S. 211 Anm. 4.
[3] Die alte Klage Friedrichs des Weisen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/295

Dei gratiam et pacem. Non desinimus nescio quid suspicari, amantissime doctor Mutiane, donec desieris tacere[1] erga principem nostrum clementissimum divum Fridericum, ducem Saxoniae, electorem tibi sic faventem, ut certo sciam tibi clementissime, si quid petiveris, gratificaturum. Tantum igitur fac, ut saepius nostro principi scribas, quam aliquot iam annis fecisti. Quod etiam ut facias, te vehementer rogo. Quae enim nuper tibi hinc scripsi, cum divi fratres convenissent, quid item cum Iohanne Grefendorfio[2] nomine tuo egerim, spero te iam habere et scire omnia. Sic enim velim tibi persuadeas, si unquam occasio fuerit tibi commodandi pro viribus meis, quae tamen mihi tam sunt tenues, quam ipse sum, nihil me vel fidei vel operae omissurum. Bene interim vale cum omnibus tuis et principi et mihi saepe scribas. Bernhardus Hirsfeldius[3] te sinceriter salutat.

Pridie feriarum Paschalium MDXXIII. Ex arce Coldensi in Misnia.

Vix credas, quam libenter de te princeps noster elector loquatur, quam etiam tibi bene velit. Itaque nunc tibi ipse scribit. Tandem ex tam diuturno resuscitare veterno. Saluta Urbanum, si contigerit, meo nomine et reliquos amicos.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. D 3r—D 3v. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 54—55.

---

614. Friedrich der Weise an Mutian. Schloss Lochau 1523. Juni 20.

Der Kurfürst bedauert, dass Mutian so viel Unbill zu erleiden habe und meldet, dass bereits Verhandlungen gepflogen seien, um diesem Zustande abzuhelfen. Vorläufig sende er ihm, um die Not zu lindern, ... Gulden.

Reverendo nobis dilecto, devoto domino Chunrado Mutiano Ruffo,[a] doctori, canonico Gothensi.

Dei gratia Fridericus dux Saxoniae[b], sacri Romani imperii archimarschalcus, princeps elector etc. S.

Vix verbis consequi possumus, doctor Mutiane dilecte, nobis devote, quam aegre nobis sit, tranquillitati tuae tot modis dubium a quibusdam fieri et exhiberi negotium.[4] Nos quidem parati rebus tuis consulere ut cum illustrissimo principe divo Ioanne, duce Saxoniae, fratre germano

[a] *Tz* Bufo. [b] Lib. tert. Saxoiae.

---

[1] Vgl. den vorhergehenden Brief.
[2] Vgl. Br. 547 S 211 Anm. 6.
[3] Vgl. Br. 304 S. 391 Anm. 2.
[4] Die Einkünfte von den Pfründen wurden erst unregelmässig, schliesslich gar nicht gezahlt. Vgl. den vorigen Brief.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/296

nostro charissimo, ita cum nonnullis eius ministerialibus egimus, ne id licentiae contra te tuis tibi meritis nobis iam pridem charum permittant non dubitantes commendationem nostram tibi futuram usui. Nunc vero ad levandam necessitatem et inopiam tuam tibi n. n. aureos in numismatis Schnebergensibus[a] transmittimus petentes, ut pro documento nostrae erga te voluntatis egregiae habeas in rem tuam dependendos. Tibi enim ex animo bene et clementer volumus.

Datum Lochau, feria VI post diem Viti.[1] Anno Domini MDXXIII.

Fridericus
manu propria signavit.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. C 2v—C 3r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 55—56.

[a] *Tz* Schneebergensibus.

---

615. Spalatin an Mutian. Schloss Lochau 1523. Juni 20.

Spalatin übersendet dem Mutian den Brief Friedrichs d. W., der sich eifrigst seiner annehme und empfiehlt ihm, die einzelnen erlittenen Schädigungen dem Kurfürsten baldigst brieflich auseinanderzusetzen. Er bestellt Grüsse von Hirschfeld und bittet, Urban nebst Gerhard Marschalk zu grüssen.

Reverendo et eruditissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, doctori, canonico Gothensi, suo praeceptori charissimo.

Gratia et pax a Deo. En tibi, reverende et charissime praeceptor et patrone doctor Mutiane, ut clementissimi principis nostri electoris Saxoniae ducis Friderici literas[2] ita pignus[a] eius in te gratiae et benignitatis vel praecipuae. Tua enim caussa optimus princeps tam cum germano fratre quam cum aliquot hisque primariis eius consiliariis locutus est, ut te modis omnibus commendatum haberent. Neque dubito fore, ut sentias nostri principis benevolentiam tibi profuisse. Plura enim nunc non licebat scribere. Tu vero fac, ut ante omnia principi statim rescribas notificans, quicquid fers calamitatum. Dabitur enim opera, ut agricolae tibi dependant pensiones anniversarias. Erit mihi, crede, gratissima principi optimo tua gratitudo. Salutat te Bernhardus Hirsfeldius,[3] iuvenis tui amantissimus, sed et mei. Bene vale cum Urbano nostro, sed et decano[4] et bonis omnibus. Cursim.

Ex arce Lochana, die XX Iunii MDXXIII.

Georgius Spalatinus.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. D 2v—D 3r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 56—57.

[a] Tert. lib. *hat hinter* pignus *noch* erga.

---

[1] St. Veit fällt auf den 15. Juni.
[2] Nr. 614, der zum Verständnis dieses Briefes zu vergleichen ist.
[3] Vgl. Br. 304 S. 391 Anm. 2.
[4] Gerhard Marschalk von Gosserstedt. Vgl. Br. 85 S. 126 Anm. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/297

616. Friedrich der Weise an Mutian. Schloss Lochau 1523. Juli 8.

Der Kurfürst bedauert, dass den Mutian die Scham abgehalten habe, seine traurige Lage auseinanderzusetzen. Hätte er davon gewusst, würde er schon früher geholfen haben.

Reverendo nobis dilecto, devoto domino Chunrado Mutiano, doctori, canonico Gothensi.

Dei gratia Fridericus, dux Saxoniae, sacri Romani imperii archimarchalcus, princeps elector etc.

Salutem. Literas[1] tuas adeo gratas, reverende nobis dilecte, devote, grato animo accepimus. Molestum enim nobis est te quamvis tam insignem inopiam passum, tamen, ut scribis, prae pudore subsidium petere noluisse. Nam si egestas tua nobis cognita fuisset, eam pro nostra in te benignitate solati essemus. Siquidem ita tibi iampridem favemus, ut rebus tuis vel eximie afficiamur. Tu igitur fac, ut Dei gratia fretus sublimi sis animo. Deus enim in se sperantes nunquam deserit. Bene valeas et nobis saepe scribito.

Datum Lochau die sancti Chiliani.[2] Anno Domini MDXXIII.

Fridericus
manu propria[a] signavit.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. C 2r — C 2v. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 57.

[a] *Tz.* porp.

---

617. M. an Urban. (Gotha) 1523. Juli 15.

Mut. bittet den Urban, seinen Einfluss bei Hessus geltend zu machen und ihn vom Studium der Medizin abzumahnen. Er eigne sich ebensowenig zum Mediziner wie zum Juristen; die Musen dürfe er nicht verlassen.

Propter fidem in amicitia constantissimam charissimo Domino Henrico Urbano singulariter erudito Moetianus S. D.

Unus e familia Salimanni,[3] quum pranderem, nunciat adesse tabellarium, si quid scribere vellem, abiturum post horę quadrantem. Ego tametsi nihil novi haberem, quod videlicet heri scripsissem, tamen gratuito viatori et oblato non potui ad te mihi fidissimum non dare literas. Non sine causa iudicium meum de studiis Eobani tibi pate-

---

[1] Wahrscheinlich ist der Brief gemeint, worin Mutian, auf die Aufforderung Spalatins hin, ausführlichen Bericht über die vielen erlittenen Schädigungen erstattet. Vgl. den vorigen Brief.

[2] Der Kilianstag fällt auf den 8. Juli.

[3] Ein Johannes Saltzmann war Kanoniker am Gothaer Marienstift. Vgl. Br. 76. S. 111 Anm. 5.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/298

faciam. Poeta multo maximus hortatu Petreii iurisconsultus[1] esse coepit. Praedicavit mihi tuam assiduitatem et librorum copiam et rationem consilii: non admodum probavi conatum, propterea quod noram ingenium et mores hominis alienos a fori tumultu et litium perplexitate, tamen, ut calcar adderem, pro mea benevolentia donavi commentarios Petri Ravennatis[2], qui memoriae thesauro alter fuit Simonides. Nunc scribit se iuris pertesum poenitere instituti et medicum[3] vult agere. Quo quid absurdius, cum vir Musis addictus ac voluptarius, vini avidus, pecuniae negligens, aegroti precordia de lotio arbitrari studeat, qui sanos compotatione perpetua debilitare didicerit? Non bene conveniunt nec in una sede morantur Naso et Hippocrates. Adulator sit medicus oportet. Quid simplicius Eobano? Aevo rara nostro simplicitas, ea ut generosa est et heroica, ita empyrico incognita. Comem, garrulum, blandum valetudinarius amat. Noster ille minime blandus, ad gladiatorias artes propensior videtur quam ad olfaciendam matulam. Quae quum ita habeant, metiatur se velim suo modulo et exultet in choro Musarum. Salvis enim studiis humanioribus non peribit fame. Si non magnas opes, at certe colliget ex agro professionum suarum tantum argenti, quantum erit satis ad cultum et victum suorum. Ad haec praestabit poeticam patientiam, hoc est, ditissimam egestatem, qua et ipse delector ingenuae simplicitatis amantissimus. Quantum igitur in te est, Urbane noster, admonebis amicum, ut quemadmodum forenses eruscatores et promercale studium et mercenariam operam et venalem fidem prudens deseruit, ita pellat cum pilulis et malagmatis artifices pharmacos contentus Musarum commercio, quoad vixerit. Ita post mortem laudabitur et amabitur vivens. Superantur a poetis medici vel divinitate vel gloria. Quanquam Homerus dicat: „ἰατρὸς ἀνὴς πολλῶν ἀντάξιος ἀνδρῶν“ Iliados[a] λ.[4] Quare celebris Erfordiae celeberrimus poeta generosę simplicitatis amator Eobanus Schuanus Musis operari non desinat pro laude sanitatis illius constans aeternum. Vale.

Datum instante divisione apostolica[5] MDXXIII.

Gedr. 1) Eob. Hessi et amicorum ep. fam. S. 7—8. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 66—68.

[a] *Tz* Iliadis.

---

1 In der Absicht, dem Rechtsstudium obzuliegen, hatte Eoban Hessus vor 10 Jahren den Hof des Riesenburger Bischofs verlassen und war auf die Universität zu Frankfurt a/O. gezogen, bald aber zu den rein humanistischen Studien zurückgekehrt. Jetzt hatte er von neuem daran gedacht Jurist zu werden.

2 Vgl. Br. 20 S 31 Anm. 2.

3 Vgl. Krause. E. Hessus I. 387.

4 Vers 514. Für ἀνδρῶν heisst es bei Homer ἄλλων.

5 Die Apostelteilung fällt auf den 15. Juli.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/299

618. Spalatin[1] an Mutian. Eisenach 1523. September 13.

Spalatin meldet, der Kurfürst habe Mutians Bitte um eine Pfründe sehr günstig aufgenommen, verspricht, dass fernerhin keine Belästigungen frommer Priester vorkommen sollen und erinnert daran, dem Kurfürsten das Verlangte zu schicken, ebenso wie das Buch an die Ichtershauser Nonnen zurückzugeben. Hieronymus Rudlauf habe an der Unterredung Gefallen gefunden, Hirschfeld und Schade lassen grüssen.

Reverendo et eruditissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, doctori et canonico Gothensi, suo praeceptori amantissimo S. D.

Mirum reverende et eruditissime doctor et praeceptor Mutiane, quam eximiam, quam honorificam de te mentionem fecerit heri princeps noster clementissimus divus Fridericus, dux Saxoniae, sacri Romani imperii elector audita quoque tua ad ipsum epistola et rogatus ad haec meis verbis tuo nomine pro precibus regiis ita munifice, ita libenter annuit, ut commodum diceret: „Utinam possim ei praestare sacerdotium in annos singulos CC vel CCC aureos dependens. Dignus enim est, qui multa habeat, quo commodius possit multis esse usui, praeterea est ea eruditione, ea eloquentia, ea peritia et fide tam spectata, ut si quispiam, certe ipse possit referre gratiam.“ Ex quo principis iudicio certo persuadeas Deo adiutore te habiturum beneficentia caesariana sacerdotium. Neque cessabo dare operam, ut hae regiones ita purgentur turbatoribus sacerdotum piorum et tranquillitati studentium, ut et tibi et aliis bonis viris nihil sit ab eius periculi, nihil metus. Quod si commode impetrare potero pro te commendatitias a principe vel ad senatum vel ad collegium ecclesiae Erphordiensis, ne ipsas quidem diu desiderabis. Interea fac, ut principi mittas, quod petivit coram et cura, ut Vestalibus Vchterhusensibus[2] libellus reddatur. Mire placuit Hieronymo Rudlauffio[3] a secretis principalibus hesterna collocutio tua. Breviter, laus Deo, omnia in aula tibi, imo eruditis et piis omnibus adspirant. Te

---

[1] Spalatin wandte sich auch an „den gestrengen vnd Vesten Burckhardt Hundt, Rendtmeister vnd Haubtmann zu Gotha, seinen besonder gunnstigen Herrn“ in einem Schreiben aus Torgau vom 1. September mit der Bitte, die Schuldner Mutians zur Zahlung zu veranlassen: Hiemit befil ich e. g. mein lieben hern doctor Muthen, denselben in freundlichen bevelle zu haben vnd darob zu sein, domit er von seinen schuldigern bezalt werde vnd, wie billich, vnbeschwert bleibe Das bin ich zu verdienen willig. Damit vil seliger zceit euch vnd allen den euern. Weimarer Gesamtarchiv. Reg. O. pag. 87 LL 23.

[2] Das Kloster in Ichtershausen (jetzt Marktflecken, 3 Stunden von Erfurt, 1 Stunde von Arnstadt entfernt) gehörte zu der Praepositura beatae Mariae virginis in Erfurt und muss, nach seinem Beitrage zur Palliumsteuer (Registrum subsidii S. 35) zu schliessen, sehr reich gewesen sein.

[3] Wahrscheinlich der in Br. 24 S. 34 genannte Scriba ducalis, von dem auch in Br. 306 S. 398 die Rede ist.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/300

salutant Hirßfeldius[1] et Sebastianus.[2] Bene vale et saepe scribe principi. Cursim.

Ex Isidis Liburna[3] MDXXIII Idibus Septembris.

Georgius Spalatinus.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. C 3v – C 4r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 58—59.

---

619. M. an Eoban Hessus. (Gotha 1523. Nach 2. November.)

Mut. meint, Hessus möge, wenn er nun einmal Proteus sein wolle, auch sicher dem Schiffbruche entfliehen, ist in Betreff des kimmerischen Dunkels mit ihm einer Ansicht und will sich gern belehren lassen, dass der Gastfreund kein Jude sei. Er preist den Maecen Sturz.

Conratus Mutianus Rufus Helio Eobano Hesso S.

Fidelium animarum[4] die anniversario tuas, Hesse, o lepidum caput, accepi literas, quibus avide legendis indulsi, ita iucunda varietate et illecebrosa iucunditate delectabant. Scribis te Proteum esse. Heus tu? Ergo deus es. Et si deus es, ubi ara, templum, acerra tuo numini consecrata? Dices: „Stabant omnia sublimiter, sed cum nuper divi ruerent, collabi sensimus.“ Atqui Proteo nullum fit naufragium, tutus enatat. Et si poetę dejiciuntur gradu, mox subit personam Archigenis[5] et componit, quod Mithridates. Si mixturae pretium non habent, ilico regem agit. Regibus pulsis consul dicitur. Paulo post de consule fit rhetor. Ea est Protei divinitas. Carolus[6], qui salutis anno MCCCCLXXIIII Nussiam obsedit, testabatur immobili se mente in castris mansurum vel invito Friderico tertio, sed ea pertinatia parum erat foelix, resistebant Hessi: intus Hermannus, qui postea fuit praesul, extra Henricus, quoad cęsaris manus supervenisset. Quod si Proteum egisset Carolus ille, non occubuisset in Elvetiis. Sapientis est mutare consilium, quoniam tempora mutantur et omnia. Itaque prodigium non est, qui Po-

---

1 Vgl. Br. 304 S. 391 Anm. 2.

2 Sebastian Schade, kursächsischer Rat und Gönner Mutians.

3 Scherzhaft für Eisenach.

4 Am 2. November.

5 Ein berühmter römischer Arzt unter der Regierung des Domitian, Nerva und Trajan.

6 Der von seinem Domkapitel entsetzte Kölner Erzbischof Ruprecht von der Pfalz hatte gegen den neuerwählten Administrator Hermann, Landgrafen von Hessen, Karl den Kühnen von Burgund zur Hilfe gerufen. Dieser erschien auch und schritt zur Belagerung der von den Hessen verteidigten Festung Neuss, welche sich indessen so lange hielt, bis Kaiser Friedrich III mit der Reichsarmee erschien und die Stadt laut Uebereinkommen den Händen des päpstlichen Legaten übergeben wurde.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/301

lypi mentem obtinet, qui versatilis sellis interdum sedet duabus cum Cicerone,[1] et Pauli vafriciem et Ulyssis prudentiam bene solers aemulatur. De tenebris Cimmeriis[2] assentior tibi, nisi quod illi (quos putem, scis) magis capti mente quam oculis videntur. Veneres enim vident, quo res casura sit, non vident tantumque stulti distant ab intelligentibus, ut quantum ea quę δὶς διὰ πασῶν vel, ut mathemacii loquuntur, ἐκ διαμέτρου. Absolvis hospitem[3] a suspicione circumcisionis, etsi tam iudaice sibilantem, ut nihil supra. Cautissimus quisque metuit. Nam pravitas seminis Abrahami notior est ubique, quam ut describi sugillarique debeat. Sturciaden[4] autem, aetatis nostrae Mecoenatem, qui domi mirabili quodam temperamento magnificus et providus est, plurimi facio, bene merentem cum de caeteris studiosis et bonis tum vero de te, Eobane, poeto clarissimo et disertissimo.

Gedr. 1) E. Hessi ... ep. fam. S. 285—286. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 69 – 71.

---

620. M. an Erasmus. Gotha 1524. Gegen Ende Februar.

Mut. beklagt, dass die Juden in grosser Anzahl zu Luther strömen und theologische Professuren bekleiden, empfiehlt den Martin Hune und bedauert den Abfall alter Freunde zu den Lutheranern. Allein Eoban habe wieder Vernunft angenommen und wolle in keiner Gemeinschaft mit so gewaltthätigen Leuten stehen.

....issimo doctori Desiderio[a] Erasmo Roterodamo, totius ecclesię singulari ornamento, patri optimo. Basilee.

.... conviciis,[b] ut etiam sub principe nostro Friderico parum sint ęqui aut propitii bonis viris. Quorsum tendat temeritas et perversa ostentacio, non video. Non obsunt Cameli[5] et philoscoti. Nocent Hebręi male Christiani per speciem pietatis simplicem credulitatem mira vafricie corrumpentes. Eorum scelera et iniurias tua divina oratione facile poteris ulcisci, si limam aliquam in vaticinia et Mosen conscripseris, ne facinorosa circumcisio pretextu sacrarum literarum venena pro remediis ingerat, lędatque publicam tranquillitatem. Errat meo iudicio civitas, quę ad foenus exercendum Iudeos recipit, errant qui

[a] Bursch. D., *was nach* doctori *auch* Decretorum *heissen kann.* [b] *Der Brief hat auch dem ersten Herausgeber nur als Fragment vorgelegen, aber auch dieses ist jetzt verschwunden.*

---

[1] Vgl. Seneca. Controv. 3. 18. und Macrobius Saturnalia 2. 3.

[2] Mutian spielt auf das Treiben der Erfurter Prädikanten, der Eiferer gegen die Wissenschaften an

[3] Es ist nicht ersichtlich, wen Mutian hier meint.

[4] Georg Sturz aus Annaberg, der reiche Erfurter Arzt und Patron der neuen Wissenschaften. Vgl. Krause. E. Hessus I, S. 238—241.

[5] Burscher sagt darüber: Cameli haud dubie vocantur sustinentes laborum onera in collegiis aulicis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/302

Iudeum baptizatum publice eruditioni preficiunt. Confluit ea gens ad Lutherum.[1] Dat consilia et habetur in pretio. O tempora, o mores! Vetus Testamentum minus suspecti exponant. Liceat nobis maiorum ritu Christum colere, servare integritatem. Hac de re pluribus, si vacabit, tecum aget Martinus Hunus,[2] magister[3] Erfordiensis, non vulgaris amicus noster, homo probissimus, mihi crede. Odit rem tumultuosam et malos viros, quos tu sentis efferatiores. Scit Lutherum per unum Philippum fieri celebriorem,[4] novit audaciam Hutteni.[5] Amat te vehementer, adheret Eobano[6] et Urbano.[7] Utrumque tibi commendo. Ionas, Schalbus,[8] Draco,[9] Crotus[a 10] a nostra sodalitate defecerunt ad Lutheranos. Eobanus resipuit meo hortatu vere simplicis et candidi ingenii. Eant alii in ledendis hominibus occupati, ego phanaticos lapidatores non amo. „Frustra monemus," ut pretor ait: „Vim fieri veto." Evocant Vestales, ferociunt tanquam insani. Interim Erasmiana

[a] Bursch. Crocus.

---

[1] Allerdings ist auf Luthers Veranlassung Johann Böschenstein, von jüdischer Abkunft, (Vgl. über ihn Erhard. Gesch. d. Wiederaufblühens wissensch. Bild. Bd. III, S. 332—340) nach Wittenberg als Lehrer des Hebräischen 1518 berufen worden, derselbe ist aber bald (wahrscheinlich bereits 1519) von dort wieder fortgegangen. Von einem Zusammenströmen jüdischer Elemente nach Wittenberg kann dagegen nie die Rede sein. Mutian scheint hier arg zu übertreiben.

[2] Ein intimer Freund des Eoban Hessus, welcher ihn am 1. März 1524 an Pirkheimer und Zasius empfiehlt. Vgl. über ihn Krause. E. Hessus I, 241 ff. Die Freundschaft zwischen Hune und Mutian bestätigt auch Br. 624, sie ist wahrscheinlich durch Hessus vermittelt worden.

[3] „Martinus Hune ex Gittelde" lautet sein Name in der Magistermatrikel.

[4] Vgl. Br. 590 S. 262 und Br. 605 S. 280—281.

[5] Das stürmische Wesen Huttens hatte dem Mutian nie behagt; durch die Art und Weise seines Auftretens für Luther aber war der Freund der behaglichen Ruhe um so mehr von ihm abgestossen worden.

[6] Ueber die damalige Stellung des Hessus zu Luther und seiner Partei. Vgl. Krause. E. Hessus 352—380.

[7] Wie Urban damals zur reformatorischen Bewegung und zu Luther selbst stand, zeigen die bisher nicht bekannten, weiter unten als Beilagen gedruckten drei Briefe von ihm an Spalatin.

[8] Kaspar Schalbe. Vgl. Br. 294 S. 381 Anm. 4.

[9] Johannes Draco. Vgl. Br. 588 S. 257 Anm. 4.

[10] An Richard Crocus, (Vgl. Br. 557 S. 221 Anm. 2), welcher Deutschland damals schon lange verlassen hatte, kann hier, wie Burscher es gethan, nicht gedacht werden. Es ist vielmehr von Crotus Rubianus die Rede, der von Mutian noch immer als eifriger Lutheraner infolge seines Auftretens im Jahre 1521 betrachtet wurde, wenn sich auch schon längst ein Gesinnungswechsel bei ihm angebahnt hatte. Die Wittenberger selber sahen ihn noch 1524 als den ihrigen an. Vgl. Strauss. U. Hutten S. 563.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/303

lectio tranquillis nobis et fructum affert et voluptatem. Vale, doctor clarissime.

Ad Terminalia[1] instantibus Calendis Martiis MDXXIIII. Gothe.

Totus tui nominis
Chunradus Mutianus.

Concerpe.

Gedr. Burscheri Spicilegium XVI. p. 12—14.

Beilage 1. (Siehe Anm. 7 auf voriger Seite.)

Erfurt 1524. Februar 14.

Georgio Spalatino, fratri suo in Christo charissimo, viro optimo et doctissimo.

Gratiam Dei. Non potui tibi non scribere, charissime frater, cum tam opportunum haberem tabellarium, presertim ut scires me literas tuas intra dies Epiphaniorum isthic a te scriptas accepisse. Amici tui te salutant et impense rogant, ut mihi scribas, quid isthic agatur in tam celebri conventu principum. Sunt qui dicant regem Anglie venisse Nornbergam et legatum Caroli. Utinam principes pro concordia Christiane religionis omnes nervos contenderent. Tumultuatur enim misere ubique gentium. Scripsisti nuper Suitiam iam huc iam illuc inclinare et tamen ab evangelio stare. Ista pugnare mihi videntur, tua pace dictum sit. Quo modo enim ab evangelio stant, qui tam mobiles iam huc iam illuc inclinant, ubi sordidi spes maior affulserit nummi. Verus est poeta: „Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.“ Illos ego non censeo Christianos, qui vili pecunia conducti ferrum stringunt in viscera fratris mihil commeriti. Largiatur nobis Deus suam gratiam, ut evangelici simus non nomine solum, sed et re. Nepotianus ereptus est nuper ex hoc seculo nequam. Cuius mortem eo moderatius fero, quod infinita mala evasit nobis impendentia. Parochiam adeptus est nihil ambiens, sed vocatus veluti alter Aaron. Ioannes Prussiensis tibi ex literis notus. Scripsit enim tibi ituro cum principe optimo Wormatiam et x aureos credidit pro impetrandis precibus regalibus. Optimus vir est doctus in lege Domini et qui tibi, si ullo modo poterit, daturus est pensionem annuam. Mutianus accepit his diebus XVI flo-

---

[1] Sie fallen auf den 23. Februar. Der Ausdruck ist aber wahrscheinlich nicht genau zu fassen, sondern mit Rücksicht darauf, dass Erasmus einen Terminus in seinem Wappen führte, gewählt und soll „Ausgang“ „Ende“, sc. Februarii, bedeuten.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/304

renos ex sacerdotio Wyrano opera generosi Greffendorferi et domini cancellarii. Vale, charissime frater, et nobis rescribe.

Datum Erfordie dominica Invocavit. Anno MDXXIIII.

Henricus Urbanus
tuus.

Autograph der Baseler Universitätsbibliothek sub G. I. 31. fol. 82. *Meine Abschrift verdanke ich der Freundlichkeit des Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

Beilage 2. (Siehe Anm. 7 S. 297.)

Erfurt 1524. März 7.

Egregio viro Georgio Spalatino, fratri suo charissimo.

Dei gratiam. Reddita est mihi epistola tua, charissime frater, heri dominica Letare ad horam secundam postmeridianam. Si fuisset temporius reddita, ad iter me accinxissem. Hodierno mane omnino decretum erat proficisci, sed continens pluvia adeo madefecit terram, ut propositum mutarim. Hŭc adde, quod nesciebam adhuc te isthic esse. Supra modum cupio te videre et alloqui de multis. Inprimis consulere te volebam, num semper manendum mihi censeas inter tam bibaces, dissolutos et tam inordinate ambulantes fratres. Sperabam iam fore decretum per principes Nornberge, ut cuique liceret citra notam infamie, egredi monasterium. Sed audio nihil adhuc principes boni statuisse, sed privatis rebus studuisse et discordes inter se esse et ob id illustrissimum principem electorem Fridericum cum indignatione illinc discessisse. Quod utrum verum sit, scire cupio et si quid aluid habes, quod communicare liceat cum Mutiano. Litere super pensione tua Hockirchiana adhuc sunt in pago Hockirchen incluse in quodam mensa. Eas tibi mittam, ubi ad Hockirchen venero. Quam vellem, ut cum venia principis tui huc ad nos semel venires. Si adhuc aliquot dies istic mansurus es et ad nos venire non volueris, veniam ego ad te. Cancellarius, vir egregius, et Grefendorferus, nobilis camerarius favent admodum Mutiano tua haud dubie commendacione. Miserunt nuper illi pensionem duorum annorum de sacerdotio Wyrano. Age, queso, tantis viris gratiam. Vidi nuper filiolum Leonardi. Scitus profecto puer est liniamentis faciei magis te quam parentem meo quidem iuditio representans. Adiuva, queso, bonum Leonardum, ut pristinum servitium in aula recipiat et hortare ad sobrietatem. Nam multi dicunt solam ebrietatem illi obesse, quo minus promoveat. Engelmannus noster mittit tibi literas inclusas et munusculum quoddam aliis literis inclusum. Dignare hominem responso ex animo te amantem. Venitne Campegius Nornbergam vobis adhuc illic existentibus et quid habes de Erasmo et Hutteno? Vale, charissime frater et fac me certiorem, an huc venire

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/305

velis — nam vectabulum tibi volo procurare — et an ego ad te venire debeam et quid sperandum sit de felici statu rerum et presertim de negotio Lutherano. Iterum vale.

Raptim feria 2 post Letare. Anno MDXXIIII.

Henricus Urbanus.

Saluta Sebastianum Schadum meo nomine et dic nihil adhuc venisse rerum ad se spectancium.

Autograph der Baseler Universitätsbibliothek sub G. I. 31 fol. 84. *Die Abschrift verdanke ich Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

Beilage 3. (Siehe Anm. 7 S. 297.)

Erfurt 1524. November 20.

Doctissimo viro Georgio Spalatino, fratri suo amantissimo.

Dei gratiam. Remitto tibi, frater charissime, epistolam Thome Montzeri. Nihil perplexius, nihil tenebricosius vidi. Aiunt hominem e Molhusa pulsum et Carolostadius, ubi locorum, prorsus hic ignoratur. Nec quisquam est, qui magnopere id scire cupiat. Epistolam Erasmi ad te scriptam et novitates, quas misisti, cum Mutiano et bonis amicis communicavi. Avidissime videre et legere cupio, quitquid Doctor Lutherus vel tu contra liberum arbitrium scripseritis. Putant nonnulli non habere Lutherum neque posse Erasmo respondere. Et Mutianus noster dicit Erasmum eruditissime scripsisse pro libero arbitrio. Ego de tantis rebus, quoniam captum meum excedunt, iudicare non possum. Probatur tamen mihi Erasmus in eo, quod modeste scribit et doceri cupit et iudicium relinquit legentibus. Ubi viderit Lutherum melius sentire et scribere, ibit fortasse in sententiam illius. Neque enim mihi verisimile videtur tantum virum et grandevum quitquam contra conscientiam scribere. Scripsit nuper Cochleus Eobano rumorem Francfordiam venisse Erasmum diem suum obiisse, interim tamen nihil certi audivimus. Mentagra mitius mecum agit quam egit. Tortura, quam in cruribus, imo in ipsis medullis crurium sensi non sine maximo dolore, me propemodum deseruit. Et pustule arefacte decidunt, ut sperem me propediem pristinam valetudinem recuperaturum. Nullo usus sum medico, temperate vixi et in calfacta dieta me continui et unam aut alteram purgationem pro expellenda materia peccante accepi in eum sperans medicum, qui verbo curat universa. Eobanus mittit tibi opusculum De tuenda bona valetudine. Volebat et tibi scribere, sed nescio, quid hominem impediverit. Vale.

Salutat te Engelmannus et Sommeringus, qui ex animo te deligunt, sed putant misere seductum per Lutherum et ob id mentem tibi melio-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/306

rem precantur. Bene sentiunt, sed an recte iudicent, dubito. Iterum vale.

Datum postridie Elyzabethe. Anno MDXXIIII.

Henricus Urbanus
tuus.

Autograph der Baseler Universitätsbibliothek sub G. I. 31 fol. 94. *Die Abschrift verdanke ich der Freundlichkeit des Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

Beilage 4. (Siehe Anm. 7 S. 297.)

Erfurt 1526. August 19.

Eruditissimo viro Georgio Spalatino, fratri suo carissimo.

Dei gratiam. Hoc momento accepi tuas literas, carissime frater, quas tu ante tres hebdomadas scripsisti. Ago gratias, quod pro archimagiro et Chiliano consiliariis scripseris. Deinceps non ero tibi molestus in huiusmodi odiosis causis. Tua neptis cum Doliario prandebant mecum die dominico. Rogavit me neptis, ut illi darem mutuo aliquot nummos. Dedi dono 5 Snebergeros. Optima mater est. Nihil nocuerit tibi, si illi miseris $^1/_2$ florenum ignorante marito. Si quid novi accidit, quod sit pro evangelio, fac, ut sciamus. Ego certe ex animo faveo negotio evangelico, sed non possum odisse Erasmum. Si erro, scis me esse et semper fore tuum. Salutat te Chunradus Urbanus. Decribe mihi, quis et qualis sit ille Iohannes Agricola. Saluta Adamum Fuldanum et magistrum Islebinum meo nomine. Audio Philippum Melanchthonem gravissime egrotare.

Datum feria V post assumptionem Marie. Anno XXVI.

Henricus Urbanus
tuus.

Autograph der Baseler Universitätsbibliothek sub G. I. 31 fol. 112. *Die Abschrift verdanke ich der Freundlichkeit des Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

---

621. Spalatin an Mutian. Schloss Lochau 1524. Mai 9.

Spalatin bezeugt dem Mutian, dass sein letztes Schreiben an Friedrich d. W. sehr gefallen habe und Justus Jonas mit vielem Vergnügen das für ihn (Spalatin) bestimmte gelesen. Er bittet, dem Evangelium geneigt zu sein und bald Antwort zu geben, ob er des Kurfürsten Sendung empfangen. Auch grüsst er von Hirschfeld.

Reverendo et eruditissimo viro domino Conrado Mutiano Rufo, doctori, canonico Gothensi, suo praeceptori amantissimo.

Dei gratiam et pacem. Placuerunt literae tuae, reverende domine doctor et patrone Mutiane, tum principi nostro Christianissimo tum mihi die sancti Gregorii[1] datae et placuisse vel principis nostri literae non

[1] Wahrscheinlich am 24. April, dem Tage Gregorii episcopi und nicht am 12. März, dem Tage Gregorii papae.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/307

inanes neque steriles[1] testantur. Tecum sane prorsus sentio multis abhinc annis, nisi quod nolim adeo esse addictum paupertati, ut non etiam tandem obtemperes principi optime tibi volenti et libenter curaturo, ut alicubi in regionibus et ditionibus suis non solum recte, sed etiam regie agas. Supervenit nuper Ionas, praepositus Vuittebergensis, quo die tuae huc venerunt. Mirum quanta voluptate legerit mihi asscriptas,[a] nam ad principem datas non licebat exhibere homini. Breviter fac, ut alas principis in te gratiam vel praecipuam. Quod feceris saepe ei scribendo. Bene vale cum Urbano et evangelio[2] fave et modis omnibus nobis statim responde, an illos aureos et literas principis acceperis. Recte autem ad nos venient omnia, si miseris Vuimariam ad decuriam scribarum principalium tui studiosissimam. Cursim.

Ex Lochau in Saxonibus, feria II post Exaudi. MDXXIIII.[b]

Salutat te fideliter Bernhardus Hersfeldius[3] noster.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. D 4r—D 4v. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 59—60.

[a] *Tz* adscriptas. [b] *Tz* MDXXIII.

---

1 Der Kurfürst hat ihm demnach wiederum Geld übersandt. In dieser Zeit hatte Mutian auch durch die Bemühungen des Kämmerers Grefendorfer und des Kanzlers Brück 16 Gulden rückständiger Einkünfte von der Wyraner Pfründe empfangen. Vgl. Beilage 1 und 2 zu Br. 620 S. 298 und 299.

2 Interessant ist eine Auslassung des Gothaer Reformators Myconius über Mutians Stellung zur Reformation. Sie findet sich in einem Schreiben vom 10. Oktober 1524 an den Kanzler Georg Brück. Man ersieht daraus, wie von diesen beiden noch immer die Hoffnung genährt wird, dass bei Mutian ein Gesinnungswechsel eintreten werde: Adiit me insignis ille tranquillarius Mutianus uno versu psalmi totam mentem suam explicans. Data dextera ita inquiens: „Magnificate Dominum mecum, (Mecum, ut nosti méum cognomen est) cui cum responderem: „Faciam pro viribus, quas monstrabit is, cuius agimus caussam, Christus.“ Rursus intulit: „ut exaltemus nomen eius in id ipsum.“ Respondi: „Hunc solum decet laus, honor et gloria, ut exaltet illum omnis creatura“ sicque cum pace discessimus. Haec ideo te latere nolui, vir ornatissime, quoniam scio, quam fervide optet Christianus tuus animus, ut Mutianus evangelio bene velit. Bene vult; det Dominus, ut quandoque ponatur lumen hoc super candelabrum, quod fiet, cum placuerit Domino. Nach einer Abschrift in dem Cod. chart. Goth. A. 1048 fol. 1r—1v.

3 Vgl. Br. 304 S. 381 Anm. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/308

622. M. an Joachim Camerarius. Gotha 1524. Juli 30.

Mutian dankt dem Camerar für seine neuliche Freundlichkeit und bedauert, dass er den Melanchthon nebst Begleitung nicht habe in seinem Hause aufnehmen können. Er ermahnt jenen, bei seinen Studien zu bleiben und sendet Grüsse an die Wittenberger Freunde.

Liberalium artium studioso inprimis Ioachimo Camerario.[1]

Fecisti mihi rem gratam, quod nuper praecurristi. Scio iamdudum me a te observari et magnifieri. Animadverti Francicum amoris affectum id est, simplicem ac candidum, et quod te diligat Rufus olim, nunc canus, tibi liquet. Nuncius tunc fuisti optatus. Quid vero querar? Non soleo, non possum, non libet. Dolet tamen mihi contra multorum annorum consuetudinem veniendum fuisse ad eum, cui comes eras. Malueram enim, et erat hoc rectius, invitare vos ad me et accipere hospitio musico, ita ut decebat et meus mos erat aliquando, vino, victu non pontificali quidem, sed neque proletario. Meministin', quod onus comicus vocet miserum et grave?[2] Sed querelae absunto. Melanchthonem[3] tuum, imo nostrum λευκότερον χιόνος vidi, allocutus, complexus sum cum magna laetitia et comites caeteros pariter. Neseno[4] non esse comior comitas ipsa possit. In adolescentibus elucet mirae bonitatis indoles. Omnino uterque erit aliquis. Nescio tamen, quo pacto anguriurn meum augustius est de illo,[5] cuius nigris oculis nigroque et promisso crine decori nomen a Francis diminuitur. Scripsi haec post discessum hinc vestrum anni sextante uno et insuper mense dimidiato, quod iam reversos vos ad Albim arbitrarer alia nimirum via. Me enim insalutato tu nullo modo transiisses. Fac, Ioachime, quod facis. Incumbe in studia honesta. Alii alias quaerunt vias ad laudem, tu hoc

---

[1] Vgl. Br. 606 S. 284 Anm. 5.

[2] Terenz. Phormio I. 2. 44: Paupertas mihi onus visumst et miserum et grave.

[3] Melanchthon unternahm 1524 in Begleitung von Wilhelm Nesen, Camerar, Franz Burcard und Johann Silberborn eine Reise nach Bretten, seiner Vaterstadt. Letztere drei machten dabei einen Abstecher nach Basel, um Erasmus zu besuchen. Der Aufbruch Melanchthons geschah am 16. April, die Rückkehr nach Wittenberg erfolgte nach 2 Monaten. Vgl. darüber Joach. Camerarii de Philippi Melanchthonis ortu, totius vitae curriculo et morte ... narratio diligens et accurata. Lipsiae. 1566. S. 90—98.

[4] Wilhelm Nesen. Vgl. über ihn Ge. Ed. Steitz. Der Humanist Wilhelm Nesen, der Begründer des Gymnasiums und erste Anreger der Reformation in der alten Reichsstadt Frankfurt a/M. Lebensbild auf Grund der Urkunden dargestellt. Archiv für Frankfurts Geschichte und Kunst. Neue Folge. 6. Bd. S. 36—161. Als Mutian diesen Brief schrieb, war jener bereits tot; denn er ertrank am 6. Juli.

[5] Franciscus Burcardus Vinariensis. Vgl. Camerar. De Ph. Melanchthonis ... vitae curriculo S. 90—91.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/309

teneas nullam esse expeditiorem quam eruditae doctrinae. Hanc aetas superior per nebulam aspexit, nunc clara lux est. Sane horror quidam ingruit alterius tempestatis. Sed non est temporis istud vitium, hominum est. Quo foedior labes rebus nostris secundis aspergitur. Magistrum vocari optimarum disciplinarum et artium inclytum nomen est, sed non, ut dictatores quondam dicebantur, sic magistri statim sunt, qui apellantur. Intelligis, quid[a] velim neque offenderis scilicet τῇ ὑποθήκῃ. Qui monet, inquit Sarsinas[1] poeta, quasi adiuvat. Caetera tu cogitabis. Verbosior sum, quam me esse solere nosti in literis scribendis. Desino igitur. Saluta a me primum κορυφαῖον vestri itineris, deinde asseclas et vale.

Gothae, cum iam desineret urere Sirius agros. Abdon Senen.[2] Anno MDXXIIII.

Chonradus Mutianus.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. D 7 v — D 8 r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 60—61.

[a] *Tz* quidem.

---

623. Friedrich der Weise an Mutian. Schloss Lochau 1525. Januar 2.

Der Kurfürst benachrichtigt Mutian, dass Spalatin den Auftrag hat, die erbetenen griechischen Bücher aus Wittenberg zu senden.

Reverendo nobis dilecto, devoto Conrado Mutiano, doctori canonico Gothensi.

Salutem et felicitatem. Tuam precationem felicis novi anni, reverende dilecte, devote doctor Mutiane, clementer accepimus una cum tota epistola tua. Atque adeo etiam Spalatino negocium dedimus curandi, ut libros graecos Vuitenbergae excusos, quos tantopere flagitas, propediem habeas, id quod te pro nostra in te gratia clam esse noluimus.

Datum Lochau, die secundo Ianuarii. Anno Domini MDXXV.

Fridericus
manu propria signavit.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. C 3 v. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 63—64.

---

[1] Plautus. Curculio a. 3.
[2] 30. Juli.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/310

624. M. an Eoban Hessus. (Gotha) 1525. April 8.

Mut. zeigt sich mit dem Plane des Hessus, eine zweite Ausgabe der Bucolica zu veranstalten, einverstanden, ermuntert ihn zur Energie in dem medizinischen Studium und bittet, den Hunus zu grüssen.

Conradus[a] Mutianus Eobano Hesso. S.

Quid sis facturus in editione secunda Bucolicon[1], ad me familiariter scribis. Dico foeliciter pro mea in te[b] benevolentia. „Et tua victricem referat cava fistula palmam.“ Viden', ut Bonum Eventum, singularem Corydonis deum, et Palem mala gregis averruncantem pro te oraverim? Quod superest, non te poeniteat suscepti negocii, sive velis inter simas capellas subter coryleta iacentes opiliones tuos πάλιν ἱμάτια φιλολογώτερα assumere sive τὰ θέρματα recenti signare nota sive argumenta commutare, ut interpolata εἰδύλλια pondus, non dico apud rusticos, sed literatos viros maius inveniant, ut autori latiorem adferant gloriam. Haud dubie gratiam inieris summam a studiosis Musarum et tibi laudem lucrifacies amplissimam et a Chaerilo tua suppilanti tanquam ἐκ λύκου στόματος[c] eripies oviculas. Quod si Zoilus quasi frigidus anguis obsibilarit, „cape saxa manu, cape robora pastor.“ Est enim tibi pedum paribus nodis atque aere formosum, et ipsa Nais te rude clavata donavit, hoc est, magnificum habes systema vocalium carminum. Utere vena tua beatissima. Nemo fluxum istum retardet. Pro aliena lima et x tibi sit testibus iudicii tui ratio. Deterere poterit aliquid molestus criticus, ornare tua non poterit, nisi petulanter obstrepat velut anser inter olores. Quid aliud novi? Belle et festiviter adludis ad tritum populi sermone verbum, quod sic habet: Vix ingens et rude coemiterium novo medico[2] suffecturum. Sed nihilominus audendum. Quo mihi cithara nunquam pulsata? Quis musico tacenti adsurgat? Medicus aegrotanti adsideat oportet. Pars altera practices θεραπευτικὸν aut victu salubri aut medicamentis et manu succurrat. Senes et defecti et morbo gravi laborantes ad medicum venire non possunt. Neque tales procurator ut causidicus absentem litigatorem[d] iuvare potest. Itaque te

[a] Ep. fam. Conratus. [b] Ep. fam. re. [c] Ep. fam. σωματος. [d] Tz. ligatorem.

---

[1] Die zweite Ausgabe dieses Werkes kam erst 1528 zu Stande. Vgl. Br. 148 S. 220. Sie muss jedoch, auch nach einem Schreiben des Hessus an Spalatin vom 29. April 1525 (vgl. Beilage 1 des folgenden Briefes), damals druckfertig gewesen sein.

[2] Hessus hatte sich trotz des Abratens Mutians (Vgl. Br. 619 S. 295—296) doch dem medizinischen Studium zugewandt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/311

commodissime experimenti Alanus noster admonuit. Faveat tuis studiis cantor, vates, medicus Ἀπόλλων. Hunum[1] saluta.

6 Idus Aprilis MDXXV.[a]

Gedr. 1) E. Hessi ... ep. fam. S. 287. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 72—73.

[a] Tz. *nach der Zahl noch* etc.

---

625. M. an Friedrich den Weisen.[2] Gotha 1525. April 27.

Mut. schildert die trostlose Lage, in welche er ohne seine Schuld durch die Zeitverhältnisse geraten, und bittet inständigst um Linderung seiner Not durch Gewährung einer Jahrespension. Er empfiehlt seinen Famulus.

Christianae fidei veraeque religionis propugnatori et pacis armorumque imperii validissimo et sapientissimo ensifero, magno Friderico,[a] duci ducum Saxoniae, Cheruscorum et Duringorum domino, singulari meo principi et patrono indulgentissimo clementissimoque salus et victoria.

Mi princeps et rex invicte! Tristis est anima mea usque ad mortem: ita violenter, ita atrociter, ita crudeliter barbarus et agrestis[b] populus sine more, sine lege, sine religione sanctissima Dei nostri templa depopulatur et devastat. Sumus oves pascuae tuae. In tua laudatissima ditione pro gloria et dignitate nominis tui die nocteque oramus Omnipotentem. Miserrimum praebent sui spectaculum errantes sanctimoniales, vagi sacerdotes non sponte, sed terrore lapidantium et sacrilegorum sua sacra domicilia relinquentes. Ego miserabilis et calamitosus iam senescens et cano capite cogor mendicare,[3] cogor sub

[a] *Tz* Friederico. [b] *Tz* aggrestis.

---

[1] Vgl. Br. 620 S. 297 Anm. 2.

[2] Wahrscheinlich gelangte dieses Schreiben nicht mehr in die Hände Friedrichs, da derselbe am 5. Mai 1525 verschied, es müsste ihm denn von Spalatin am 4. Mai noch auf dem Sterbebette übergeben sein. Der Kurfürst nämlich soll noch an diesem Tage aus Anlass der Ankunft Mutianscher Briefe sich gnädig vor Spalatin über seinen Schützling geäussert haben. Vgl. Köstlin. Luther I, S. 758.

[3] Die nächsten Freunde machten die grössten Anstrengungen, seiner Not abzuhelfen. So schrieb Hessus am 29. April 1525 an Spalatin (Der Brief ist bisher nicht bekannt gewesen und wird deshalb weiter unten als Beilage 1 abgedruckt) und bat ihn flehentlichst, Mutian zu retten. Dass dieser sich bei dem Kurfürsten Johann für seinen Lehrer verwendete, erhellt aus dem kurfürstlichen Schreiben an ihn vom 1. Juni (Weimarer Gesamtarchiv Reg. O, pag. 137, 40. DDD. 6 fol. 14r.): Betreffen Doctor Muethen wollen wir ewrs schreiben eingedenck sein vnd, so vil sich leiden will, gerne gnediges einsehen haben, worauf er am 12. Juni (fol. 16r wie oben) daukte: „E. C. G. thu ich auch untertenig dancksagung irer gnedigen antwort doctor Muthens halben gnedigs einsehen zu haben, sovil sich leiden will. Dann es hat io die meinung nit,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/312

liberalissimis et laudatissimis principibus in summo rerum omnium defectu prae anxietate mori. Nam mea ingenua simplicitas studiis tranquillissimis[a] dedita non potuit aliquid mali suspicari, etsi ex literis et sermone prudentissimorum cognoscerem imperii civitates occultis insidiis et dolis per speciem evangelii instigare rusticam multitudinem et miris artibus adiuvantibus Iudaeis conari extinguere principaleis et illustreis familias et una cum episcopis opprimere velle non solum episcopatus, sed etiam principatus omneis, ut scilicet exemplo Venetorum et antiquorum Graecorum popularis status et democratia praevaleret. Acute monentur[b] neque ratione carent, qui censent istam plebis licentiam nullo modo ferendam esse principibus, cum diversus sit ac semper fuerit testibus philosophis et historicis tam graecis quam latinis principum splendor et populi civiumque status. Itaque credunt eos falli, qui existiment ad clerum tantum opprimendum debacchari[c] tumultuanteis rusticos, cum non minus astutia imperialium civitatum agatur de iactura et damno totius imperii, hoc est, de turbandis, vexandis, exagitandis principibus, quos isti mercatores per contemtum meros tyrannos appellant. Non dubito, princeps integerrime, quin omnia, quae accidere possunt[d], pro coelesti tuo ingenio et divina solertia satis et plus quam caeteri intelligas. Neque fieri potest, quin plurimae civitates, plurimi principes domui tuae faveant et bene velint. Manus eorum omnino formidanda est, qui nullo consilio, nulla pietate ruunt ad omne scelus. Neque enim vis imperitae multitudinis semel excitata cohiberi facile poterit. Novi rerum humanarum vicissitudines, novi incursus fortunae variantis. Omnia habent suum circulum, suum fatum, suum interitum. Non est credendum populo vesano. Quod si canonicorum collegia tam Eisennachi quam Gothae nunquam sint resurrectura, liceat tum mihi simplicissimo et valde infirmo[e] in hac tranquillitate, quam emi,[1] quam libris ornavi, quam senectutis meae tutissimum receptacu-

[a] *Tz* tranquillimis. [b] Cod. moventur. [c] *Tz* debachari. [d] *Tz* possint. [e] *Tz* infimo.

---

wie E. C. G. auch aus des Melanchthon bedenken befinden werden, das man so erschrecklich mit den leuten handeln soll mit ausstreiben etc. Johann machte denn auch, allerdings erst im Anfange des nächsten Jahres, dem Mutian ein bedeutendes Geldgeschenk von 50 Gulden, wie wir aus einem Briefe Urbans (Derselbe ist ebenfalls noch nicht bekannt geworden; er wird daher hier als Beilage 2 gegeben), ersehen. Justus Menius bat den Myconius, die Bauern zur Zahlung des geschuldeten Zehnten an seinen Onkel zu bewegen. (Siehe Beilage 3.)

[1] Dies wird in einer Urkunde vom 5. März 1523 (Herzogl. Goth. Archiv No. 247) bestätigt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/313

lum putavi, in finem usque vitae manere. Etiam clauso templo, abdicatis ceremoniis, subversis altaribus colam te patronum optimum in templo cordis mei, in sancto evangelio, in memoria sempiterna. Aetas et valetudo debilis[a] non patitur, ut discurram. In tua, pater benignissime, in tua, inquam, Gotha, in qua innocenter XXII annos vixi, neminem offendi, profui, quibus potui, consenescam. Vides meam constantiam in simplicitate perpetua, cui si principum meorum gratia non defuerit, felix sum. Sed vitae necessaria deerunt. Census clericorum sublatus est. Unde miser vivam? Excellentissime princeps, paucis ero contentus, tamen honestis et eruditis hospitibus domus mea pateat. Sit panis, sit parum pecuniolae pro obsoniis. Incidi, fateor, in debita non parva, nam toto quadriennio nihil pensitavit Gerstunga,[1] nihil frumenti datum est. Emo panes pistoris, vinum civitatis et revera non sum providus paterfamilias, qualis incogitantia studiosis est propria. Adoro supplex vestigia pedum tuorum, accido ad genua clementiae tuae. Mea salus in manu tua, domine, relinquam grati animi mei pignus. Testabor apud posteros adiutum me beneficiis augusti ensiferi pii Friderici et fratris humanissimi. Atque utinam mea scripta vobis esse possint honestamento. Aeternitatem cogito. Celebrandam venerandamque memoriam virtutis vestrae in animo habeo. Dignetur me commendare Gothis tua maiestas. Misi famulum[2] meum, probissimum iuvenem, qui apud tuam regiam non esset poenitendus aulicus. De qua re plenius ad Spalatinum nostrum scripsi. Ordinabit, spero, mihi tua pia sapientia provisionem annuam, ut sub umbra alarum tuarum reliquum aetatis sine timore securus agam. Atque hac ipsa de re fido Spalatino formulam exhibui subiiciens me et mea omnia protectioni atque tutelae tuae. Doceant alii spiritu oris sui, ego mansuetudine, patientia, charitate et bonis exemplis, sanctis moribus, evangelicis institutis et Christiana regula docere fideleis, quoad vixero, non desinam. Valeat meus amantissimus dominus[b] et princeps Fridericus[c] sempiternis dignus honoribus.

[a] *Tz* debiles. [b] dominus et *fehlt bei Tz.* [c] *Tz* Friedericus.

---

[1] Von dieser Mutianschen Pfründe erfährt man nur noch aus dem folgenden Briefe etwas. Wann sie ihm verliehen, ist nicht zu ermitteln.

[2] Johannes Marcellus aus Königsberg, ein Freund des Eoban Hessus. Wie lange er bei Mutian gelebt, lässt sich nicht bestimmen. Nach dessen Tode ging er nach Wittenberg und erhielt später daselbst eine philosophische Professur. Er starb 1551. Vgl. Tenzel. Reliquiae epistolarum Mutiani pag. 94 und 95.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/314

Datum die Iovis post Quasimodogeniti. Anno MDXXV.

Obsequentissimus cliens augustissimae tuae maiestatis Cunradus Mutianus.

Handschriftl. Cod. lat. Mon. 2106 p. 142—145. Gedr. Tz. Rel. ep. Mut. S. 75—79.

Beilage 1. (Vgl. Anm. 3 S. 306.)

Erfurt 1525. April 29.

Eruditissimo et christianissimo viro domino GeorgioSpalatino, ducali secretario, suo amico perpetua pietate colendo.

S. Cum esset oblatus, nullo vero modo quaesitus ad te profecturus tabellarius, Spalatine, scribendum vel hoc putavi nihil esse nunc aliud, quod scriberem, praeterquam quod a te pro veteri nostra et perpetua amicitia peterem, nostro Rufo his temporibus tam iustis, tam magnis de causis petenti non deesses. Quod te etiam atque etiam, mi Spalatine, per fidem amicitiae mutuae rogo. Memineris non tam causae, quam tuorum sectae omnia nunc turbantis, quam erga te et Rufi et omnium nostrum fidei et, si quid queas, nunc ostendas amicum esse te verum, hoc est, Spalatinum, qui, quod sentit, dicere et, quod dicere, etiam audeat facere. Aude, Spalatine, Mutianum servare, namque potes, et quia potes, debes. Tu cogitabis rectius, quid tui sit officii, neque ea, solum, quae nunc fiunt, sed etiam ea, que fieri possunt et quae futura sunt, cogitabis. Quod si facies, non dubito, quin ab officio nusquam sis deflexurus. Me monitore non eges. Neque ea est in me prudentia, ut confidere debeam posse te aliquid meis monitis proficere. Itaque scripsi nanctus, ut dixi, occasionem quasi ex insperato, cum Drusus ad te iret. Cui si bene responderis tu, salvi sumus, qui nisi salvo Mutiano periisse pene malumus. De me rebusque meis alias te certiorem faciam. Gravissimum est, quod in omnibus tuis ad nostrum Urbanum literis salutem mihi adscribis. Nos hic Philippum nuper expectavimus. Quid fefellerit, nescio. Idillia nostra brevi videbis, nisi forte communis literarum calamitas et illa absorbeat. Bene vale.

Erphurdiae III Kalendas Maias MDXXV.

Tuus Eobanus Hessus.

Autograph der Baseler Universitätsbibliothek sub G I 31 fol. 100. *Die Abschrift verdanke ich der Freundlichkeit des Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

Beilage 2. (Siehe Anm. 3 S. 306.)

Erfurt 1526. März 6.

Egregie eruditionis et probitatis viro Georgio Spalatino, fratri suo amantissimo.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/315

Dei gratiam. Gaudeo ex animo, mi frater Spalatine, te cum Catharina tua bene valere. Quitquid enim tibi accidit sive leti sive adversi, ad me tamquam alterum te spectare arbitror. Ego, quod divine voluntatis est, non satis commode valeo semper alia post aliam egritudine me affligente. Et Chunradus Urbanus tui amantissimus a festo natalis Christiani in hunc usque diem continenter egrotavit. Sed, laus sit Christo, iam melius incipit habere. Ceteri monaste Georgiani die purificationis Mariane iussu generosi Ioannis Grefendorfii Gotham commigrarunt illic in cenobio Augustinensium una cum Reinhartzbornensibus et Aurelianis vite reliquum acturi. Que res ex animi mei (sententia) successit. Nam molestissimum, presertim mihi egroto fuit inter tot strepitus, tot clamores et cetera, que recitare non libet, vivere. Queris, quo in te animo sit Mutianus noster. Optimo scilicet et ceteri amici quoque. Cur enim maritum non amaremus, quem celibem venerati sumus? Ego profecto uxorem quoque ducerem, ni me valetudo imbecillis et etas iam ingravescens prohiberet. Multa sunt in celibatu, precipue monachorum, que mihi vehementer displicent, quamvis Mutianus aliter sit animatus. Fuere his diebus Gothe illustrissimus princeps elector et Hessie lantgravius. Heri huc ad senatum miserunt generosum dominum a Willenfels et quendam nobilem de Bemelburg. Quid autem egerint, in occulto habetur. Donavit princeps elector Mutiano nostro, ut vides, quinquaginta aureos, que res supra modum me recreavit. Utinam diuturnus sit iste favor in Mutianum, hominem pauperem, sed integerrimum! Dum nuper Mellarium tuo nomine salutarem, ita respondit: „Liber Urbane, bit Spalatinum, das er mir eyn fart schreibe latinicis verbis. Audiebat hec Mattheus Lachenbeck. Risimus affatim. Itaque te rogo, ut illi latinam epistolam scribas. Non potest tibi deesse argumentum. Vel saltem scribe me id tibi scripsisse. Uxor Doliarii, neptis tua, peperit ante quatuor dies alteram filiam. Proba certe mulier et digna, cui faveas. Doliarius esset centum aureis ditior, si in patriam tuam non migrasset, sed stultus gener stultiorem socerum sequebatur. Mitto tibi literas scribe Northusensis, conterranei mei, quas mihi nuper Mellarius transmisit. Salutat te Chunradus Urbanus dignus inter omnes monastas bonorum favore. Saluta meo nomine optimam coniugem tuam. Vale.

Datum feria III post dominicam Oculi. Anno MDXXVI.

Eobanus ad festum paschatis migrabit Norinbergam. Premisit supellectilem.

Henricus Urbanus
tuus.

Autograph der Baseler Universitätsbibliothek sub G I, 31 fol. 106. *Die Abschrift verdanke ich der Freundlichkeit des Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/316

Beilage 3. (Siehe Anm. 3 S. 306.)

Erfurt 1525. Juni 24.

Friderico Myconio suo Iustus Menius.

Non credes, quam vix potuerim avunculum a proposito retrahere, qui, gratia superis, persuasisse spero me homini rem amice tandem componi ut sinat, modo per arbitros aut Μεσίτας quosdam citra utriusque partis favorem agatur. Ego te iterum obsecro, ut si quando Aeschberii cuiusdam coloni copia dabitur, ea de re cum illo colloquare et, si commodum arbitratus fueris, me quoque adsciscas. Agam enim negotium alienum quin meum ipsius forte moderatius. Dolet cuique suum incommodum et ustus dicitur flammas horrere puer. Id quod ideo dico, quo avunculi importunitatem apud te utrunque etiam excusem aut certe mitigem. De mea est non mitio; se sentit, se vult adeoque, quod sibi adversatur, odit. Id vero odii latere non sinit genuinus calor. Quid multa? Homo est, humano more et sentit et loquitur et agit. Tu itaque per me, per nostram amicitiam exoratus age apud rusticos messem avunculo integram impetres. Sic utrisque consultum iri spero, noster certe mitescet et illi accusandi sui ansam omnem adiment offenso. Summa age metamus, quod seminavimus. Quod reliquum est, per te nosque ipsos citra avunculi operam transigemus, non te deterrebit hominus duritia, sed eo magis te urgeat, ut subeas, quo vides periculosiorem utrinque congressum. Age, mi compater, per te, quantum poteris, bene sit utrisque aut certe minus male.

Ocyssime datum Erphurdiae die Iohannis Baptistae 1525.

Iustus Menius.

Handschriftl. Cod. chart. Goth. A 1048 fol. 2r. No. 4. — Gedr. *Ungedruckte Briefe von Justus Menius, mitgeteilt von Dr. G. L. Schmidt in Eisenach in der Zeitschrift des Vereins für thür. Geschichte und Altertumskunde. Neue Folge. 2. Band. S. 246—247. Der Druck weist einige Fehler auf.*

---

626. M. an Gregor Bruck.[1] (Gotha) 1525. Juni 28.

Mut. schildert dem Kanzler die vielfachen Schädigungen an seinen Einkünften und bittet, ihn unter dem neuen Fürsten in dem Besitze dessen zu schützen, was ihm der frühere verliehen hat.

Ornatissimo domino meo cancellario doctori Gregorio Bruck etc.

Pax huic domui. Si vales, vir optime, bene est. Proximis literis signavi incommodum beneficii ad senioris dignitatem pertinentis. Non est apud me dubium, quin Leoni mandaveris, ut possessoris temeritati

---

1 Kursächsischer Kanzler unter Friedrich dem Weisen und seinen Nachfolgern. Dass er ein Gönner Mutians war, ist aus Beilage 1 und 2 zu Br. 620 sowie aus Br. 621 S. 302 Anm. 2 ersichtlich.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/317

resistat, si quando audierit prophanari syngraphas. Age nunc, Gregori, vitae meae defensor, consideremus, qua ratione subvenias tenuitati nostrae. Nondum de parochia Gerstungensi[1] neque de hoc meo canonicatu dicam. Habui aram in sacello divi Jacobi[2] indultam a consulatu, sed ob preces clementissimi atque divini principis mei immortalis memoriae magni electoris Friderici. Habui, inquam, iam non habeo quia manus sacrilegae una cum caeteris altaribus et nostram illam a me pretiosissimis ornatam simulachris everterunt existimantes eo modo censum et dotem arae dicatam posse negari. Tam caeca est hominum cupiditas. Deo gratias, quod tu adhuc mihi faves. Dii deaeque perdant falsorum prophetarum conciones. Ego nunquam recessi ab evangelio, nunquam accesi furiosis theologis. Non sum papalis. Tantum Ferrariae[3] accepi iuris pontificii titulum et Erfordiae magisterium homo natura simplicissimus et ab omni vana gloria remotus. Nihil papa dedit. Omnia fere princeps illustrissimus. Quocirca tuendae vobis aulicis erunt reliquiae facultatum mearum amore principis. Sed ne impudenter aliquid petam, expectabo, donec tua mihi bonitas pro beneficiis meis omnibus certam aliquam provisionem nutu et favore clarissimi et moderatissimi ducis ac praesidis nostri Ioannis electoris expediat. Proinde coelesti maiestati cottidie pro salute tua supplico, quo tandem Mutiano tuo benignum facias et propitium beneficumque principem. Bene vale.

Datum quarto Kalendas Iulias MDXXV. Mutianus.

Handschriftl. *Autograph der Kirchenbibliothek zu Neustadt am Aisch, 1/2 Bogen mit Siegelresten.* — Gedr. Linde. Epistolae Reformatorum *in der Kirchenbibliothek zu Neustadt a/A. in der Zeitschrift für Kirchengeschichte. Hrsgg. von* Brieger, Bd. V. Heft 1 S. 161—162.

---

627. Eoban Hessus an Mutian. Erfurt 1525. August 1.

Hessus beklagt den Weggang seines Freundes Sturz, der nicht allein ihm, sondern allen Jüngern der Wissenschaft ein Schutz und Hort gewesen, freut sich, dass die Gothaer Plünderer endlich von der Nemesis ereilt sind und meldet, wie jedermann Mutians Standhaftigkeit in der so traurigen Lage bewundere. Alsdann bittet er scherzhaft um einen Brief für Megabachus, den dieser mit auf die Reise nehmen könne, und grüsst Marcellus.

Moetiano Rufo, viro eruditione et humanitate incomparabili, amico suo perpetuo, Helius Eobanus Hessus S.

---

[1] Vgl. Br. 625 S. 308 Anm. 1.

[2] Das Registrum subsidii führt (S. 88) mehrere Vicareien an dieser Kapelle auf.

[3] Also nicht zu Bologna, wie von Kampschulte (I. 76), Strauss (30), Krause (I. 33) u. a. behauptet worden.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/318

Heri Sturtiades[1] abiit rebus suis omnibus aut venditis aut proscriptis. Abiit vero, non secessit in antiquam patriam Montem Annae inde quoque brevi migraturus in Valles Ioachimicas, ubi myropolium instituit tota Germania, non ibi tantum celeberrimum futurum, in cuius instauratione iam duo milia impendit impensurus etiam plura, me quoque brevi eo vocaturus, ut simplicium et confectionum — sic loquimur — doses ac dispensationes cognoscens addiscam res ad πράξιν istam nostram maxime necessarias. Indeque in aliquod gymnasium pro sumendis titulis secedam.[2] Hęc ad te breviter de rebus et consiliis nostris scripsi, simul ut et tibi scribendi argumentum iamdudum cessanti subministrarem et mearum quoque literarum apud te raritatem aliqua ratione sarcirem, si excusare non possem, id quod posse plane diffidebam. Sturtiades, ut eo redeam, offensus civilibus discordiis ac publicis tumultibus etiam rebus scholę semper in deterius abeuntibus[3] ex nido[4] iam multis adminiculis fulto evolavit.[a] Domum reliquit pulcherrime[b] ędificatam, agros, hortos, vineas, reditus, quę omnia vel vendidit, ut dixi, vel venalia proscripsit. Bibliothecam et uxorem utramque pręgnantem secum abstulit. Dii servent nobis patronum optime merentem, non de nobis modo, sed et de universo studiosorum ordine, tui amantissimum cumprimisque eruditionem istam tuam eximiam et virtutes summas admirantem. Multam indictam populatoribus[5] vestris nos hic gaudemus et gratulamur nobis vobisque. Pertinebit hoc exemplum ad reliquos idem conaturos, ne tam praecipiti amentia sese deinceps eant perditum. Et imminet profecto horum temporum mutatio, haud quaquam diuturnum esse potest, quod a malis principiis profectum est consilium. Tuam constantiam in his periculis, imo in hac communi Germanię stultitia omnes boni admirantur, nos in coelum laudibus tollimus, quoties sermo de te incidit, incidit autem saepe in familiari-

[a] *Tz* evolarit. [b] *Tz* pulcerrime.

---

[1] Vgl. über ihn Br. 619 S. 296 Anm. 4. Er hatte bereits im März 1525 Erfurt verlassen, muss also nach diesem Briefe mittlerweile auf kurze Zeit zurückgekehrt sein. Vgl. dagegen Krause. E. Hessus I. 398.

[2] Ueber die medizinischen Studien des Hessus vgl. Br. 617 und 619. Die von ihm geplante Uebersiedlung nach Joachimsthal und später nach einer Universitätsstadt zur Erlangung der Doktorwürde kam nicht zu Stande. Vgl. Krause. E. Hessus I. 398—399.

[3] Vgl. Kampschulte. Die Universität Erfurt II. S. 223—227.

[4] Sturz wohnte in dem Hause zur Engelsburg, das einst des Hessus Schwiegervater besessen hatte. Nach Krause. E. Hessus I, 238.

[5] Vgl. Br. 625.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/319

bus vel symposiis vel aliis congressibus. Megabacho[1] dabis viaticum, id est, literarum aliquid ad viam, nosti vero viam, in quem ludebas, cum ego via satis difficili a via ad te divertissem, nec in via equum, ut via erat pollicita, reperissem. Sed pecco in grammatica, qui viam nescio masculum esse, non foeminam, verum tu hanc viam et hunc[2] viam primus ostendisti, ad quem si scribes, me quoque commenda. Nam mihi supervacuum videbatur toties me ipsum meam causam semper apud[a] eundem agere, quamvis id quidem satis contemptim et subiratus isti Scyticae barbariei facere soleam. Quid enim spei, ubi, nisi vehementer fueris ineptus, haud facile apud ineptissimos emerseris. Sed haec in aurem tibi, quanquam Megabacho communicare tuto potes, homini et fide summa et ad celanda secreta nato, tum integro et utriusque nostrum amantissimo. Saluta Marcellum[3] tuum, imo nostrum nam et amare nos videtur et scribit eleganter ad nos, felicem te tali hero istum tantopere tuis vestigiis inhęrentem servulum vel, si mavis, libertum, credo enim id et te et ipsum malle et est id nominis tali indole dignius. Bene vale, mi charissime Rufe, et me, quod facis, constanter ama.

Erphurdię die Petri in vinculis. MDXXV.

Gedr. 1) Eob. Hessi . . . ep. fam. S. 6—7. — 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 64—66.

[a] *Tz* ad.

628. M. an Eoban Hessus. Gotha 1525. September 12.

Mut. bestärkt den Hessus in seiner über die Verkleinerer des Erasmus ausgesprochenen Meinung und kann nicht finden, dass der Dichter das Mass des Erlaubten in seinem Angriffe verletzt habe.

Mutianus Eobano Hesso S.

Rem acu tetigisti, Eobane ornatissime. Neque enim „Cherilus[4] male natis versibus“ ornat, sed deterit eorum, quos laudat, famam. Sed quid Suffeno[5] facias avaro gloriae? Aliud habere καταστροφὴ debuit ἐπινίκιον. Expende, quaeso, flexus et diverticula et superis et inferis odiosa

---

[1] „Ioannes Meckenbach de Spangenberch“, wie sein Name in der Stndentenmatrikel heisst, studierte seit Mich. 1516 in Erfurt und erlangte daselbst 1521 die Magisterwürde, worauf er Rektor der neuen Burse wurde. 1528 ging er zum Studium der Medizin nach Italien und wurde dann Leibarzt des Landgrafen von Hessen. Mit Hessus war er eng befreundet. Vgl. Krause. E. Hessus I, 234 ff.

[2] Man erfährt nicht, wohin Megabacchus damals reisen wollte.

[3] Johannnes Marcellus. Vgl. Br. 525 S. 308 Anm 2.

[4] Nach Horaz Ep. II. 1. 233. Der Name wird häufig von Mutian gebraucht, um einen Versstümper zu bezeichnen.

[5] Ein von Catull XXII. 18 erwähnter eingebildeter Dichterling, der gern fremdes Verdienst schmälerte. Auch in Br. 300 genannt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/320

et apprime importuna. Erasmo literas tantum[a] ille[1] tribuit. Quasi vero parum laborarit in re theologica Novo Testamento recognito ad graecam veritatem et veterum commentarios, ut de libellis nil dicam vero theologis et belle pumicatis. Quid multis opus? Εἰς κόρακας cum insanis illis, quorum mores et spurci et asperi, oratio vero barbara, virulenta, rabiosa. Itaque habeat sibi Cherilus sua stratagemata bonis invisa. Aut ego fallor, aut invident gloriosuli disertissimo Erasmo, cui nemo nisi improbus non favet. Tam dulcis est eruditio stylique phrasis. Scriptum est, Eobane: „μὴ φθονέοις ἀγαθῶν ἑτάροις.“ Et sic fratres sumus κατὰ τὰς γραφάς. Poeticum ingenium habes, sed sanum et honestum et heroicum. Quem tu momordisti aequo licentius? Gratulare tuae simplicitati, modestię, facundię tranquillissimę. Omnes literati te amant, carmina legunt libenter et copiam[b] atque nitorem in illis admirantur et praedicant. Quibus ego nunc adiicio, ut alias semper, candidum (quod aiunt) calculum. Bene vale. Raptim.

Pridie Idus Septembris. Gothae MDXXV.

Gedr. 1) Eob. Hessi . . . ep. fam. p. 286—287. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 71—72.

[a] *Tz* tantum literas. [b] et copiam atque ni *fehlt bei Tz.*

---

629. M. an einen Unbekannten. (Gotha (?)

Mut. kritisiert die kleinliche Art und Weise, in welcher bisweilen Dichterwerke erklärt werden und fordert den Adressaten auf, in seinem Aufspüren von Fehlern fortzufahren.

Enarratori[2] Ioannis Baptistae, vatis clarissimi in ludo literario. S. D.

Lege profusos, ita enim scripsit poeta, admirabili vir ingenenio et inprimis eloquens. Sed pressores parum diligentes errant[a] ab archetypo, quorum inscitiam multis locis, si introspexeris carmen, deprehendes. „Hanc veteres urbem“ et quae sequuntur sex versus satis sunt clari. Quid prodest inanis construendi labor? At videtur grammaticis necessarius. Mihi crede, non tam expedit quam impedit et puerorum ingenia melius aliis vacatura retardat. Fallitur, quisquis ille est, qui a verbosis commentariis latum unguem discedere nefas esse putat. Relinquat literator idoneus ista lexica vere bullatas nugas. Sola emendata

[a] *Tz* erant.

---

[1] Die eifrigen Erfurter Lutheraner, an ihrer Spitze Lange, wollten in Erasmus keinen wahren Theologen sehen, weil er sich zu sehr von rein wissenschaftlichem Interesse beherrschen lasse. Ob Lange selber oder nur einer seiner Anhänger hier gemeint ist, muss dahingestellt bleiben.

[2] Ueber den Adressaten wage ich keine Vermutung.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/321

praelectione scriptorum opera lucidius enitescunt. Baptistae[1] paraphrastes sibi scire videtur, supervacanea pueris inculcat glosemata, quae per aetatem et hebetudinem non possunt intelligere citius intellecturi poëma vatis. Nescit de tabula manum tollere, quod olim, illustris pictor Apelles[2] de pictura Protogenis dicere solebat. Nocet discentibus nimia interdum docentis diligentia. Caput expositionis est, ut brevitas obscura non sit, ne scilicet interpres interprete egeat. Tu perge, ut coepisti, et librariorum mendas emacula. Hunc hymnographum, postquam perlegeris, remitte, ut ad dominos, qui eum mihi commodarnnt, iter faciat. Cursim.

Gedr. 1) Tertius libellus fol. D 5v—D 6r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 12—13.

630. M. an einen Unbekannten. (Gotha) (?)

Mut. hat das ihm übersandte Gedicht des Callidius Drusus durchkorrigiert und beauftragt den Empfänger des Briefes, eine Antwort an den Dichter auszufertigen. Er fordert zum fleissigen Lesen auf und erörtert die Schreibweise seines Namens.

Flamini suo.

Mando tibi, ut exercendi gratia ad carmen hoc poetae Saxonici respondeas. Ego immodice laudatus non audeo par pari referre, ne quis nasutior dicat: „Mutuum[a] muli scabunt.“[3] Nolim dicas: „Silentium mihi iniunxisti, oblivisci Pythagorici instituti non debeo. Verum narras.“ Imitatus sum Horatianum[4] Quintilium: „Quintilio si quid recitares, corrige, sodes. Hoc aiebat et hoc.“ Mutanda notavi.[b] Egi[c] non inofficiosum Aristarchum pro benevolentia, qua te prosequor, iussique, ut lectionibus magis quam stylo vacares. Bene enim scribere non possumus, nisi multa et idonea lectio praecesserit. Et sane melius meretur de studiis nostris eiusmodi censura, quam errores dissimulans indulgentia. Itaque non sum autor[d] Pythagorici silentii. Crebro legendum esse praecipio, non tamen id solum et semper agendum. Stylus interim lectioni succedat. Ad rem: Scribitur Moetianus, et bene, vetusti codices habent interdum oe pro u. Testes citare nolo, ne sim in nugis curiosus. Ruffus male scribitur, unico f scribendum est. Non attingo carmen, etsi mendosum, non omnibus vigilo. Absit in alieno opere interpolandi delendique cura. Nisi te amarem, non castigarem tua. Cautissimus quisque vesanum poetam tetigisse timet.[5] Dulcis enim poetarum insania, sic inflat opinione sui, ut adhuc neminem ab in-

[a] *Tz* Mulum. [b] *Tz* novi. [c] *Tz* Ego. [d] *Tz* auctor.

1 Vgl. Br. 32 S. 45 Anm. 1.
2 Vgl. Plinius. Naturalis historia XXX. 10. 36.
3 Vgl. Erasmus, Adagia p. 266.
4 De arte poetica 438—439.
5 Nach Horaz. De arte poetica 455.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/322

eunte[a] etate viderim, qui non sibi optimus esse videretur. Sit iste Callidius Drusus[1] gallinae filius albae, sint illius carmina, si diis placet, bellariis suaviora, demus alienis erroribus veniam, ut nostris impetremus. Ne tamen inhonorata praeterfluant, resalutandus est poeta, praesertim quod Petreius noster responsionem efflagitat, homo doctus et amicus primi ordinis. Verum ut planius et uberius, quid velim, accipias, ad me continuo veni. Raptim. Mutianus.

Gedr. 1) Tertius libellus fol. D 6r — D 6v. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 13—14.

[a] *Tz* eunte.

---

631. M. an Spalatin (?) (Gotha) (?)

Mut. berichtet die Ermordung Eisenacher Scholaren.

(De caede scholasticorum ad Isennachum, dum lusum itur in nemus.[2])

Edidit[3] horrendam caedem lux proxima Martis
Isidos, ah, nimium sylva cruenta fuit.
Mira loquar: pueri grandisque scholastica turba
Non gladiis frondes, sed sibi membra putant.
Vulnera quid memorem? Homicidia quinque notantur.
Sanguinea reliqua diffugiente manu.
Turre iacent septem media de caede recepti
Semineces artus vix recreante polo.
Lanificae saevis digitis nent multa sorores
Fataque terribili singula falce metunt.

Vale et salve. Mutianus Rufus.

Gedr. 1) Libellus novus fol. H 2v. 2) Tz. S. 241.

---

632. M. an einen Landsmann. (Gotha) (?)

Mut. empfiehlt ihm Vergil zu lesen.

Baculario[4] municipi suo.

Alta cothurnati placeat tibi Musa Maronis,
Succedant Gothico verba latina sono.

---

[1] Mir nirgends woher bekannt.

[2] Wahrscheinlich Worte des ersten Herausgebers.

[3] Vielleicht gehört dieses Gedicht zu Br. 101, weil es bei Camerar unmittelbar darauf folgt. Es wäre alsdann in die Zeit zwischen 1505 und Herbst 1508 zu setzen.

[4] Diese Anrede allein genügt nicht, um auf eine bestimmte Persönlichkeit auch nur mit annähernder Wahrscheinlichkeit hinzuweisen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/323

Tabificos mordax genuinos disiice livor,
Est rudibus pueris utile vatis opus.
Dux Anchisiades rugosae verba Sybillae
Doctus ad infernas it, mihi crede, domos.
Laetior ad superos per portam vadit eburnam,
Perpetuo manes regna profunda tenent.

Gedr. 1) Tert. lib. fol. D 7 r. 2) Tz. Rel. ep. Mut. S. 15.

---

633. **(Gotha.) (?)**

(Carmen Mutiani ex Germanico proverbio expressum.[1])

Non manet aeternum placabilis aura potentum,
Aprilis crebra mobilitate nocet.
Improba fallaci garrit de pectore Thais,
Nec retinent florem lilia verna diu.
Degenerat subito sonipes feritate superbus
Ac, simul intonuit, deperit ipse canor.
Haec homines fallunt temeraria vota pusillos
Qui sapit, intrepidus constat ubique sibi.

Item.

Gewalt, gelt vnd gunst krenckt recht, ehr vnd kunst.

Acris honestatis, recti praecepta, decus, vim
Conculcant, superant, spernunt favor, aera, potentes.

Item.

Viel Hunde beissen einen.

Si canis in multos saevis violentior ursis
Incidit, extemplo sit lepus et timidus.

De eodem.

Acer et indomitos canis allatrare leones
Qui potuit, turbae dat sua terga canum.

Gedr. 1) Libellus novus fol. G 8 r. 2. Tz. S. 237 - 238.

---

[1] Wahrscheinlich Worte Camerars.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/324

Die folgenden drei Nummern können nicht mit Bestimmtheit als von Mutian herrührend angesehen werden, daher wurden sie hier eingereiht.

634. (Gotha) (?)

Auf den Anker[1] des Aldus Manutius.

In anchoram Manutianam.

Anchora fluctivagis spes certa salusque carinis,
Dum laceras iactant ventus et unda rates.
Illius Adriacus signatus imagine codex
Dignus erat nummis, lector amice, tuis.

Gedr. 1) Libellus novus fol. G 8v. 2) Tz. S. 238.

---

635. (Gotha) (?)

Gedicht auf den Tod des Philippus Beroaldus.[2]

In Philippum Beroaldum.

Philippum sopor occupat.
Doctis flebilior quis potuit mori?
Non fame nocuit sopor,
Que splendet Pario marmore tersius.

Handschriftl. F. fol. 105v zwischen Nr. 136 und 137.

---

636. M. an Herebord von der Marthen. (Gotha 1505—1512.)

Mut. übersendet Gedichte[3] verschiedener Verfasser auf den heiligen Terminus.[4]

Ad Herebordum Margaritum Leoburgium literis et imaginibus clarum ἔπαινος sacrosancti Termini: ludi literati diversorum acti exercendi ingenii gratia.

Beta.

Mensis agrorum finibus
Colonus addit limitem,
Quem gentium ius consecrans
Fixum vocavit terminum.

---

1 Der berühmte Venetianische Drucker und Gelehrte hatte einen Anker zu seinem Druckerzeichen ausgewählt.

2 Vgl. Br. 66 S. 95 Anm. 2.

3 Welche Schüler und Freunde an diesen Versen beteiligt waren, muss dahingestellt bleiben, ebenso wieviel der Meister Mutian selber dazu beigetragen.

4 Die Römer feierten den Gott Terminus am 23. Februar. Vgl. Ovid. Fasti II, 639—684.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/325

Hunc exarare non licet,
Movere sanctum est nefas,
Seu truncus asper seu rudis
Silex agros determinet.

Hunc vinitor deum colit
Foetam recludens vineam,
Clangore dum grues citant
Vitisatorem[a] Liberum.

Hunc arva culta praedicant
Aratra cum iugis equi,
Dentale, vomer, falx, bidens,
Stivae, novales, sarcula.

Hunc tesqua, silvestres specus,
Arbusta, Pan, Pales, Venus,
Silvanus et parvae casae
Colunt velut numen soli.

Hunc regna, gentes, oppida
Figunt agris ut indicem,
Nam termino plus creditur
Quam testibus gravissimis.

Tu, setiger sus, abstine
Rostrum, pedes, lumbos, caput.
Stet lege sancta terminus
Nec sentiat dentes apri.

Agros deus qui separat,
Honore festo dignus est
Choro, favo, sertis, iocis
Porco vel agno masculo.

Habet diem vigesimum
Mensis sui, quem februum
Prisci vocant Piamina,[1]
Quod festa sint purgantia.

Sextus, viator, est lapis
Ab urbe Romana, colit
Isthic fibris et frugibus
Pubes Latina Terminum.

[a] Cam. *und Tz* Vites satorem

---

[1] Vgl. Ovid. Fasti II. 19 ff.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/326

Sed nos lyrae modos tibi
Damus, pater sanctissime.
Rus creditum serves precor
Bona (deus cum sis) fide.

Hoc sufficit pro tempore,
Quo clarus Ensifer comis
Post Virginis sacrum diem,
Arcture, te videt vagum.

Tiro.

Terminus Romae veneratus olim,
Quod Iovi summo Capitolioque
Restitit, templi memorant habere
Tecta foramen.

Xenophon.

Qui non cesserat ut rudis Tonanti,
Durus quippe lapis, necessitati
Tandem terga dedit labore fessus,
Ut nobis recitant disertiores.

Ovidius.

Terminus,[1] ut veteres memorant, inventus in aede
Restitit et magno cum Iove templa tenet.
Nunc quoque se supra ne quid nisi sidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine, post illud levitas tibi libera non est,
Qua positus fueris, in statione manes.[a]
Nec tu vicino quicquam concede roganti,
Ne videare hominem praeposuisse Iovi.
Et seu vomeribus seu tu pulsabere rastris,
Clamato: „Tuus est hic ager, ille suus!“

Cornelia.

Finibus ut certis tellus regeretur, agrestes
Fertilibus campis lapides fixere. Quid ad me?
Sum catus et stomachi, non caetera numina tracto,
Relligio vexet detonsos rustica bardos.

[a] Ovid. mane.

---

[1] Die nächsten 10 Verse sind aus Ovid, Fasti II, 669—678 entlehnt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/327

Lyciscus.

Dic, qua materia sit memorabilis,
Quem, mi Beta, canis terminus an sapit?
Sum carnarius: istos lapides deos
Assis non facio, mandere[a] quis potest?

Hercules Musarum.

Termine, parva paris, pietas tibi gratior auro est,
Fruge lapis modica sextus ab urbe facit.
Dignus es, agrestes cui menstrua liba coloni
Et pueri calathis mellia serta ferant.
Tu patrius limes rixae bona verba ministras,
Dum seges in partes scinditur una duas.
Legitimo populis nisi signes limite rura,
Bacchus[b] erit dubius, litigiosa Ceres.
Pace Ceres gaudens cingit sua tempora spicis
Et decorat sanctum multa corona caput.
Pacis opus cessat, suspenso vomere moeret,
Nec decorat flavas ulla corona comas.
Flaccida calcatos pedibus negat uva liquores,
Cornigera nullus fronte racemus erit.
Pampineam sub lite mala non Evius hastam
Concutit intonsus nec bona musta dabit.
Non cyathos numerat vel amicae nomina potor,
Nec facili titubant Hennus et Elsa pede.
Ergo renidenti custos ponatur in agro,
Separet expressa qui lapis arva fide.

Gedr. 1) Lib. novus fol. G 4 r. — G 5 v. 2) *Tz* S. 230 - 233.

[a] *Tz* mandare. [b] Lib. nov. Bachus.

---

637. Eoban Hessus auf Mutian. (Nürnberg[1] 1526.)

In funere doctissimi viri Mutiani Rufi epicedion.

Si qua minus veris lachrymis ego funera flevi,
Si qua mihi in luctus ficta querela fuit,
Qualibet illa pios imitata sit arte dolores,
Forsitan et falsis fecerit esse fidem,

---

[1] Das Gedicht ist von Hessus nach dem Weggange von Erfurt nach Nürnberg verfasst worden.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/328

Nulla hic est ratio talis, non artibus istis
Conditio certe muneris huius eget.
Hic verae lachrymae, nunc veri moesta dolores
Plectra movent, vero nunc libet ore queri.
Postquam est indigno consumptus funere Rufus,
Rufus ab Hessiacis notus ad astra iugis,
Ponite lugentes ridentia carmina, Musae,
Sumite luctificae tristia plectra lyrae.
Ecce iacet vestra lachrymabile corpus in umbra,
Non alio potuit mortuus ille rapi.
Ultima clausistis morientis lumina Rufi,
Inter enim vestras occidit ille manus.
Hei mihi, quod quam vos animis dare saepi soletis
Corporibus vitam non datis esse diu.
Ire libet nemora et saltus peragrare locosque,
Omnia quae Rufo nota fuere meo;
In quibus ipse olim vivus cantare solebat
Carmina fatales saepe morata manus.
Carmina, quae certe tunc, cum moreretur, ab illo
Traxerat irata saevus Apollo manu.
Vos quoque tunc habuit regio diversa nec ullam
Tunc misero vestra voce tulistis opem.
Spargite inane viri corpus lustralibus undis,
Exangues liquido rore lavate genas.
Sed nec opus vobis deferre cadaver ad undas
Nec vitreas puri quaerere fontis aquas.
Nostra dabunt riguos lachrymarum lumina fontes
Ex nostris oculis Phocidos unda fluet.
Flere libet, quali doctum flevisse Biona
Carmine Trinacrius creditur ante senex.
Tristia lugentes suspiria ducite, sylvae,
Qualescunque vident Hessidos arva plagae.
Nunc, nemora et saltus, miseris ululate querelis,
Nunc lachrymas habeat quaelibet herba suas.
Tristibus heu, moesti flores, spirate corymbis,
Lugubribus iaceant lilia mista rosis.
Nunc, Hiacynthe, sonet tua littera, scilicet ai ai,
Non tamen ista satis plena querela fuit.
Ergo notas folio plures inscribe rubenti,
Longius ut possit littera scripta queri.
Occidit indigno sublatus funere Rufus,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/329

Rufus ab Hessiacis notus ad astra iugis.
Lusciniae densa foliorum in fronde querentes,
Fundite flebilibus carmina moesta sonis.
Dicite lugenti patriae ccidisse poetam,
Lumine quo casso mortua Musa iacet.
Hessiaci nunc flete ad aquas lugubria cygni,
Gutturibus fractis clangite triste melos.
Dulce tamen, quale ipse melos cantare solebat,
Cum libuit querula ducere saxa cheli.
Dicite lugenti patriae, narrate poetis,
Quos nemorum sylvis Hessia dives habet.
Interiit fatis crudelibus Hessicus Orpheus,
Musarum, patriae gloria Rufus erat.
Rufe per Hessiacos quondam notissime colles,
Quis tua flere satis funera moesta queat?
Ipse tuam mortem flavus deflevit Apollo,
Odit et irata spicula sumpta manu.
Lanificae corpus videre exangue sorores,
Cum sic audita est de tribus una loqui:
„Quis malus hic nostris obrepsit legibus error?
Cur non hic vires nos habuisse pudet?
Nos tamen invitae fatalia stamina Rufo
Rupimus, heu nostra non reparanda manu.
Quod nisi nostra loco non possent iura moveri,
Certum erat huic vitam restituisse viro“
Dixit et obducto siccabat lumina peplo,
Nec reliquae lachrymas continuere duae.
Ponite lugentes ridentia carmina Musae,
Sumite luctificae tristia plectra lyrae.
Occidit indigno sublatus funere Rufus,
Rufus ab Hessiacis notus ad astra iugis.
Flumina nunc moerent quaecunque per Hessida terram,
Nunc tandem gravibus plena feruntur aquis.
Flumina linquentes tristantur Naiades udae,
Omnis et in lachrymas unda soluta fluit.
Pene suos retro tulit aurifer Aedera cursus,
Mortis ut audivit nuncia, Rufe, tuae,
Tardior assueto piscosus Fulda fluebat,
Vitreus informi Verra stupebat aqua.
Tristia nec rapidum latuerunt fata Visurgim,
Tunc visum nullas transposuisse rates.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/330

Attonito Lanus vada miscuit anxia Rheno,
Vorticibus tacitis luridus Homa stetit,
Et quae praeterea pulcherrima flumina circum-
Hessiades Musae Naiadesque colunt.
Flerunt intonsi petrosa cacumina montes,
Humor aquae siccis fluxit Oreadibus.
Ipsa tuos cantus scopulosa per avia quaerit,
Et reliquis echo vocibus icta silet.
Moesta dolet, quoniam tibi non respondeat echo,
Rufe, tuo ablato carmine certa mori.
Morte tua sterilis facta et sine frondibus arbor
Aruit, et florum languit omne decus.
Quas tu olim volucres cantu oblectare solebas
Nulla sub arborea carmina fronde canunt.
Ponite lugentes ridentia carmina, Musae,
Sumite luctificae tristia plectra lyrae.
Non tantum aequoreis Delphin lugebat in undis,
Non tantum Ismarium Daulias ales Itim,
Non tantum Halcyone luxit Ceyca peremptum,
Non tantum in vacuis flevit hyrundo iugis.
Non sic ingemuit glaucis in fluctibus olim
Pacifer aequoreas Cerylus inter aves,
Non adeo flerunt volucres ad busta volantes
Memnonis in gelidis vallibus, Eure, tuis,
Quantum omnes lugent tua tristia funera, Rufe,
Rufe deum laevo numine iusse mori.
Quae tibi contulerant faciles pulcherrimae Musae
Munera, morte tua mortua, Rufe, iacent.
Multae urbes flevere suos ceu numina vates,
Nobilis arx patriae te gemit alta tuae.
Non sic Ascra suum flevit petrosa poetam,
Non sic Pindaricas Helladis ora fides,
Non sic Alcaei nec doctae carmina Sapphus
Flevit in Ionia cognita Lesbos aqua,
Non sic parva suum ploravit Cea poetam,
Non sic Archilochum marmore nixa Paros.
Carminibus quicunque valent et voce poetae,
Deplorant mortis tristia fata tuae.
Te prior aethereas abiens Huttenus[1] ad arces

[1] Hutten starb an einem der letzten Tage des August oder am 1. September 1524. Vgl. Strauss. U. Hutten S. 533.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/331

Lugebat mortis fata futura tuae.
Nunc quoque credibile est ipsum in regionibus illis
Te canere et vitam deseruisse queri.
Plorat adhuc brevibus plectris tua funera Cordus,[1]
Cordus honor patriae deliciumque suae.
Te gemit ad liquidi viridantia littora Moeni
Micyllus[2] Clarium tangere doctus ebur.

---

[1] Cordus lebte bei Mutians Tode als Arzt in Braunschweig und siedelte 1527 von dort nach Marburg über.

[2] Jacob Micyllus aus Strassburg, ein Schüler und später intimer Freund des E. Hessus, hat sich als Dichter einen Namen gemacht. Mutian lernte ihn erst in seinen letzten Lebensjahren kennen. Vgl. Krause. E. Hessus S. I, 230 ff. In dem Hodoeporicon feierte ihn Micyllus mit folgenden Worten:

Hic tandem fortuna dedit mihi cernere Rufum,
Rufum, quo non vir dignior alter erat.
Unus qui studio per longos contulit annos,
Quidquid habet Latium, Graecia quidquid habet.
Non erat huic lingua quisquam nec voce secundus,
Dictaque ceu magnis imbribus acta dabat.
Praecipue quoties Musas laudemque sororum
Et reparatarum dona canebat opum.
Augusto quodam spirabant numine vultus,
Ipsaque consuerant ora referre Deum.
Ex alto quoties se demisisset Olympo
Latona aut Maia natus uterque Iove
Ireque in humano voluissent corpore divi,
Corporibus divos talibus isse puto.
Sic erat effigiesque viri corpusque decorum,
Cum nondum abstulerat Parca maligna diem.
Nunc levis umbra volat, defunctum Musa Venusque
Et positis luget Gratia pulchra comis.
Ac tegitur modico pectus venerabile saxo,
Quod quondam ut caperet, vix satis orbis erat.
Heu noster, sic te superi voluere peremptum
Et tutum a nostri temporis ire malis
Nec tua foelicis, quae sunt post fata secuta,
Cernere fraterna praelia serta manu.
Illa tamen restant multos quaesita per annos
Gloria et e studiis fama parata bonis,
Fama ea, quae Scythici contemnat frigora ponti
Nec metuat saevi flammea tela Iovis.
Cumque ruant urbes, pereant immania regna
Longaque consumat moenia celsa dies:
Illa tamen vivit, quae sola atque una superstes
Durat in aeternos non moritura dies.

Gedr. 1) Iacobi Micylli Argentoratensis Sylvarum libri quinque. 1564. 8° p. 209—10. 2) *Tz in der Vorrede zum Briefwechsel Mutians, doch sehr fehlerhaft.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/332

Te meus ad Pegnesiacam Camerarius[1] urbem
Conqueritur faciles non habuisse deos.
Musa nec Ebneri[2] reticet iuvenilis Erasmi
Fata satis vitae non tribuisse tuae.
Carmina morte tua tam tristia concinit Hacus[3]
Dulcia quam moriens guttura fractus olor.
Carmine et ore virens luget tua fata Sabinus,[4]
Qua trahit illimes Albis avarus aquas.
Ipse quibus lachrymis, quo te fleat ore Philippus,[5]
Non facile expediat Pieris ulla tibi.
Velius[6] extinctum lepido te carmine luget.
Summa Silesiados Velius aura plagae.
Lauriger Helvetiis te Glarea[7] luget in oris,
Brassica[8] te tristi deflet uterque lyra.
Quid referam, quanto suavis te cantet Ionas
Carmine, cum libuit voce lyraque potens.
Quos tibi dilectus quondam Spalatinus honores
Exhibeat moesto carmine, nemo rogat.
Ille suas de te noctesque diesque querelas.
Ingeminat nunquam non memor ille tui.
Verum ego Noridibus[9] quae nunc tibi solvo camoenis
Carmina sera quidem, sed tamen apta feres.
Haec ego nunc Musis pro te fero carmina, Rufe,
Ante sepulchralis condita busta rogi.
Sumite lugentes plorantia carmina, Musae,
Et date venturo tempore posse legi.
Tu quoque, si qua super mens est de funere tali,
Rufe, fer haec animi munera grata mei

---

1 Vgl. über ihn Br. 606 S. 284 Anm. 5. Er lebte seit 1526 in Nürnberg.

2 Der Dichter Erasmus Ebner aus Nürnberg studierte damals in Wittenberg und wurde später Ratsherr in seiner Vaterstadt. Vgl. Krause II. S. 55.

3 Vgl. Br. 578 S. 244 Anm. 5.

4 Georg Sabinus aus Brandenburg lag zur Zeit der Abfassung dieses Gedichtes noch den Studien in Wittenberg ob, hatte aber bereits sein Talent als Dichter erprobt. Vgl. Krause II. S. 54 ff.

5 Melanchthon.

6 Ursinus Velius Suidnicensis. Nach Böcking. Hutt. op II. p. 358.

7 Henricus Glareanus. Vgl. Br. 294 S. 382 Anm. 7.

8 Iohannes Alexander Brassicanus, zu deutsch Kohlburger, ein hervorragender Wiener Humanist, war der Sohn des Johann Brassicanus, der einst in Tübingen Lehrer Melanchthons gewesen. Hessus hatte ihn (nach Krause II 55) durch Vermittlung Martin Hunes kennen lernen.

9 Hessus war im Frühjahr 1526 nach Nürnberg übergesiedelt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/333

Sicut enim, cum dulcis adhuc te vita teneret,
Semper eras nostri maxima fama chori,
Sic, tua nunc postquam dulcis te vita reliquit,
Perpetuo memores nos decet esse tui.
Nam quis te gravior? Quis te constantior unquam
Dulcis amicitiae iura tenere fuit?
Quis Musas potuit fovisse benignior hospes?
Teutonides Musae quem coluere magis?
Atque hoc ut nimium fuerit, num iure rogemus,
Aederides Musae quem coluere magis?
Me quem nascentem primum vagus Aedera vidit,
Nullius ingenii movit imago magis.
Heu pudet et dolor est nemora amplius illa videre,
In quibus est vitae fixa tabella tuae.
Heu domus, heu culti tandem sine floribus horti,
Quis vos successor dignus habere potest?
Quis nunc vos placidae studiorum possidet umbrae,
In quibus ingenii nobilis ara stetit?
Quam mihi grata fuit blando domus illa recessu;
Tam nunc ingrata est lumine cassa suo.
Quam Gotha vicinis residens in collibus Hesso,
Tam quoque nunc longe dissita visa mihi est.
Illa mihi hyberno vernabat sydere tellus,
Quae Musas tenuit, Rufe beate, tuas.
Nunc hyemant illi verno mihi sydere colles,
In quibus idem olim maxima turris eras.
Donec in hiis istam tenuisti sedibus arcem,
Foelicis fuerant aurea rura Gothae.
Postquam tranquillam non incolis amplius arcem,
Frigescunt sterilis sordida rura Gothae.
Ocia ducebas vitae tranquilla beatae,
Nec Venus in partes venerat ulla tuas.
Sancta salutifero psaliebas iubila Christo,
Nulla tibi strepitus cura forensis erat.
Simplicis et veri fueras candoris amator,
In tua non venit pectora livor iners.
Omnes ingenua doctos pietate colebas,
Tam sub te positos quam tibi, Rufe, pares.
Et quanquam fortuna tuis virtutibus esset
Invida, fortunam vincere doctus eras.
Cuncta habuisse tuis tua te communia amicis,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/334

Non uni tantum res ea nota mihi est.
Quid referam, quod eras claris natalibus ortus,
Per te est nobilior Mutia facta domus.
Tot bona, tot laudes, tot in unum munera pectus
Condita mors avida traxit acerba manu,
Et plures alios potuisti vivere in annos,
Non fuerant vitae languida fila tuae.
Vix tibi lustra decem rigidae clausere sorores,
Iam nova nix capiti coeperat esse tuo,
Et vigor in membris et adhuc iuvenile vigebat,
Robur et infracto pectore firmus eras.
Invidit Nemesis, durae invidere sorores,
Credo nimis veritae vivere posse diu.
Cumque tot annorum transisses limina Iani,
Pene senex retrahi visus es ante diem.
Verum age lugubres sistamus, Musa, querelas,
Nil prodest miseris tristia verba loqui.
Tu mihi salve, animis intersite Rufe beatis,
Nunc quoque pars animi maxima, Rufe, mei.
Moenia flammantis transcenderis aurea mundi,
Nec tua tartareis exulet umbra plagis.
Quoque iaces viridi sub cespite, Rufe, sepultus,
Aurea pro spinis semper amoma ferat.

Gedr. 1) Illustrium ac clarorum | aliquot virorum memoriae | scripta Epicedia per Helium Eobanum Hessum . Epitaphia. Epigrammata composita | ab Ioachimo Camerario Bombergensi. Norimbergae apud Friderichum Peypus. | Anno salutis MDXXXI. fol B 4v - B 8v. — 2) Operum Helii Eobani Hessi farragines 1539. fol. 155—166. 3) *Dasselbe.* 1549. 4) *Dasselbe* 1564. p. 290 ff. 5) Periandri Germania. Frankfurt 1567. p. 121 ff. 6) Tz. Rel. ep. Mut. S. 82—90. 7) Hutt. op. ed. Böcking II, S. 357—358 *von Vers* 123—154. *Unser Text ist nach Druck 1 gegeben.*

---

638. Stigelius[1] auf Mutian. (Gotha?) ?

Epitaphium auf Mutian.

Hac tumulatus humo Rufus post fata quiesco,
Ardua qui clarum nomen ad astra tuli.
Prima mihi tenerae dedit incunabula vitae

[1] Ein spezieller Landsmann Mutians, Johann Stigel aus Gotha, der in Wittenberg studiert und später in Jena gelebt hat. Vgl. Krause. E. Hessus II, S. 222. In dem Briefe an Camerarius, (vom 19. Sept. 1542), woraus das Epitaphium entnommen, findet sich folgende Stelle über Mutian: Mutiani nomen celebre iam puer sum admiratus unice, de quo quidem audivi permulta cognitu

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/335

Hessia[a] fertilibus terra recincta iugis.
Cum mihi adhuc viridi vernaret flore iuventus,
Nec tegeret flavas hispida barba genas,
Ingenuas colui Musis ducentibns artes
Deditus et studiis nocte dieque fui.
Hinc didici rerum varias cognoscere causas,
Quasque parit miras terra fretumque vices.
Interdum versus et blanda poemata finxi,
Qualia Virgilium nemo probasse neget
Cumque mihi vires provectior adderet aetas,
Cura mihi leges noscere iuris erat.
Sed mihi cum Musis et caris[b] vivere amicis
Plus placuit trepida quam fora lite sequi.
Omnia nam quoniam stulte transire videbam,
Non sitii tituli nomina magna mei.
Aulas praecipue fugi, quia fulmen ab aulis
Et fortuna piis saepe sinistra venit.
Aurea me blandi fovit clementia coeli,
Qua iacet uberibus Gotha beata iugis.
Hic ego traduxi tranquillae tempora pacis,
Hic mihi pax vere vita beata fuit,
Invida me donec caro mors abstulit aevo
Et mea sub viridi condidit ossa solo.
Quam bene nunc recubo florentibus obsitus herbis,
Hoc mihi perpetui nominis omen erit.

Gedr. 1) Narratio de H. Eobano comprehendens mentionem de compluribus illius aetatis doctis et eruditis viris composita a Ioachimo Camerario Papebergensi. Epistolae Eobani Hessi ad Camerarium et alios quosdam, familiari in genere, cum lepidae ae facetae, tum eruditae et literatae. Cum quibusdam Camerarii et aliorum scriptis, quorum nihil ante hunc diem ad hunc modum editum fuit. Exprimebantur haec Norimbergae a Ioanno Montano et Ulrico Neubero. Anno salutiferi Christi Iesu partis MDLIII. 8°. fol. 65 v — 66 r. *in dem Briefe des* Stigelius *an* Camerar. — 2) Adami vitae Germanorum iuris consultorum. Haidelb. 1620. S. 28. — 3) *Tz.* S. 2—3. *Nach Tz.* Rel. ep. Mut. S. 95, *findet sich das* Epitaphium *auch* „in poematum Stigelii editione a Iobo Fincelio adornata." *Dieselbe ist mir nicht zu Gesicht gekommen.*

[a] *Tz* Hassia. [b] *Tz* charis.

---

atque imitatione digna, quae successu temporis publica perturbatio mihi exemit e memoria aut ita pervertit, ut res quidem aliquas commemorare possim, ordinem tamen et modum amiserim. Memini me puerum epitaphio complexum fuisse eius laudem. Id subscripsi, ut legeres etc.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/336

Nachträge.

639. Thomas Wolf an Mutian. Strassburg 1504. Dezember 13.

Wolf kann nicht aus den Lehren der Philosophen Trost in seinem Schmerze über den Verlust des Bruders schöpfen, wie es Mutian so trefflich in gleicher Lage verstanden; er sei vielmehr durch den erschütternden Todesfall plötzlich ein Greis geworden.

Thomas Vuolphius[1] iunior, Decretorum doctor, Mutiano Rufo. S. P. D.

Epistolam[2] tuam de obitu fratris[3] tui legi. In ea vidi, id quod est, Mutianum sine controversia esse philosophum maximum et oratorem maximum. Ex philosophorum scholis et graphice et diserte multa affers, quę non mediocriter faciant ad mitigandos dolores animique passiones propellendas. Fortuna acerba et iniqua eodem vultu, truci dico et minaci nos respexit. Ego enim eodem pene tempore, quo ereptus est frater tuus, meum quoque amisi fratrem,[4] qui et ipse iure consultus fuit, homo ingenii vivacis et qui neminem in omni vita leserit etiam lacessitus. Mira fuit in eo liberalitas, mira probitas. Cuiusdam hominis malivoli perfidia ductus est in melancoliam. Ex ea incidit morbum intercutis aquę, quo deinde acerbissime raptus est. Dicunt ita periisse Ephesium Heraclitum philosophum, ut scis, famigeratum et inclitum. Non potui aliquo pacto me ipsum his consolari, quę philosophi de perferendis adversitatibus perscribunt. Ego (non pudet fateri) ex singultu et doloribus mutatus sum, non tamen in saxum aut statuam, ut Nioben fabulantur, mutatus tamen sum ex iuvene hilari et leto factus senex moestus et querulus; nam qui XXX ętatis annum[5] nondum complevi, apareo annosior ipso Nestore. Profecto non tam ann

---

1 Vgl. Br. 8 S. 12 Anm. 3.
2 Der Brief ist nicht erhalten.
3 Der hessische Kanzler. Vgl. Br. 3 S. 6 Anm 2.
4 Mit Namen Amandus. Er starb am 20. August 1504. Nach Ch. Schmidt. Histoire littéraire de l'Alsace. Paris 1879. 2 Bde. Bd. II, S. 74.
5 Er war 1475 geboren.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/337

quam anxietates senectutem afferunt. Itaque si istuc venero, videbis Thomam senem, immo decrepitum, canum, calvum, ędentulum, mucco[a] et pedore magis deformem quam auro et argento onustum. Vale.

Argentinę. Cursim ex ędibus nostris Idibus Deeembris. Anno MDIIII.

Gedr. Ioannes Garson | de miseria humana. | Ioannes Grüninger quarto Nonas Martii anno | M. D. V. Argentine imprimebat. 20 Bl. 4⁰ fol. C 6v — C 7r. *Am Schlusse befinden sich Trostbriefe und Gedichte an Th. Wolf aus Veranlassung des Hinscheidens seines Bruders. (Das Werk von Ch. Schmidt, worin Bd II S 58—86 und 397 über Leben und Schriften des Th. Wolf gehandelt wird und obiger Druck vermerkt steht, kam mir erst zu Gesicht, als meine Ausgabe der Mutianbriefe sich bereits unter der Presse befand. Es konnte daher dieser und die beiden folgenden Briefe erst hier gegeben werden.)*

[a] mucro *im Druck.*

---

640. M. an Thomas Wolf. Gotha 1504. Dezember 30.

Mut. sucht sich und seinen Freund über den Verlust des Bruders zu trösten und meldet, wie sein jüngster Brief auch in Spalatin einen Bewunderer gefunden. Er habe in den letzten Tagen viel Zeit auf die Erfüllung seiner priesterlichen Obliegenheiten verwenden müssen, seine Mussestunden fülle er mit Lesen aus.

Mutianus Rufus antiquarius, Decretorum doctor, Thomę Vuolphio. S. D. P.

Inepte pręcamur, ut multos det Iupiter annos. Melius Socrates, qui nihil ultra petendum a diis arbitrabatur, quam ut bona tribuerent. Hoc utar ego Socratico breviario. Eodem usos puto fratres[1] nostros et ob id mortem, profecto rem minime malam, impetrasse, sive ad campos Elysios sive ad Iovis aulam sive ad ęternam requiem proficiscamur. Nam qui de inferis parum lęta narrant, poetico nituntur auspitio. Sed pie credendum est cęlites demum bene nosse, quid cuique sit utile, eum vero sapientem esse, qui se illorum permittat arbitrio. Itaque non est, ut propter extinctos germanos in saxum velut olim Niobe liberis suis orbata vertamur. Quod si citius, quam opinamur, consenuisse appareat, formosior est tamen hęc intempestiva senectus tua speciosissima Alcibiadis iuventute. Viget enim nomen tuum, spirat ingenium, floret eruditio, quę tam late divagatur, ut digna sęculis et nullum ęvi telum pertimescere videatur. Mihi quidem fulgor illius quum alias tum maxime in litteris tuis novissimis apparuit. Deus bone, quanta urbanitate, quantis sententiarum luminibus eas refersisti! Quo accepi tempore, fuit mecum Spalatinus, probus et litteratus iuvenis, qui nostras hasce me dictante conscribit, Spalatinus, inquam, ut tuas per-

---

[1] Vgl. den vorigen Brief, auf welchen dieser die Antwort ist.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/338

legit, felicitatem tibi precatus mirificis laudibus te decorandum esse censuit habendumque in numero doctissimorum. Expectas forsan, mi Thoma, ut de me rebusque meis perscribam. Obtemperandum est tibi amico rarissimo et amantissimo Mutiani. His proximis diebus assiduus fui in pompis, sacrificiis et spectaculis ecclesiasticis. Salvatoris Bethlehemitę natalem et cerimonias quam reverentissime celebravi, insequentem vero diem primo testi Christianorum consecratum propter coronę reverentiam non minus religiose. Stephanos enim gręce apud nos corona dicitur, quod etiam libro octavo Philostratus[1] ponit de Stephano Domitiani interfectore mentionem faciens. Constat autem nos initiatos et esse et dici coronatos, quanquam monachorum calvicium ita fiat, ut circum tempora crinitam coronam expressius designet quam canonicorum. Quotus[a] enim quisque nostrum est, qui non sit more modoque Pytagorico capillatus? Sed utrumque veneratus sum ipse in Stephani nomine, coronam et ordinem sacerdotalem. Nudius tertius Ioanni, quem Zebedei filium dicunt, libavi[b] ad mensam meam dulcia pocula, ut illis potissimum satisfacerem, qui hodie Bachanalia amore Ioannis colunt. Nam plura adhuc retinet vera pietas, quę semina viderentur esse religionis antiquę et ritus ethnicorum. Verum de hoc alias. Heri, quando tua reddebatur epistola, disputavimus una prędictus Spalatinus et ego (est enim acer et diligens investigator rei latinę), hodie idem, quod heri. Cras a nobis discedet, post cuius abitionem me, quod frequentissime fit, lectionibus involvam et silentio. Tu, Thoma mi suavis, quid agas et quomodo valeas, stilo verbosius explica et cura valetudinem[c] diligentissime.

Ex Gotha tertio Calendas Ianuarii. Anno huius sęculi quinto.[d]

Gedr. Ioannes Garson de miseria hnmana. fol. C 7r — C 8r. *Näheres über den Druck vgl. in der Anmerkung zum vorigen Briefe.*

[a] Druck Quottus. [b] Dr. libani. [c] Dr. vaietudinem. [d] qninto.

---

641. Spalatin an Mutian. Georgenthal 1506. September 18.

Spalatin widmet dem Mutian die Erklärung des 33. Psalmes, welche Thomas Wolf verfasst und Herebord von der Marthen von Strassburg mitgebracht hat. Ein besonderes Lob des Verfassers und seiner Schrift hält er für überflüssig.

Georgius Spalatinus Mutiano Rufo S. P. D.

Libet Horacio[1] succinere, Mutiane, doctor humanissime: „Castis cum pueris ignara puella mariti disceret, unde preces, vatem ni Musa dedisset.“ Hos versus in laudem Davidici poematis iure recitare et

---

[1] Leben des Apollonius von Tyana c. 25. [2] Epistolae II, 1. 132 — 133.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/339

merito quidem possum. Nam sive vota nuncupent et persolvant sive lugeant vita functos sive Deum unicum praedicent Christiani: psalterium tanti regis ac prophetae semper tractare solent, ut de ipso sapienter pronuntiaveris: „Carmine dii superi placantur, carmine manes.“[1] Extant in psalmos et graeci et latini commentarii. Alius nimis perplexe et circumcise atque adeo obscure scribit, alii sunt plus nimio verbosiores et diffusi. Thomas vero Vuolphius iunior, iureconsultus et orator, vir elegantis ingenii, multiplicis et exquisitae doctrinae atque in explicando, quae senciat,[2] mirae facilitatis et gratiae, psalmum ordine tricesimum tercium dilucide et breviter exposuit[3] imitatus, arbitror, sanctum Hilarium,[4] cuius eloquentiam laudant eruditi. Hic est ille Thomas, qui puer olim Erphordiae[5] sub optimis litterarum professoribus ita profecit, ut inter aequales conspicuus haberetur et esset quasi eximius, dein Bononiae et Romae vel ipsos praeceptores quamlibet egregios aequaret omnino latina facundia. Testis est Philippus Beroaldus,[6] homo litteratissimus, qui Thomam utpote bonum discipulum ornavit amplissimo testimonio, non viva voce tantum, sed etiam scripto durabili. Testis es et tu, Mutiane, vir acerrimi iudicii. Neque enim sine causa dignus erat, qui tibi carus esset. Herebordus quoque Margaritus testis est, iuvenis eruditus et nobilis, quanta sit Thomae gloria apud omneis homines bene sencientes de rectis studiis. Is enim nuper ex Argentina, ubi abhinc annum perculsus metu pestilenciae desedit, ad patriam et suos reveniens obtulit mihi praeclaram narrationem[7] cum insigni laudum praeconio. Eam traditurus magistris, qui formis libros excudunt, cupiebat, ut et opus et scriptorem lectoribus commendarem, id quod ego supervacuum esse censui, quum absolutissimi voluminis pulchritudo satis emineat et praestantissimus autor sua sibi lucubratione plus verae laudis meruerit, quam aut epistolaris mensura capiat aut ipse possim verbis consequi. Ad te vero libellum hunc mitto, eruditissime Mutiane, ut amici munere gaudeas. Placiturum tibi certum scio. Habet enim te nostrum hoc saeculum velut alterum Maecenatem, qui Varronis et

---

[1] Horaz, Epist. II. 1. 138.

[2] Die Schreibweise von senciat tadelt Mutian in Br. 66. S. 93. Danach ist die Anmerkung zu jener Stelle zu verbessern.

[3] Vgl. Br. 66 S. 93 Anm. 5 und Ch. Schmidt. Hist. litt. II, S. 79.

[4] Hilarius von Poitiers hat einen Psalmenkommentar verfasst.

[5] Er ist identisch mit dem Ostern 1488 in die Studentenmatrikel eingetragenen „Thomas Wolff de Egkwolczem.“ Gleichzeitig mit ihm wurde sein Bruder Amandus immatrikuliert.

[6] Mutian und Wolf waren zur selben Zeit seine Schüler.

[7] Vgl. Br. 81 S. 121 Anm. 2. In die dortige Lücke gehören die Worte: Hervordus Margaritus Leoburgius non tam genere quam scientia insignis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/340

Plinii vestigiis insistens[1] non solum divini et humani iuris ac tocius antiquitatis consultissimus es, sed rei quoque literariae libenter patrocinaris et probis atque doctis viris unice faves. Vale.

Ex Vallibus Georgianis XIIII Calendas Octobres MDVI.

Gedr. Thomae Vuolphii Iunioris in Psalmum XXXIII expositio. Erphurdiae 1507 18 Bl. 4°. *Abgedruckt nach Krause, Briefwechsel des Mutianus Rufus. 1884. S. 630 - 631*

---

642. Eoban Hessus an Mutian. Erfurt 1508. August 26.

Hessus bittet den Mutian um seinen Beistand in dem schweren Werke der Aussöhnung des Herebord von der Marthen mit seinem Vater und erzählt, wie es mit dem neulichen Geschenke ergangen.

Mutiano Rufo integerrime vitę, Decretorum doctori.

S. d. p. Quid egerimus, quid sentiat Gerlacus,[2] quid perinde agendum sit, Crotus[3] exposuit. Tenes omnia, superflua dictione non est opus. Scribendum tibi ad Martinum[4] est ex ea causa, quam proponit Rubianus. Placet Hereborđo, placeret magis, si ipse adesse posses, ut te preside coram offenso patre revocatus filius[5] innocentiam suam peculiaris ordinis amicis comitantibus defensaret. Hoc idem Gerlacus exoptat. Non audebat te sollicitare Crotus utpote homo undequaque circumspectus et cautus et mihi tanquam audaculo, ut te paulo severius adpellarem, persuasit. Si fieri potest, non sit tibi grave hoc officii pro salute nostra suscipere. Si vero omnino fieri non potest, rescribe, ut nunciemus Gerlaco Margarito voluntatem patris nostri Mutiani. Intelligis, quid dicat audaculus Hessus. Tu boni consule, quicquid ex imprudentia nostra dicimus. Dii boni, Mutiane, quam ridiculum ludimagistrum[6] discipulis suis cum tabula dierum selectarum satis ponderosa et abiegno scipione transmisisti. Mox ut secundam Erphordie portam intramus, occurrit nobis Georgius Hennebergius[7] comes et ‘„Hesse,“ inquit, „quid portas?“ Tum ego „Munus Mutiani,“ inquam, „poeticam tabulam.“ Ille ratus novam syllabarum dimensionem inibi contineri Croto hec uno spiritu denunciat. Crotus properanter se ad Angelicas[8] edes confert et ad primum conspectum „Salvus,“ inquit

---

[1] Vgl. Br. 164 S. 235.

[2] Der Bruder Herebords von der Marthen. Vgl. Br. 229 S. 307 Anm. 7.

[3] Er weilte damals als Erzieher zweier Grafen von Henneberg in Erfurt, Ueber das frühste Vorkommen des Namens Crotus vgl. Br. 76 S. 112 Anm. 1.

[4] Martinus von der Marthen. Vgl. Br. 117 S. 161 Anm. 2.

[5] Vgl. Br. 115 S. 156 Anm. 5.

[6] Hessus war damals Lehrer am Erfurter Severistift.

[7] Einer der Zöglinge des Crotus Rubianus. Vgl. Br. 60 S. 78 Anm. 1.

[8] Hessus wohnte daselbst.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/341

„Hereborde, advenisti. Tu vero, Eobane, quid est, quod novi affers?“ At ego „respice,“ inquam „quid a leva habes?“ Ubi rem cognovit, coepit (ut solet) effusissime ridere. Sciscitabatur, diximus omnia. Super hec quid nobis de reditu Herebordi faciundum esset, mature et, ut solemus, valde graviter ad vesperam consultavimus. Mane expeditionem ad Gerlacum fecimus. Rem sapienter tuo iussu peregimus. Bene disposita sunt omnia. Nihil optandum nobis videtur amplius quam Mutiani presentia. Foelices nos esse duceremus, si hac nos consoltatus fueris. Vale.

VII Calendas Septembres Anno DDDVIII.

Eobanus Hessus.

Handschriftl. *Autograph der Baseler Universitätsbibliothek* sub G. I, 25 fol. 6. $^1/_2$ *Bogen. Die Schrift ist sehr flüchtig. Herr Professor Crecelius in Elberfeld war so freundlich, den Brief für mich abzuschreiben. Leider war es mir nicht möglich, diese Abschrift ebenso wie die von den beiden nächsten Briefen rechtzeitig mir zu besorgen.*

---

643. Eoban Hessus an Mutian. Erfurt 1509. März 4.

Hessus trägt dem Mutian sein Zerwürfnis mit Petrejus vor und übersendet zur Kennzeichnung desselben zwei Briefe.

Si vales,[1] bene est; ego quidem valeo. Nisi certo scirem me a te vehementer amari, Mutiane Rufe, accusarem te negligentię in scribundis ad me literis. Facit enim familiaris illa inter nos necessitudo, ut tuarum epistolarum frequentem lectionem mihi prope meo iure vendicem. Verum cum ita amici simus, ut ne alter quidem alterius in literis officium pertinaciter expostulare debeat, non multum refert, si rariores a te quam aliis literas accipio. Pepercisti hucusque lectionibus nostris apud dialecticos, a quibus quom nunc liberi simus, scribes iterum. Diis gratia, percurrimus laboriosum Labyrinthum[2] atque ita aditus interiores omnis perlustravimus, ut vel principem vel principi proximum honorem confidenter speremus. Quorsum vero hec? Aliud scripturi stilum nuper intermissum resumpsimus. Quod tu non ignoras, Mutiane humanissime, undeviginti candidatis[3] nupera dispensatione cum essem prepositus sapienterque omnia et bene egissem, quę ad id officii maxime pertinebant, Petro Aperbaccho tanquam amico etiam gratificaturus, ut me amicum ostenderem, mea diligentia feci, (quod is diu antea multis

---

[1] Der Brief hat keine äussere Adresse.

[2] Eines der gebräuchlichsten scholastischen Lehrbücher. Vgl. Br. 277 S. 364 Anm. 7.

[3] Hessus war soeben unter dem Dekanate des Caspar Gesynd zum Magister artium promoviert worden.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/342

votis postulaverat) ut ex eius myropolio saccharum emeretur decem et septem nummum auri signati. Quod cum gratissimum esset, ad celebrem feriam cum collega meo vocatus ad meridianas dapes cum Petro et eius omnibus pransus sum. Cum preterea cum eodem in cena etiam essem, mensa remota cepimus ludere cum puella[1] et vetula anu[2] et aliis, qui aderant, quom sors communis Petro, ut in tergum manibus percuteretur, forte fortuna evenit. Qui cum ab aliis et sepe et graviter, a me semel leniter in tergum verberaretur,[3] „Dii te", inquit, „Eobane! Vapulabis, si me rursus percusseris." Ego hoc nihili faciens, quod cum amico me esse putabam, cepi rursus cedere, sed, ita me Deus amet, valde leniter, dum ille insiliens pugno me in os percussit supra modum duriter, ita ut sanguine dentes madefierent. Ego vero patiens ut sum graviter multa dicens abii. Obtestor te, Mutiane, dic, numquid mihi ferenda est tanta iniuria? Non patiar, certe non patiar. Prius experietur Aperbacchus, quid possim, quam fortiter me vindicare sciam. Nec est, quod suspiceris, me ex conversatione sororis provocasse contra me invidiam. Cautior sum, quam qui in istis puerilibus erroribus deprehendar. Famę nostrę potius invidet Petrus, quam nunc obtrectat, lacerat et contemnere se dicit. Quod ut intelligas et verum esse ipse coram videas, subiiciam duo exempla duarum epistolarum, quas ad me scripsit furore plenus et insania, quom humaniter ego et benigne scripsissem me recto iudicio propulsaturum tantam iniuriam. Quid vero contra nos deblaterarit, nunc accipe.

Petrus Aperbacchus Eobano Hesso, poetę egestoso.

Eobane, satis nunc mihi te ostendisti Ut ęra tinnitu, sic homines verbis cognoscuntur. Ego dum hodie vanissima tua mendatia legerem, visus sum te gerras Siculas[4] garrientem audire neque quicquam commovebar. Si te talem tantumque cognovissem, abstinuissem mediusfidius consuetudine tua. Sed cum te inanem versificatorem esse credidissem, quales boni dicuntur poetę, facile adducebar, ut, si res postulasset et meam operam requisivisses, nunquam tibi deessem. Atque tu hec mendatia dicis ipse Cretensibus mendatior.[5] Mirum quantam stulticiam scribas, quod te in os percussi, utpote qui te vindicaturus sis, ut

---

[1] Wahrscheinlich Christine Eberbach, die spätere Gemahlin des Gerlach von der Marthen. Vgl. Br. 229 S. 307 Anm. 7.

[2] Sie war Witwe seit zwei Jahren, (Vgl. Br. 163 S. 233 Anm. 1) hat sich aber später von neuem verheiratet (Vgl. Br. 230 und 236.)

[3] Vgl. über das Zerwürfnis zwischen Petrejus und Hessus Br. 131—133. Der vorliegende Brief giebt Aufklärung zu jenen.

[4] Vgl. Erasmus. Adagia p. 468.

[5] Vgl. Br. 124 S. 178 Anm. 3—5.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/343

malim victus quiescere quam victor gloriari et (sit) diis placefacturus, ut nemo literatorum me inter bonos referat volaque concludere queas. Sed vide, queso, bone vir, (ut rei causam habeas) quę sit sapientia recubantem in ędibus propriis Aperbacchum semelque abs te graviter manu cęsum prohibentem, ne rursus cederes, quod esses tum vapulaturus multo quam prius importunius verberare. Testes appello, qui viderunt Roga conterraneum[1] tuum tui multum dissimilem. Si ebrietatem causaris, memineris illud Pittaci: „Ebrii duplici via puniendi", si non, ipse videris, quam sis pulchellus simulator et dissimulator, quę duo vicia mendacissime nobis obiicis. Quocirca abeas cum tuis istis minutiis in pessimam malam crucem et minis terre, quos potes; Aperbacchus talia non curat. Sive corpus nostrum sive famam incesseris, (utrumque enim velle videris) efficiam, ut ducaris poenitentia. Mutianum, Herebordum,[2] Crotum, homines examussim optimos non est quod mihi proponas, quos scio nugas tuas susque deque laturos eque ac nos contemnimus. Ceterum quando ita vis, posthac tibi mali, quod potero, faciam meritoque id faciam tuo.

Ex Laterano[3] quarto Kalendas Martias. Anno MD nono."

Quom ad hanc epistolam meo iudicio graviter quidem, sed pacifice rescripsissem, hanc remisit:

Petrus Aperbacchus Eobano Hesso, militi glorioso.

Eobane, ut video, eo processit insania tua, ut contegi amplius nolit. In animo habebam primę solum tuę criminationi respondere neque deinceps verbum emittere. Quando autem otio nostro tantopere invides et quas bonis literis bene alias locaremus bonas horas, ineptiis tuis legendis male perdere cogis, tametsi Aristarchus non sum, excutiam tamen omnes vigilias tuas et ad amussim referam literariam daboque in publicum visendos errores[4] tuos, quibus non modo in latinitate, sed et orthographia et rerum ignorantia foedissime lapsus es. Quę errorum annotatio tantum tibi apud rectorum studiorum peritos laudis adimet (quamquam quid verę laudis habeas, non invenio) quantum nobis poterunt leves tui versiculi. Quis enim ei fidem adhibeat in alienam literaturam temere invehenti, quem tam pueriliter hallucinatum cognoverit? Miseret me ignorantię tuę, qui cum nihil sapias, omnia sapere videri vis et illi nihil concedere, qui tuorum laborum iudex esse poterit, cuius literas non

---

[1] Der Name desselben lässt sich nicht ermitteln.
[2] Er hielt sich seit Herbst 1508 in Georgenthal als Klosterlehrer auf.
[3] So hiess das Eberbachsche Haus.
[4] Die Jugendarbeiten des Hessus weisen in der That eine Reihe solcher Verstösse auf.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/344

intelligis, cuius eruditionem per universum vitę cursum non assequeris. Sed ne te ex insano insanissimum reddam, (quamquam nihil iam tuę insanię accedere queat) hic nostrę scriptionis terminus esto. Quicquid autem nugarum in posterum ad nos deblateraveris, id Mutiano Rufo, homini inter primos doctissimo, videndum exhibebo, ut eius viri iuditium intelligas, quo de tantum tibi polliceris. Vale, ut meritus.

Pridie Kalendas Martias. Anno nono.

Vides, iucundissime Mutiane, quantum me urgeat insanus homuntio. Non moveat te, quod mendatia me dixisse scriptitat. Ego, Deum testor, quiescerem libentissime, nisi cogerer ad me defendendum. Tu vero quicquid iusseris, quicquid mandaris, faciam. Sed, ut me Deus amet, si ad integrum scires meam innocentiam, exhortareris me contra pumilionem istum, ut vides, plus equo maledicum. Crotus noster vix fert hominis insaniam. Quid vero charissimus noster Herebordus faciet, ubi hec rescierit? Videsne, quantum se et sua iactet, nos despiciat? Quod ego nunquam facerem, eruditum se predicat. Quid hominis sit, nunc primum experior. Iterum testor Deum immortalem, iniuriam mihi facit maximam. Non offendi hominem. Invidit mihi, quom iam altius attollerer. Miseret Petrum ignorantię meę. Tu, si me amas, miserere tui conterranei, qui iniuste deprimitur, et quid faciendum mihi sit rescribe, te etiam atque etiam rogo. Vale usque et usque foelix, charissime Mutiane, et Hessum tuum, ut certe facis, ama.

Quarto Nonas Martias. Anno MD nono. Eobanus Hessus.

Handschriftl. *Autograph der Baseler Universitätsbibliothek* sub G. I. 25 fol. 7—8. *Die Abschrift verdanke ich Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

---

644. Crotus an Mutian. (Erfurt) 1509. März 8.

Crotus berichtet über den Streit zwischen Petrejus und Hessus und seine erfolglosen Bemühungen denselben beizulegen. Er bittet deshalb den Mutian um seine Vermittlung. Die einst vermissten Briefe habe er wiedergefunden.

Mutiano Rufo, viro ingenuis literis devoto, amico venerando.

S. Petrus et Eobanus ex amicis facti sunt capitales hostes[1] prebentibus materiam dissensionis verberibus mutuis. Leges exordium inimicitię uberius ex epistola Eobani.[2] Uterque sue causę optimus patronus se culpa vacare ostendit. Cum ambobus copiose laboravi, redirent in gratiam. Sed omnino frustror proposito. Eo enim venit ardor, ut aiunt (sic!) se odio flagrare indissolubili. Ego heri a casu

[1] Vgl. den vorigen Brief.

[2] Crotus hat demnach den Brief des Hessus vom 4. März zusammen mit dem seinigen nach Gotha übermittelt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/345

cęnavi cum Petro apud recentiusculos magistros coniungente nos ita ordine compransorum. Multa loquutus sum, sed omnino inutiliter. Sic me instituam, ut in neutram partem declinem. Est enim uterque mihi amicus, quamvis alter magis. Eobanus, dum hic i: cipio scribere, venit disserens se ab inimico incursum publica via, sed ab aliis retentum ab impetu et similiter longum ensem lateri cinctum ostendit. Timendum est, ne quandoque ex improviso non sine periculo corporis diagldiabuntur (sic!). Tuum itaque erit, qui apud utrumque plurimum polles, dirimere bellum epistolis facundissimis. Nisi enim fictus sit ipsorum animus, audient tibi. Hoc principio scripsisse volui Eobanum ad Lateranum[1] prandio invitatum pugno esse verberatum, Petrum vero post triduum eius facti ab Eobano ante fores Laterani humi esse deturbatum crinibus omnibus apprehensis manibus. Lege Eobani literas, iam longior esse non possum. Verrente nudiustercius cobiliculum puero a pedibus comitum[2] tuas literas olim a me desideratas, dum versum ciiceret, iuvenit. Vale et ama tuum Crotum brevi hinc abiturum.[3]

Non relegi, ignosce mendis.

VIII Idus Martias MDIX.

Crotus Rubianus,
Mutiani cultor.

Handschriftl. *Autograph der Baseler Universitätsbibliothek* sub G. I, 25 fol. 9. *Die Abschrift verdanke ich Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.*

---

[1] Vgl. Br. 443 S. 338 Anm. 1.

[2] Der Grafen Henneberg. Vgl. Br. 642 S. 335 Anm. 3.

[3] Er begleitete seine Schüler in ihre Heimat. Ueber diesen Schritt spricht er sich in einem Briefe an Spalatin (Baseler Universitätsbibliothek G. I, 31 fol. 1 Autograph, bisher ungedruckt), folgendermassen aus: Conditio dubia mihi proponitur a legatis Hermanni comitis, ut scilicet vel sequar discipulos aut maneam Erphurdię. Utrumque integrum mihi relinquitur. Sed, mi Spalatine, pro tua sagacitate vide, quam impia in preceptorem sint hęc verba. Quid enim aliud volunt quam declarare non amplius opus esse meo officio? quod, ut me Deus amet, susque deque facerem, si ratio laboris et diligentię haberetur. Nam si discipuli multum adeo in literis non calleant, ut consuetudo habet nobilium, (tametsi ignorantię mentio facta non sit) culpa mea non est testibus fide locupletissimis sue contumacie ambobus fratribus. Ego vero abeuntes propterea sum sequutus, ne cui malevolo culpandi locus relinquetur, (sic!) quasi re male gesta et tandem desperata non audeam progredi. Immo prograediar et stabo in conspectu Hermanni principis conscius bone fidei et fidelis muneris. Narrabo omnia, si opus erit, comiter et vere sine omni assentacione. Si conditio digna et profutura meo statui offeretur, stultus iudicer, si minus inirem. Sin minus, navigabo pro vento perditurus studiosam operam. Ita habeo consilia Sommeringi et Engelmanni, optimorum virorum. Quorum sermo erga recedentem longus verus erat.

645. Camerarius[1] auf Mutian. (Nürnberg 1526 ?)

Epitaphium.

Conrado Mutiano Rufo, viro digno immortali memoria.

Me genitum Hessorum terra cognomine Rufum
Thuringe tenuit vallis amoena Gothae.
Illic parta quies et tranquillae otia mentis,
Visa mihi vere vita beata fuit.
Consuetudo foret quorum mihi grata, docebat
Sub foribus titulus: Cuncta bonis pateant.
Iamque mihi rutilos mutarant tempora canis
Crinibus, et senii membra gravabat onus.
Et mens recta tamen studiumque manebat honesti,
Creverat et fractis viribus ingenium
Dixisses nostrae aspiciens vitae rationem
Velle iuvare bonos, laedere nolle malos.
Nunc gremio acceptus magnae requiesco parentis,
Ante quies tempus nec venit illa suum.
Quod nisi serviles turbassent ocia motus.
De nece, de vita nulla querela foret.

Gedr. Illustrium ac clarorum aliquot virorum . . . epicedia per Helium Eobanum Hessum. Epitaphia, epigrammata composita ab I. Camerario etc. fol. E 3 v — E 4 r.

---

[1] Vgl. Br. 637 S. 327 Anm. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/347

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/348

Verzeichnis der Briefschreiber in alphabetischer Reihenfolge.

Aestic mpian an Mutian 344.
Agricola „ „ 402.
Aldus an Urban 25c.
Anna von Hessen an Mutian 401.
Camerarius, Epitaphium auf Mutian 645.
Chrysostomus an Mutian 255.
Crocus „ „ 557. 558.
Crotus „ „ 507. 644. 644
Drusillus an Nepotian 393b.
Erasmus an Mutian 579.
Friedrich d. W. an Mutian 422. 592. 601. 612. 614. 616. 623.
Hessus, E., an Mutian 148. 343. 408. 417. 552. 556. 571. 608. 627. 637. 642. 643.
Hessus, E., an Spalatin 605a. 625a.
Hummelberger an Mutian 426.
Lange „ „ 490.
Luther „ „ 560.
Menius, J., an Myconius 625c.
Moselln an Mutian 559. 573. 596.
Mutian an Agricola 359. 392. 399. 472.
„ „ Albrecht, Kurfürst 513.
„ „ Brück 626.
„ „ Burckard 1.
„ „ Camerarius 607. 611. 622.
„ „ Cordus 477.
„ „ Crotus (Venator) 118. 119. 260—262. 267. 581.
„ „ Crotus u. Hereb. v. d. Marthen 70.
„ „ Ebeling 553.
„ „ Eberbach, H. 445. 482. 532.
„ „ Engellender 188.
„ „ Erasmus 620.
„ „ Friedr. d. W. 413. 603. 625.
„ „ Hartmann, Abt 263. 459. 469. 470. 475. 484—486.
„ „ Hallensis (Osiander) 246.
„ „ Helt 550.
„ „ Hessus, E., 45. 61. 80. 130. 149. 412. 416. 443. 450—452. 478. 488. 493—495. 497—499. 501. 518. 533. 551. 619. 628.
„ „ Hessus, J. 357.
„ „ Jonas 342. 530. 547. 576. 591. 598. 609.
„ „ Kaumler 358.
„ „ Lange 491. 561. 563. 566. 570. 574. 575. 577. 582. 585. 589. 590. 594. 599. 605. 606.
„ „ Marthen, H. v. d. M., 46. 47. 52. 60. 62. 72. 77. 105. 108. 111. 113—117. 120. 121. 123. 127. 131. 133—135. 137. 140. 141. 143. 145. 146. 157. 158. 168. 169. 172. 175—178. 190. 232. 276. 296. 301. 305. 307. 315. 318. 325. 333. 334. 347. 366. 373. 432. 434. 442. 636.
Mutian an Menius 537. 564. 580. 583. 593.
„ „ Musardus 184. 186. 189. 195. 199. 217. 220. 237. 239. 240. 317. 389.
„ „ Nepotian 525. 548.
„ „ Nithard 479.
„ „ Petrejus 132. 153. 163. 165. 211. 225. 236. 242. 245. 281. 290. 294. 562.
„ „ Petrejus u. Marthen, H. v. d. M. 181.
„ „ Peutinger 298.
„ „ Pyrrhus (Campegus) 174. 216. 293. 436.
„ „ Reuchlin 2. 516. 565.
„ „ Rhenanus, B. 586.
„ „ Schalbus 489.
„ „ Sömmering 458.
„ „ Spalatin 4. 11. 13. 33. 40. 67. 79. 101. 109. 155.
„ „ Sunthausen 473. 476. 514.
„ „ Trithemius 295.
„ „ Unbekannte 159. 160. 183. 257. 460. 541. 588. 629. 630. 632.
„ „ Urban 3. 5—10. 12. 14—32. 35. 36. 38. 39. 41—44. 48—51. 53—56. 58. 59. 63—66. 68. 71. 73—76. 78(?). 82—94. 96—100. 103. 104. 106. 107. 110. 112. 122. 124—126. 128. 129. 136. 139. 142. 144. 147. 150. 152. 154. 156. 161. 162. 167. 170. 171. 173. 179. 185. 187. 191—194. 196—198. 200—210. 212—215. 218. 219. 221—224. 226. 228—231. 233—235. 238. 241. 243. 244. 247—254. 256. 258. 259. 264—266. 268—274. 277—280. 282—289. 291. 292. 297. 299. 300. 302. 304. 306. 308—314. 316. 319—324. 326. 328—332. 335—341. 346. 348—356. 360—365. 367—372. 374—388. 390. 391. 393—398. 400. 403. 407. 409. 411. 414. 415. 418—421. 423—425. 427—431. 433. 435. 437—441. 444. 446—449. 453—457. 461—468. 471. 480. 481.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/349

483. 487. 492. 496. 500. 502. 504. 506. 509—512. 515. 517. 519—524. 526—529. 531. 534—536. 538—546. 572. 604. 617.
Mutian an Urban und Hessus, E. 410.
„ „ „ „ Marthen, H. v. d. 138.
„ „ „ „ Schalbus 327.
„ „ „ „ Spalatin 37. 57. 69. 95. 102.
„ „ Urbicus, J. 474.
„ „ Voltzke 505.
„ „ Watt (Vadian) 180.
„ „ Werlich 227.
„ „ Wolf 640.
Petrejus an Mutian 182. 554 555.
Peutinger „ „ 275.
Publius, A. an Nepotian 393a.
Reuchlin an Mutian 303. 578.
Spalatin „ „ 34. 584. 595. 597. 600. 602. 610. 613. 615. 618. 621. 631 (?) 641.
Spalatin an Aldus 25b.
Stigelius, Epitaphium auf Mutian 638.
Urban an Aldus 25a.
„ „ Hartmann, Abt 258a.
„ „ Lange 491a.
„ „ Spalatin 122a. 605b. 620a. 620b. 620c. 620d. 625b.
Wolf „ Mutian 81. 639.
Zasius „ „ 587.

Sonstiges.

Eine Rede Mutians 365a.
„ Urkunde „ 508.
Deutsche Sprichwörter 633.
Gedicht auf den Anker des Aldus Manutius 634.
Gedicht auf den Tod des Bercaldus 635.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/350

Namen-Register.

Abel s. Apel.
Abstemius, Laurentius, 105.
Accessum altaris 384.
Accius Neobius 387. 393. 410 419.
Accursius 145. 221. 251. 349. 434. 471. 530. 586.
Achensis, Georg, 587.
Adam s. Publius.
Adam? 449.
Adelphus, Joh., 143.
Aeschber 625c.
Aesculapius s. Heinr. Eberbach.
Aesticampian, Joh., 298. 299. 300. 302. 344. 408.
Agamos Agamestor (Mutian) 373. 376.
Agricola, Greg., 278. 319. 350. 351. 356. 359. 382. 392. 393. 399. 400. 402. 472. 512.
Agricola, Rud., 418. 521.
Agrippinenses = Reuchlinfeinde 218. 219. 228.
Alanus? 624.
Alba rota, Haus in Erfurt, 24.
Albert d. Grosse 251 570.
Albrecht von Brandenburg 381. 446. 459. 471. 473. 484. 486. 513. 516. 527. 533. 535. 536. 545. 546.
Al- iatus, Andr., 567.
Aldus Manutius 13. 14. 24. 25. 25a. 25b. 25c 31. 33. 34. 38. 124. 140. 171. 185. 363. 507. 634.
Aleander 555. 565.
Alexander a villa Dei 220.
Alexander III. Papst, 115. 317.
Alexander VI. Papst, 51.
Alexander, Georgenthaler Mönch?, 17.
Alexander von Hales 260.
Alexandrini, Gegner Mutians, 32.
Alexandrinus cardinalis 1.
Allerheiligenkirche in Erfurt 450. 451. 483. 497.
Alphonsus 103.
Ambrosius, Famulus, 265. 272. 281. 287.
Amploniana palaestra 194
Andreas, Erfurter Bürgermeister, 222.
Andreas s. Nepotianus.
Angeloburgium s. Engelsburg.
Angeloburgius s. Hessus, Eoban.
Anna von Hessen 401. 419. 427. 431. 523.
Anselm, Thomas, 225. 443. 585.
Antiquarius s. Rhodiginus.
Antoniastri, Freunde Gödes, 140.
Antonius s. Göde.
Antonius, Marcus — Coccius Sabellicus 101. 186. 261.
Apel, Joh. (Abel) 341. 496. 500. 502.
Aperbaccha oder Aperbacchus siehe Eberbach
Apollo. Henr. — de Hohenkirchen, 73. 74. 166. 167.
Apollonius von Tyana 57. 64. 107. 147.
Apuleius* 105. 177. Asinus aureus 117. Commentarii 177. 216. Index 117. 129. 467.
Aquilius s. Paulus.
Aratus 103.
Aristoteles 61. 507.
Armbrecht, Kasp., 511. 522. 529.
Arnobardistae 325. 326. 359.
Arnold, Bote Mutians, 12. 201. 206. 209. 223. 282. 286.
Arnoldi, Joh., Gothaer Bürgermeister, 1512. 206.
Arnoldistae, Anhänger d. Arnold v. Tungern, 251. 261. 277.
Ascensius, Jod. Badius, 258. 312. 582 586.
Asciburgii 350. 358. 392.
Atensis s. Noxus.
Athanasius 43.
Athenaeus 585.
Augsburger (Buchhändler) 105.
Austrius? 561.
Authentica 305.
Aventin, Joh., 291. 594.
Averrois 570.
Avicenna 570.
Azo Bononiensis 530.

Badius s. Ascensius.
Βαλανοφάγοι, Kölner Reuchlinfeinde 218 219.
Balbi, Hieronymus u. Joh., 312.
Baldistae, Anhänger des Baldus de Ubaldis, 507.
Baldus de Ubaldis 86. 155. 226. 232. 280.
Baldus s. Marthen, Hereb. v. d.
Baptista, Joh. — Mantuanus 32. 40. 47. 74. 75. 77. 93. 103. 170. 211. 261. 285. 367. 412. 436. 582. 629.
Bartholiaster, Gönner des Praepositus Bartholus, 429.

* Die Namen von Klassikern, Kirchenvätern etc. sind nur dann registriert, wenn es sich um Drucke oder Handschriften von ihnen handelt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/351

Bartholistae, Anhänger des Bartholus de Saxoferrato, 507.
Bartholus de Saxoferrato 4. 86. 171. 198. 232. 280. 296. 471.
Bartholus, Praepositus des Kreuzklosters bei Gotha, 213. 282 284 286. 292. 297. 302. 341. 385. 407. 541. 572.
Bartholus, Schreiber des Kreuzklosters bei Gotha. 302.
Basellius, Nic.. 2. 302.
Basilius d. Gr 40. 506. 573. 574.
Batrachomyomachia 282. 294 328.
Baumbach, Dekan, 257.
Bavarus? 162.
Beatus Rhenanus 275 555. 586 590
Bebel, Heinr., 143. 242. 409.
Beda 63.
Belpratum s. Schönau.
Bembus, Petr., 602.
Bemelburg 625 c.
Benedictus d. H. 506. Regula.
Bentivolus? 135.
Berlebsch, Hans von, 602
Bernhardi, Barth., 566.
Bernhardus Hebraeus 596.
Bernhardus Saracenus 406.
Berka in Thüringen 455
Bernhardus? 570.
Beroaldus, Philipp, 67. 101. 115. 145. 158. 177. 333. 409. 472. 473. 570. 635. 641.
Bessarion 25a. 40. 171. 570.
Beta, fingierter Dichtername, 636.
Bibas = Johannes, Abt von Georgenthal, 265 269.
Biel, Gabriel, 242.
Biermost, Hartung. 192. 196 221. 222 234
Biermost. Joh. 70 102. 104. 106. 112 119. 166. 167. 190—192. 196. 207. 220. 221. 223. 226 301.
Blasius 605a.
Blondus, Flavius, 12.
Bleichenrhodius 182.
Bobeczan, Berthold, (Sino) 280. 365. 367. 371—373. 376.
Boreas 182.
Böschenstain, Joh., 620.
Boetius 103.
Boneburgius, C., 187.
Bonifacius VIII., Papst, 83.
Borner 344.
Bossus, Matthaeus, 285. 409.
Bovillus, Car., 331.
Brant, Sebastian, 269.
Brassicanus, Joh. Alexander, 637.
Brengbir, Jod., 196. 197. 302. 308. 316. 385. 419. 539.
Bresigavius, Joh. 587.
Brisgorius s. Bresigavius.
Bromius, Gotfaer, 308.
Brück, Greg., 620a. 620b. 621. 626.
Brüheim, Dorf, 539.
Brunonis civitas (Braunschweig) 446.
Budaeus, Wilh., 296. 582. 587.
Bülow, Theod., von 181.
Bueren, Joh u. Bernh , 441. 511.
Burcard, Franz, 622.
Burchtonna, Joh. — Frank de, 608.
Burckard, Joh., 1.
Burensis s. Bueren.
Burghard, Henr., 187. 207.
Bursfeld 324.
Busch, Herm., 330. 378. 410. 507.

Caesarius, Joh., 507.
Calaguritana simia s. Sturz, Matth.
Calepinus, Ambrosius, 140.
Calixt I. Papst, 36
Calpurnius Lanarius 569.
Calvus s. Reynber.
Camerarius, Joach , 606. 607.611. 622. 637. 638. 645.
Camers, Joh., 547.
Campanus, Joh. Antonius, 170.
Campegius, Laurentius 529. (620b. ?)
Capito, Fabritius, 596. 610.
Capniastri 258.
Capnion s. Reuchlin.
Capniophili 554.
Capnobata 321. 325.
Capreolus 569.
Capricornus 605a.
Carl V. 507. 605b. 620a.
Carl VIII. von Frankreich 185.
Carl d. Kühne 619.
Carmelita vates s. Baptista.
Carinthus, Udalr., 587.
Carolostadius 620c.
Carspach, Joh., 224. 283 392. 394. 399.
Carteromachus, Scipio. 124. 254.
Carthäuser, Erfurter, 510. 524. 527. 528. 539. 540. 542. 545.
Casearii s. Dominicales.
Caspar, Otto, 177.
Cataneus, Joh. Maria, 333.
Catharina, Gemahlin Spalatins, 625b.
Catilina s. Göde.
Catonis Disticha 525. 526.
Cellarius s. Kellner, Heinr.
Cellarius, Joh., 578.
Celtis, Konrad, 78. 327. 594.
Ceratinus, Jakob, 472.
Cerberus, Valentin, 167. 224. 280. 444. 449. 522.
Chalcondylas, Demetrius, 124.
Chaldaeus s. Reynber, Johann.
Chloris ostiolum 242. 245.
Christian II. von Dänemark 606.
Christophorus s. Hacus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/352

Christophorus s. Sonfelt.
Chrysostomus, Italiener, 255. 340.
Cicero 62. 77. 200. 205. 215. 218. 223. 228. 233. 334. 328. 363.
Cignus, Cignigerus s. Hessus. Eoban.
Cingularius, Hieronymus, 503.
Claudianus 203.
Clementina 73. 471.
Cleopatra, Geliebte des E. Hessus, 443.451.
Clichtoveus, Jodocus, 377.
Climacus, Johannes, 378.
Clodia? 118.
Clunia. Botin, 172.
Cochleus 620c.
Codrus, Antonius — Urceus 19. 24 43. 101. 232
Collegium magnum (maius) 47. 483.
Colonienses (Colonarii, Coloni) theologi (Reuchlinfeinde) 261. 277. 316. 320. 325. 331. 387. 555.
Colonus s. Kölen.
Columbarius? 461.
Columella 184. 186.
Comilarius s. Kaumler.
Conon, Joh., 434. 511.
Contra sentimentum Parrhisiense 470.
Cordus, Euricius, (Ricinus Varenus) 278 280. 293. 294. 296. 427. 452. 462. 465. 477. 480. 481. 488. 489. 491. 493. 496. 498. 502. 506. 518. 519. 525. 535. 538. 571. 637. Bucolica: 279. 280. 294. Itinerarium: 477. 480. 488.
Cordus, Valerius, 477.
Cornelia, fingierter Dichtername, 636.
Cortesius, Paulus, 275. 328.
Cotilus s. Köteling.
Cotio, Cotius s. Sömmering.
Cotiani } Anhänger des Sömmering 306.
Cotiones }
308. 330. 421.
Crafft, Adam, 580. 589. 590. 591. 594 606. 620d.
Crebenna 528.
Cretensis (in Leipzig) 124. (in Erfurt) 574. 575.
Crinitus, Petrus, 62. 245. 261. 570.
Crocus, Richard, 557. 558. 562. 565. 574. 620.
Croi, Wilh., 600.
Crossen, Dorf, 592. 605b.
Crotus Rubianus (Johannes Venator oder Venatorius) 60. 70. 72. 76. 102. 108. 115—119. 122a. 130. 131. 134. 136. 141. 146. 161. 182. 192. 197. 215. 216. 223. 224. 226. 231. 233. 235. 245. 250—252. 258. 260. 261—263. 267. 268. 281. 311. 321—323. 325. 340. 343. 348. 353. 361—363. 372. 384. 385. 450. 477a. 478. 484. 485. 488. 493. 494. 495. 499-501. 507. 543. 561. 580. 581. 593. 594. 605a. 606. 620. 642—644.
Cruceius 51.
Crutzpurgk, Anna von, 348.
Cunina, Gemahlin des Cordus, 452 465.
Curtius Rufus 62.
Cyrillus 506.
Cyxe 166.

Dagobert, König, 242.
Damascenus, Joh., 377. 378. 386. 387. 420.
Dannebacchus s. Reynber, Joh.
Dathus, Augustinus, 14.
Daventriense Gymnasium 348.
Degenhard s. Pfeffinger.
Delia, Geliebte Kötelings, 100. 334.
Denstet 510.
Dhunus (Thune) 249. 572?.
Dibacchus s. Stolon.
Diethmar (Titus Marius) 292. 304. 306. 308. 309. 311. 314. 323. 352. 378 407. 411. 421. 427. 431. 433. 457. 462. 466. 481. 492. 500 505. 506. 510.
Dinus 198. 232.
Dobeneck, Hiob von, 442. 484.
Doliaria, Nichte Spalatins, 620d. 625b.
Doliarius, Verwandter Spalatins, 625b.
Doliatoris, Jakob, 191. 222. 245.
Dominicales (Dominici) fratres 459. 465. 565. 578.
Donatus, Aelius, 418.
Dopher, Clauss, 282.
Dorfeld, Nic., 364.
Δουλόπολις 471.
Draco, Joh.. 588, 606. 620.
Drusus 211. Callidius 630.
Dudo, Erfurter Richter, 174 205. 222. 233. 519. 522. 528.
Dulcicolus s. Dulcis.
Dulcis. Konr.. 188. 220.
Duns Scotus 260. 569. 574. 590.
Durandus 569.
Duranti, Guilielmus, s. Speculator.
Duronius s. Johannes, Abt von Georgenthal.
Duroniastri, Freunde des Duronius, 397.

Ebeling, Bernhard 583.
Eberbach (Aperbacchus, Aperbaccha) Familie: 125. 256. 259. 323. 331. 340. 434. 443. 454. Christine: 229. 230. 643. Georg: 163. 295. 330. Seine Gemahlin: 230. 236. 323. 643. Heinrich (Machaon, Podalirius): 76. 163. 165. 198. 203. 206. 208. 211. 234. 238. 239. 247. 264. 269. 323. 340. 352. 368. 369. 408. 411. 415. 419. 445. 481. 483. 511. 519. 527. 529. 532. Peter s. Petreius.
Eberbinus, Henr. — de Franckenberck 537.
Ebner, Erasmus, 637.
Egnatius, Johannes Baptista, 323, 324.
Eytelwolf s. Stein, E. v.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/353

Elxleben, Dorf, 110.
Emleben, Dorf, 91.
Emmanuel 76. 119. 233. 250.
Emser, Hieronymus. 196.
Engellender, Joh., 119. 149. 188. 191. 430. 431. 433. 464 471. 486.
Engelmann, Nic., 136. 150. 202. 224. 234. 243. 244. 249. 253. 259. 273. 287—289. 312. 323. 331. 340. 348. 407. 421. 423. 425. 431. 433—435. 437. 438. 455. 457. 458. 461. 466. 471. 475 503. 505. 511. 528. 534. 540. 543. 549. 620b. 620c. 644.
Engelsburg 443. 450. 451. 482. 497. 627. 642.
Eobanus s. Hessus.
Erasmus. Desiderius, 115. 133. 143. 236 245. 285. 296. 326. 328. 331. 345. 377. 378. 447. 465. 492. 494. 503. 506. 507 520. 521. 524. 525. 555. 563. 566. 569. 572. 577. 579. 582. 583. 586. 589. 590. 591. 594. 603. 605b 620. 620b. 620c. 620d. 628. Apologiae duae: 590. Auctarium sel. aliq. ep. 586. Bibliothecula: 572. Constructionis libellus: 521. Enchiridion militis Christiani: 506. Hieronymus: 566. 568. 569. Lucubrationum index: 579. 586. Moriae encomium: 566. Novum testamentum: 590. 595. Parabolae: 492. 503. Paroemiae (Proverbia) 115. 133. 143. 236. 328. 331. 566. 590. Progymnasmata: 328. De ratione studii: 326. 345. Similia s. Parabolae
Erlebach s. Irlebach.
Ernst von Braunschweig 234.
Etymologicum magnum 25a. 333.
Euclio 215.
Eusebius de temporibus 12.
Expenses, Magister, 457.

Faber, Jakob — Stapulensis, 61. 275. 285. 296. 306. 377. 378. 382. 383. 386. 387. 390. 393. 465.
Fabianus s. Lewe.
Fabri, Antonius, 323.
Fabri, Johannes, 415.
Faustinus, Adam, s. Publius.
Faust, Georg, 320.
Fellifluus 296. 502.
Femilius, Johannes, 502.
Festus 62.
Figulus, Nicolaus, 286. 292. 353. 385. 461. 464. 524. 539.
Filiberta von Savoyen 576.
Findisen, Joh., 110. 111.
Fischer, Kasp., 365.
Flamen, unbekannt. Persönlichkeit, 183. 630.
Fogel 509.
Forchheimius s. Petz.
Forum piscarium in Erfurt 134.
Franciscus (von Assisi) 40.
Franciscus, Johann, Neffe des Picus von Mirandula, 185. 275.
Franciscus? 583.
Francus, Georg, 599.
Franckenberg in Hessen 79.
Francobergius, Joh Emmerici, 191. 222 232. 234. 301. 455.
Francobergius s. E. Hessus.
Franz I. von Frankreich 576.
Freising, Otto von, 594.
Friedlieb s. Irenicus.
Friedrich III., Kaiser, 619.
Friedrich, Oekonom des Klosters Reinhardsbrunn, 29. 187. 200 223. 247. 280. 298. 324. 336. 337. 413. 414.
Friedrich der Weise 11. 20. 24. 30. 37. 41. 51. 58. 79. 96. 105. 116. 119. 122. 179. 249. 266. 275. 285. 303. 321 388. 422. 527. 559. 562. 578. 584. 592. 595. 597. 600—603. 605. 605a. 605b. 610. 612—616 618. 620. 620b. 621 623. 625. 626.
Frobenius, Joh., 585. 586.
Fronto (Simon Voltzke?) 205. 249. 421. 479 480.
Fuchs, Gebrüder, Jakob und Andreas: 507 Jakob: 171. Andreas: 592.
Fugger, die, 12. 13. 16. 25. 25a. 25b. 33. 506.
Fugius, Joh., 594.
Fulcinus s. Voltzke.
Fumianus 261.
Fumus = Reuchlin 251. 261.
Fungus (suillus) = Morch, 66.

Galatinus, Petrus, 555. 566.
Ganfredus 103.
Gaza, Theodor, 130.
Geckus, Joh., 211. 315. 316. 318. 382. 523 (535).
Gellius 76. 328.
Georg, Herzog von Sachsen, 52 266 596.
Georg, Bischof von Speier, 353.
Georg, Buchhändler, 507.
Georgenthaler Hof in Erfurt 124. 154. 167. 226. 295. 378.
Gerensis baro 102.
Gerstungen 625. 626.
Gibellini 83. 168.
Glarean, Heinr., (Loerete) 294. 637.
Gleichen, Graf, 187. 527.
Gneius Appius s. Knapp, Johann.
Godiani, Freunde des H. Göde, 207.
Goede, Henning (Catilina, Antonius) 52. 54. 58. 115. 131. 143. 145. 166. 206. 209. 222. 280. 282. 341. 360. 367. 373. 376. 382. 419. 421. 554. 597. 601.
Goffredus de Trano 221.
Gotzgen, Nicolaus, 187.
Gratian 122.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/354

Grawel, Nicolaus, s. Krauwel.
Grecker, Greg., 459. 473. 503. 516. 533.
Grefenaw s. Crebenna.
Grefendorf(er), Joh., 547. 613. 620a. 620b. 625b.
Gregor I, Papst, 64.
Gregor IX 115. 116.
Gregorius scriba s. Grecker.
Gresemund, Theod., 594.
Grieben s. Crebenna.
Grimanus, Dominikus, 504.
Grocinus, Wilh., 565.
Groningus, Martin, 555.
Gruber, Jodocus, 324.
Grussenius, Gangolf (Wekint ex Grusen) 60.
Guelphi 83. 168.
Gualtherus de Castellione 211. 217.
Guillermus 211.
Günther von Schwarzburg 110. 368.

Hacus, Christophorus, 578. 637.
Haler, Friedrich, 592.
Halerinna, Gemahlin Engellenders, 119. 149.
Hallensis s. Osmund.
Hammo 479. 480. 536.
Hanso 302.
Harpago = Simon Voltzke (?) 65.
Hartmann, Burggraf von Kirchberg, Abt von Fulda (und Hersfeld) 8. 257. 258a. 260. 262 263. 267. 268. 270. 295. 322. 338. 349. 353. 372. 459. 461. 462. 469 - 471. 473. 475. 478. 480 481. 484 – 486. 488. 506. 507. 523.
Hartung, Heinrich?, Erfurter, 407. 411. 457.
Hartung s. Biermost, Hartung.
Hartung, Johann, Gothaer 54. 196.
Haslach, Dorf, 1.
Heinrich VIII. von England 620a.
Heinrich, Bruder des Johannes, Abtes von Georgenthal 187.
Helt, Heinr., 550.
Heltwinus, Petr., 110. 111.
Helvetius, Bote, 568. 597. 599.
Henneberg, Grafen Georg und Berthold, Schüler des Crotus: 60. 70. 72. 119. 644. Georg allein: 642. Gr Hermann: 644. Gr. Johann, Abt von Fulda: 151. 257. 258a. 260. 267. 478. Gr. Wilhelm: 368. Gr. Wolfgang: 602.
Henning s. Göde.
Henningani, Anhänger Gödes, 282.
Henricus de Langenstein 260.
Henricus pauper 103.
Hensel, Konrad, 1.
Hentz von Frimar 260.
Hentz von Gaw 260.
Herbipolita, Joh., s. Moller.
Herbipolitani 268.
Hercules, Bild 254. 376. 394. 395. 405.
Herculis Musarum, fingierter Dichtername, 636.
Hermann, Hersfelder Kanzler, 50.
Hermann, Landgraf von Hessen, 619.
Hermolaus Barbarus 34. 134. 170. 570.
Hermonymus Spartiates 555.
Herodian 382.
Herrichus? 88.
Hessus, Helius Eobanus (Angeloburgius, Cignigeru-, Cignus, Francobergius, Schwanus) 45. 47. 58. 60. 61. 70. 72. 77 – 81. 104. 118. 119. 121. 130 – 133. 148. 149. 157. 290. 311 316 329. 343 344. 408 – 413. 416. 417. 419 – 422 425. 427. 431. 434. 436. 440 442. 443. 445. 446. 450. 452. 455. 456. 460. 461. 464. 465. 475. 478. 480 – 485. 488. 489. 491. 493. 494 – 503. 510. 518. 519. 535. 538 541. 547. 551. 552. 555. 556. 571. 574. 579. 586. 605a. 608. 617 – 620. 620c. 624. 6.5. 625a. 625b. 627. 628. 637. 642 – 644. Bucolica: 119. 148. erste Ausgabe. 624. zweite Ausg. Heroides: 408. 409. 412 – 414. 416. 421. 422. 533. Hodoeporicon 579. De pugna studentum: 45. De recessu studentum: 45. De tuenda bona valetudine: 620c. Victoria Christi ab inferis: 574.
Hessus, Johannes, 357. 421.
Hierocles 25a. 105.
Hieronymus, Kirchenvater, 184. 294. 390. 524. 566 – 569.
Hieronymus s. Rudlauf.
Hilarius, Kirchenvater, 306. 322 – 324. 326. 328. 340.
Hillus, Burckard, 234. 235.
Hirschbach, Joh., 136. 421.
Hirschfeld (Hirsfeld), Bernhard, 303. 375. 379. 384. 386. 391. 393. 410. 414. 421. 602. 613. 615. 618. 621.
Hobgartus 67.
Hochstraten, Jakob von, 349. 359. 361. 378. H 426. 494. 554.
Hockirchen (Hohenkirchen), Joh., 317.
ohenkirchen, Dorf 49. 50. 164. 312. 414. 447. 455. 464. 503. 620b.
Holtegel, Jakob, 249. 528.
Holtmann 427. 455. 457.
Homberg, Städtchen, 270. 518. 595.
Hombergius bacularius, Buchhändler, 14. 24.
Honnus s. Hun.
Honorius III., Papst, 115.
Hornestus (Hornus) Cyriacus 447 – 449.
Hugo, mittelalterlicher Schriftsteller, 49.
Hummelberger, Michael, 426. 455.
Hun, Hermann, 504.
Hundt, Burckardt, 414. 535. 543.
Hune, Martin, 620.
Huthener, Paul, 24. 191. 207. 222. 234. 341. 492. 528. 541. 542.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/355

Hutten, Frowein, 473.
Hutten, Ulrich, 199. 410. 478. 507. 518. 531. 543. 571. 620. 620b. 637.
Hygin 103.

Jacobitae, Anhänger des Jacob Doliatoris, 191. 232. 282. 341.
Jakob, Bruder s. Hochstraten, Jakob.
Jakob s. Doliatoris.
Jacobus s. Wimpheling.
Jakob? 142.
Jan, Joh., 536.
Janus s. Urbicus.
Ibanus 41.
Ichtershausen, Kloster, 618.
Ihonas, Gothaer, 316.
Ilianus, Bote, 25. 35. 91.
Imolensis, Johannes, 232.
Importunus, Mönch, 241.
Inforciatum 315.
Innocenz III., Papst, 115. 125. 174.
Innocenz VIII., Papst, 51.
Joachim I., Kurfürst von Brandenburg, 20. 181. 344.
Joachim? 188.
Job? 535.
Jodocus s. Koch.
Jodocus s. Trutfetter.
Johann, Herzog von Sachsen, 179. 208. 266. 324. 353. 368. 369. 388. 527. 546. 602. 604. 613—615. 625. Kurfürst 625b.
Johannes (Duronius) Abt von Georgenthal, 3. 5. 6. 11. 16 19. 21 29. 40 50. 64. 65. 68. 74. 76 93. 103. 104. 112. 114—116 122a. 125. 129. 135. 147. 154 156. 169. 187 200. 202. 203 207. 213, 215 222. 229. 234. 265. 266. 269 270. 272—274. 282. 284. 286. 288. 292. 297. 302. 316. 324. 331. 338. 341. 351. 353. 354. 367. 383—385. 387. 388. 392. 407. 411. 414. 419. 429. 447. 455. 456. 461. 464. 482. 502. 519. 520. 522—524. 539. 541. 542. 580.
Johannes, Georgenthaler Hofmeister in Erfurt, 24. (?)
Johannes Prussiensis s. Marcellus, Joh.
Johann Friedrich von Sachsen 105. 119. 179. 249. 604
Jonas, Henricus, 117.
Jonas, Janus s Jan, Joh.
Jonas, Justus, 342. 530. 547. 571. 576. 586. 591. 598. 601—605. 605a. 606. 609. 620. 621. 637.
Jorg „zur gebunden Kertzen" 169.
Irenicus, Franz, 582. 594.
Irlenbach, Kaspar Lener de, 277. 418.
Isabella von Aragonien 255.
Isiacus s. Trutfetter.
Islebinus 620d.
Julianus Caesar 57. 251.
Julianus von Medici 576.
Julius II., Papst, 51. 178. 203. 220. 230.
Julius quercens 220.
Jungermann, Valentin, s. Cerberus. (249)
Juristencolleg in Erfurt 268. 280. 290.
Justinianus, Codex, 523. 535.
Justinianus Venetus 12. 235. 258. 269. 306. 331. 382.
Justinus 12.

Kaiser von Taverstat 430. 431.
Kalokappa s. Kaumler, Matth.
Kaumler, Matthias, 277. 278. 319. 350. 351. 356—358. 392. 393.
Kellner, Heinr., 134. 169. 172.
Kilian, Rat Friedrichs d. W., 620d.
Kilian s. Reuter.
Kindelbrück, Johannes, 403. 480. 481.
Kindepontanus s. Kindelbrück.
Kirchberg, Johann, 277. 280. 378. 405. 420.
Kitzinger aus Eisenach 249.
Knapp, Johann, 146. 345.
Knor, Camillus, 14.
Koch, Jodocus, 88.
Kölen, Hartungus a. 196.
Köne, Joh. — de Nuendorff, 434. 511.
Köteling, (Lotius, Cotilus) 16. 50. 66. 100. 144. 147. 187. 194. 196—198. 200. 201. 204—210. 212. 213. 221. 222. 224 234. 241. 243. 249 253. 274. 282. 283 286. 289. 291. 292. 294. 306 312. 313. 338. 354. 372. 385. 415. 419. 421. 429. 461. 464. 502. 505. 511. 522. 534. 542.
Konrad, der arme, 413. 419.
Kranach, Lukas, 200. 571.
Krauwel, Nikolaus, 511. 529.
Kuruczen 413. 419. 430.

Labyrinth 277. 296. 478. 643.
Lachenbeck, Matthaeus, 625b.
Lactantius 328.
Lange, Johann, 311. 490. 491. 491a. 496. 560. 561. 566—570. 574. 575. 577. 582. 585. 586. 589. 590. 594. 599. 605. 606. 628.
Lanius, Petrus, 462. 463. 471.
Lateranum in Erfurt 643. 644.
Laurentiana bursa 275.
Lee, Eduard, 589—591.
Leina, Dorf, 24. 30., Kanal 15. 396.
Lengsfelt, Greg. s. Agricola.
Lentulus s. Publius, Ad.
Leo d. Gr., Papst, 35—38.
Leo X., Papst, 296. 320. 324. 374. 416. 446. 459. 469 527 529. 554. 576. 587. 594. 624.
Leo, Heinrich, 316. 346. 442.
Leoburgius (Marthen) 101. 191. 636.
Leoburgius, Lupus, s. Wolfgang von der Marthen.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/356

Leonardus, Buchhändler, 24. 331.
Leonardus, Verwandter Spalatins, 387. 620b.
Lewe, Fabian, 419.
Liber mysteriorum 292. 297. 302.
Lich, Joh., 277. 286.
Lichtenau, Konrad von, (Urspergensis)594.
Liebenstein, Jakob von, 41. 42.
Lilie, zur hohen, Haus, 427.
Limitaneus, Nicolaus, 4. 11.
Linck, Wenceslaus, 594.
Lindener, Heinrich, 30. 306.
Linigeri, (Λινόγλαινοι) 151. 335.
Locher s. Philomusus
Loerete, s. Glarean, Heinrich.
Loczenburgk, Bernhard von, 320a.
Löwengasse in Erfurt 457. 530.
Londergut, Ludwig (Rainensis) 152. 157. 165. 222. 232. 258. 289 (?) 384. 562.
Lotiani, Freunde des Lotius, s Köteling.
Lotius s. Köteling.
Lucian 382. 507.
Lucrez 62.
Ludovici, Thomas, 511. 529
Ludwig XII. von Frankreich 168.
Luscinius s. Nachtgall.
Luther, Martin, 490. 491. 560. 561. 566 568. 570. 584. 587. 589. 590. 594. 595. 603. 605. 605a. 605b. 620. 620b. 620c.
Lutherani 605. 606. 620. 628.
Lyciscus, fingierter Dic tername, 636.

Machaon s. Eberbach, Heinr.
Magdalius, Jakob, 251.
Maler, Matthaeus, 105.
Maius 316.
Mancinellus, Antonius — Veliternus 66. 542.
Manilius 103.
Marcellus, Joh. (Prussiensis) 620a. 625. 627.
Margareta (Margarethenkirche in Gotha) 391. 414.
Marienkirche in Erfurt 74. 364. 370. 508.
Marius Aequicolus Olivetanus 323. 324.
Marschalk, Gerhard — de Gosserstet 86. 89. 126. 127. 144. 188(?). 207. 222. 393(?). 615.
Marschalk, Nicolaus (Thurius) 48.
Marsilius Ficinus 64. 185. 275. 574.
von der Marthen, Familie (Leoburgii) 229. 275. 434. Gerlach, Vicedominus, 111. 116. 121. 134. 146. 158. 191. 222. 289? 307. 434. 546. 642. Gerlach, Sohn des Vicedominus: 133 (?) 229. 230. 372. 642. Hereboid, (Phileremus, Baldus): 45—47. 52. 60—62. 67. 70—73. 76—78. 80 101. 105. 108. 111. 113—117. 120. 121. 123. 127. 131. 133—135. 137—143. 145. 146. 151. 157. 158. 164. 166. 168—170. 172. 173. 175—178. 181. 185. 188. 190—194. 196. 198. 199. 205. 207. 215. 219. 221—224. 227. 229. 230. 232. 234. 235. 245. 248—250. 256. 258. 259. 264. 271: 276 280 283. 285 287. 289. 290. 296 299. 301. 505—308. 312. 313. 315—318. 322. 325 332—334. 336. 338. 341. 347. 351. 365—369. 372. 373. 376. 384. 394. 408. 419. 425. 430. 431. 432—436 438. 442. 446. 449. 455. 457. 462. 483. 485. 507. 511. 517. 522. 538 541. 546. 555. 636. 641—643. Martin: 117. 143. 167. 232. 280. 427. 642. Rudolf: 167. Wolfgang: 46. 133 (?)
Martinus s. Plattfuss.
Marullus, Michael, 259. 264. 269. 316.
Maternus Pistor (Pistoriensis, Pistorius) 8. 20. 28. 43. 234. 259. 288. 328. 455. 510.
Matthaesu? 48. 461. 506. 511. 519. 539.
Matthias s. Kaumler.
Matthias s. Meyger.
Maximilian I. 41. 69. 77. 171. 233. 251. 261. 269. 275. 294. 303. 320. 477. 543. 547. 576.
Megabacchus, Joh., 547. 627.
Meier, Matthias, 140. 364.
Mela, Pomponius, 62.
Melanchthon 443. 583. 590. 594. 605. 606. 611 620. 620d. 622. 625. 625a. 637.
Mellarius 625b.
Mellifluus = Bernhardus sanctus 64. 206. 213.
Melosingus s. Platz, Lud.
Mendicabula (Bettelmönche) 12. 359. 363. Mendicantes 1 353. 459.
Menius, Justus, 431. 462. 537. 564. 567. 572. 580. 583. 593. 625c.
Mercurius, Diener, 461. 462 487. 503. 538. 541. 545.
Merula, Georg, 25a. 333. 570.
Metra, Geliebte des E. Hessus, 443. 451.
Mezentius 182.
Michaelskirche in Erfurt 47. 450. 451.
Micyllus, Jakob, 637.
Milus s. Moller.
Molberg 415.
Molitor, Joh., 588.
Moller, Joh., 507.
Molschleben, Dorf, 511. 529.
Monteregius (de Monte regio) s. Müller, Johann.
Morch, Gothaer Domherr, 11. 16. 30. 31. 50. 58. 65. 66. 89. 100. 147. 187. 194. 198. 200. 201. 207. 209. 210. 213. 217. 221. 222. 224. 234. 235. 241. 269. 280. 282. 283. 286. 291. 316. 323. 336 341. 385. 387. 388 398. 421. 429. 461. 464. 505. 506. 511. 519 534. 541. 542.
Moriani, Freunde des Morus, s. Morch.
Moriones, Freunde des Morch, 307.
Morus s. Morch.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/357

Mosellanus, Petrus, 344. 559. 562. 565. 571. 573—596. Basilius Magnus: 573. 574.
Mudt, Johann, Vater Mutians, 348. Johann, Bruder Mutians, Küchenmeister: 3. 29. 243. 244. 348. 453. 508. 510. Johann, Br. Mutians, hessischer Kanzler: 2. 3. 243. 244. 348. 639. 640. Nichte Mutians: 41. 194. 339. 522. Verwandte: 1. 31. 41. 270. 271. 331. 339. 433.
Mühlberg, Dorf, 281.
Müller, Joh. — von Königsberg (de Monte regio, Mousregius) 459. 469.
Müntzer, Thomas, 620 c.
Musardus, Henricus, 184. 186. 189. 195. 196. 198. 202. 207. 217—220. 223. 224. 234. 235. 237. 239. 240. 241. 250. 273. 282. 286. 291. 300. 306. 312. 317. 335. 352. 353. 388. 389. 394. 414. 415. 421. 425. 444. 464. 465. 502. 519. 522. 524. 539. 580.
Myconius 621. 625 c.
Mystener, Paulus, 193. 198. 204—206. 208. 215. 222.

Nachtgall, Ottomar (Luscinius) 553.
Nahasso = Petrejus 182.
Nathin, Joh., 282. 283.
Nebrissensis, Aelius Antonius 542.
Neoterici 32.
Nephalius, fingierter Name für Heinrich Urban, 65.
Nepotianus, Andreas. 193. 194. 203. 205. 250. 265. 269. 304. 337. 340. 350. 356. 358—360. 393 a. 393 b. 421. 504. 506. 509—512. 517—521. 523. 525. 526. 532. 534. 539. 548. 572. 605 b. 620 a.
Nesen, Wilhelm, 622.
Neuenaar, Graf Hermann von, 443.
Nicolaus s. Basellius.
Nicolaus s. Figulus.
Nicolaus, Mönch, 281.
Nicolaus V, Papst 130.
Nigellus, Eleutherius. 477.
Nithard, Johann, 234. 248. 302. 306. 339. 375. 387. 414. 415. 419. 421. 441. 457. 458. 471. 479. 480. 511.
Noricus s. Spalatin.
Northusensis bacularius 547.
Northusensis, Vikar in Erfurt, 505. 508. 510. 530.
Northusensis scriba 625 b.
Novata? 323.
Noxus, Johann (Atensis) 589.

Obscurorum virorum epistolae 499. 555.
Occam, Wilhelm, 130. 569. 584. 590.
Odofredus Beneventanus 530.
Oecolampadius 590.
Ohradorphius pastor 220. 286.
Origenes 306. 456. 467. 506.
Orosius 12.
Ortvinus Gratius 251. 455. 554. Acta 455.
Osci et Vuolsci 443.
Osius (Hosius) Philipp, 441. 462. 468. 481. 487.
Osmunde, Georg - von Halle (Hallensis) 242—246. 249. 253. 254. 290. 328. 351. 365. 375. 376. 393—395. 414. 438. 441. 471. 473. 519. 527. 536. 562.
Ossenburgius, Joh., 594.
Osthusen 27. 110.
Oswald aus Eisenach 249.
Otho, Diener Mutians? 4.
Otto von Braunschweig 234.
Ottra, Joh., 221. 222. 232. 234.

Palatinus (Pfalzgraf) 20.
Panormitanus, Antonius, 320.
Parisiani doctores 365, Parrisienses (Disputata doctorum P.) 455. 456. 467. 470.
Parthenopolis (Magdeburg) 446.
Parvulus, scholastisches Lehrbuch, 273. 277. 280. 418.
Passio Christi 43.
Patavini doctores 365.
Paulus Aquilius, Famulus Mutians, 13. 35. 154. 185. 196. 197. 200. 203. 247. 249. 252. 346 (?). 423. 454. 518 (?). 595.
Paulus aus Homberg 456. 518 (?). 524.
Paulus s. Huthener.
Paulus Venetus 258.
Paulus? 346.
Pennaforte, Raimund von, 115.
Peperiphrones (Anhänger des Pfefferkorn) 250. 310.
Perottus, Nicol. (Cornu copiae) 133. 164. 185.
Perusinus, s. Philippus Perusinus.
Petrejus (Peter Eberbach) 46. 67. 76. 81. 108. 118. 121. 125. 131—134. 153. 163—165. 171. 180—182. 194. 199. 203. 211. 214. 218. 225. 228. 229. 233. 236. 238. 241—243. 245—247. 249. 250. 258. 264. 266. 268. 269. 274. 281. 283. 285. 289. 290. 292. 294. 295. 297. 299. 300. 302. 303. 312. 320. 323. 324. 328. 343. 352. 357. 364. 367. 410. 414—416. 419. 426. 441. 443. 445. 472. 482. 491 a. 502. 506. 510. 511. 519. 529. 532. 539. 547. 554—556. 562. 571. 606. 617. 630. 643. 644.
Petrucius 245.
Petrus? 537.
Petrus, Adam, 595.
Petrus Hispanus 407.
Petrus s. Petrejus.
Petrus Ravennas 20. 617.
Petus (Petz) Freund des Herebord von der Marthen, 146.
Petz, Georg, aus Forchheim 606—608. 611.
Peutinger, Konrad, 242. 275. 298. 555. 594.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/358

Pfefferkorn, Joh., 225. 226. 298. 303. 453. 454. Sturmglock: 455.
Pfeffinger, Degenhard, 86. 116. 119. 121. 141. 169. 275. 284. 298. 324. 341. 352. 379. 414. 419. 427. 541. 584.
Phacchus, Balthasar, 155. 157. 344.
Phaedrus s. Moselianus.
Phagensis? 4.
Philcorneus = Philippus Corneus 232.
Philelphus, Franciscus, 62. 406.
Phileremus s. Herebord von der Marthen.
Philipp von Braunschweig 602.
Philipp der Grossmütige von Hessen 173. 595. 625 b.
Philippus Perusinus (Corneus) 296.
Philomusus, Jakob (Locher) 169. 170. 409.
Philymnus s. Tilonin.
Phorcensis adolescens (scholasticus) 431. 434. 465.
Phrysius s. Agricola, Rud.
Picae mendicantes 459. 578.
Piccolomini, Franciscus, s. Pius III.
Picus, Johann — Graf von Mirandula 2. 185. 275. 303. 410.
Pirkheimer, Willibald, 521. 589. 594.
Pistor, Georgenthaler Mönch (?) 147.
Pistor, Gothaer Geistlicher (?) 50.
Pius III., Papst (Senensis cardinalis, Franc. Piccolomini)
Placentinus, Georgius Valla, 13. 62.
Placentinus, Petrus Valla, 406.
Planudes, Maximus 526.
Platina, Bartholomaeus, 12. 60. 62. 77. 83. 115. 235.
Plato 507.
Plattfuss, Martin, 58. 86. 89.
Platz, Ludwig (Melosingus) 599.
Plettener, Tilemann — aus Stolberg 609.
Plinianae Castigationes 34.
Plinianus Index 547.
Plinius d. Jüngere 333.
Plutarchus, opera 382, de educatione puerorum 105, Pl. Noricus 521.
Podalirius s. Heinrich Eberbach 264.
Poggio, Gian-Francesco-Bracciolini 532.
Politianus, Angelus, 101. 117. 261. 570.
Pollux, Julius, 25 a.
Polyanthea 506. 535.
Polycraticon 521.
Polydorus Vergilius 34.
Pomponius Laetus 77.
Pontanus, Johannes Jovianus, 53. 260. 261.
Praedicatores (Cascarii) 353. 359. 361. 363. 516. 565.
Prochetus, Erzbischof, 83.
Proclus 153.
Protospatarius? 163.
Publius, Adam (Pub oder Buob) 350. 355. 356. 361—363. 370. 374—376. 381. 383. 384. 388. 390. 391. 393 a. 393 b. 394. 404. 405. 407. 411. 423. 428. 431. 435. 437. 438. 441 444. 449. 455. 456. 461. 466. 486. 492. 500 508. 509. 518. 524. 528. 534—536. 539. 541. 542. 545. 546. 550.
Pyrrhus (Burrhus, Rufus) Janus — Campegus (Tubero) 78. 174. 193. 198. 205. 215. 233 235. 238. 241. 247. 269. 271. 273. 293. 304. 306. 322. 323. 326. 328. 391. 431. 436. 437. 471. 480. 498. 519. 522. 528.
Pythagoricorum aenigmatum enchiridion 158.

Questenberg, Jakob 555.
Quintilian 586.
Quodlibeta 570.

Raimundus s. Pennaforte.
Rainensis s. Londergut, Ludwig.
Regius, Raphael 323. 586.
Regulus = Wildenfels, Anarg, 367.
Reimbotus, Joh. 70. 129. 368. 411.
Reinhardsbrunn (Kloster) 74. 223. 625 b.
Reuchlin, Johann (Capnion, Fumus) 2. 57. 66. 205. 218. 225. 226. 250—252. 269. 273 - 275. 277. 280. 285. 286. 288. 294—296. 298. 303. 310. 316. 320. 320 a. 321. 322. 325. 326. 331. 345. 353. 359. 361. 378. 387. 410. 426. 434. 440. 443. 447. 455. 459. 465. 469. 471. 477 a. 483. 499. 503. 507. 516. 533. 554. 555. 565. 566. 571. 575. 578. 590. 594. 605. Acta iudiciorum: 555. Augenspiegel (Speculum oculare) 226. 303. 320. 320 a. 361. 363. 554. 555. 565. De arte cabbalistica: 575. Constantinus magnus: 303. 321. 345. 349. 384. Defensio (Apologia): 251. 269. 469. 503. 516. Progymnasmata: 294. De rudimentis hebr.: 43. Sergius: 294. 306. De verbo mirifico 275.
Reuchliastri 277.
Reuter, Kilian, aus Mellerstadt 66.
Reynher, Johann, aus Tambach (Dannebacchus, Tambacchius, Calvus) 27. 187. 194. 388. 519.
Rhabanus Maurus 2.
Rhanis, Henricus, 234. 264 (?) 311. 317. 415 (?) (Rhaniculus) 470. 474. 507. (Rhanas) 508. 541. Thesibius 260. 264 (?) 415 (?)
Rhenanus, s. Beatus
Rhodiginus, Ludovicus Caelius, 567. 570.
Rhodius, Henricus, 323 (?) 328 (?) 340 (?)
Rhodius, Sebastian, 323 (?) 328 (?) 340 (?) 352.
Rhodomannus 185.
Richenbacchus 11.
Ridensis 502.
Rietesel 226. (Vulpert) 257.
Riseburgum 343.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/359

Roda 471.
Rosinus, Stephanus, 55.
Rossbach, Heinrich, 244. 289. 522. 605b.
Rotenburg, Heinrich, 138.
Rottendorfer, Nicolaus 604. 605b.
Rovere, Francesco Maria della, 580.
Rucker, Andreas, 486.
Rucker, Konrad, 486.
Rucker, Volgwin 461. 470.
Ruckerath, Johann. s. Wesel, J. von.
Rudlanf, Hieron., 24. 306. 618.
Ruess, Georg, 144. 343. 387. 388. 414. 419. 519.
Rufinus, Benedict, 10. 19. 28. 41. 58. 60. 63. 86. 91. 113. 142. 146. 152 156. 158. 163. 167. 172. 182. 194. 255. 340. 386. 423. 455. 507.
Rufus, Bote, 529.
Rufus s. Pyrrhus.
Rufus? 445.
Rutilius s. Weiss, Konrad.
Rysswick, Hermann, 378.

Sabellicus s. Antonius, Marcus — Coccius Sabellicus.
Sabinus, Georg, 637.
Sachsa, Jakob, 286. 364.
Sachsa, Johann, 140.
Salicetus 232. 290.
Saltzmann, Johann 76. 187. 224. 289. 381. 387. 471. 617.
Sauromatae 319.
Saurus, Stanislaus, 402. 472.
Sbrulius. Richard, 58. 280. 495. 496.
Scaevolae 301.
Schade, Sebastian, 618. 620b.
Schalbus, Kaspar, 294. 324. 326–328. 331. 345. 352. 361. 372. 438. 456. 489. 620.
Schallis, Heinrich, 306.
Scheurl. Christophorus, 155. 555.
Schill, Andreas — von Ilmen 316.
Schilus, Georg, 341. 444. 453. 455.
Schilus, Martin, 121. 191. 208. 214. 229. 270. 276. 287. 289. 292. 302. 341. 352. 356. 375. 379. 384. 398. 406. 407. 411. 421. 424. 425. 427. 431. 439. 444. 447. 453 —455. 457. 480. 563.
Schindecopius, Johann, 209. 283.
Schoep 76.
Schrendeisen, Job 376.
Schönau (Belpratum) 14. 15. 65. 147. 252. 269. 323. 502. 520. 523.
Schwan s. Eobanus Hessus.
Schweizer, Georg, 136.
Scotus monachus 62. 377. 573.
Selim I., Sultan, 580.
Semigraeculus 77.
Seneca 235.
Senensis Cardinalis s. Pius III.
Serenus Pappus 498.
Serges, Hermannus — de Dorsten 316. 320a.
Severi breviarium 247. 345.
Severi cemiterium in Erfurt 24.
Severus? 12.
Sextus 138 (?). 140 (?).
Sextus sc. liber 138 (?) 140 (?).
Sifridus (?) 224.
Sigillifer, s. Sömmering, Johann.
Signifer s. Sömmering, Johann.
Silberborn, Johann, 622.
Simler, Georg, 205 294. 306.
Simoneta, Bonifacius, 235. 271. 273.
Sino s. Bobeczan.
Sixtus II., Papst, 491.
Sixtus IV., Papst, 89. 459. 469.
Smeth, Jodocus, 117.
Sobius, Jakob, 344. 378. 408.
Socinus, Marianus 586.
Sömmering, Johann (Sigillifer, Signifer, Cotio.) 11. 50. 130. 131. 146. 158. 167. 191. 197. 201. 204—207. 209. 224. 228. 233. 234. 241—243. 245. 248. 249. 266. 272 280. 287. 306. 308. 309. 330. 336. 375. 376. 394. 407. 414. 415. 418. 421. 438. 441. 457. 458. 461. 470. 509. 519. 528. 529. 556. 562. 620c. 644.
Sömmering, Johann (Magister, der Jüngere, 11. 266. 306.
Solanus, s. Hessus, Eoban.
Solinus 324.
Solitarii s. Carthäuser.
Sontelt, Christophorus, 126. 281. 302. 306. 323. 328. 340.
Spalatin, Georg (Noricus) 3—11. 13. 14. 16—19. 21. 22. 24. 25. 25a. 25b. 25c. 26–29. 33–35. 37. 38. 40. 42. 43. 46. 49. 50. 53. 54. 57–59. 63. 64. 66–69. 71—73. 76. 77. 79. 81—83. 87—93. 95 97. 99. 101—109. 112. 113. 115. 116. 119. 121. 122. 122a. 123—125. 136–139. 141. 142. 145. 146 155. 156. 158. 163. 164. 179. 193. 197. 199. 200. 215. 219. 223. 226. 231. 233. 234. 238. 248. 249. 250. 269. 273. 284. 291. 302. 303. 306. 308. 311. 316. 317. 320. 324. 338. 339. 341. 343. 357. 361. 367. 368. 375. 379. 382. 387. 398. 414. 419. 421. 441. 447. 450. 458. 464. 477a. 479. 480. 490. 491a 496. 502. 503. 559. 578. 584. 594 595. 597. 600. 602. 605. 605a. 605b. 610. 613. 615. 618. 620a. 620b. 620c. 620d. 621. 623. 625. 625a 625b. 631. 637. 640. 641. 644.
Spater, Adolar, 571.
Spater, Catharina, Gemahlin des Eob. Hessus, 451—454.
Spater, Schwiegervater des E. Hessus, 451. 481.
Sperber, Jakob, 592. 605b.
Speculator 4. 296.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/360

Spicenassus, Albertus, 465.
Spiegel, Jakob, 394. 306. 323. 547.
Spinturnitius 89.
Stapulensis s. Faber, Jacob.
Statius 62.
Statius? 556.
Staupitz, Johann von, 122. 490 491. 568. 570. 594. 603. 605.
Stein, Eitelwolf vom, 381. 486. 496. 502. 513. 514. 516—519. 533.
Stephanus, Bruder Spalatins, 78. 140. 193. 200. 219. 421. 461. 502. 605b.
Stephanus de urbibus 333.
Stercutius. 76. 112. 124.
Stigelius, Johann, 637.
Stolon, Henricus, (Dibacchus) 327.
Stolz, Lorenz, 365.
Stoltzing 509.
Stormdorff, Henno, 541.
Sturnus, Johann, 594.
Sturz, Georg, 619. 627.
Sturz, Matthaeus, 365.
Suebus, Eberhard, 547. 564 572, 580. 611.
Sueton 586
Suicerus (Helvetius) 575. 589.
Suidas 333. 507.
Sunthausen, Valentin, 459. 473. 476. 480. 496. 513. 514. 516. 517. 533.
Symmachus 57.

Tabernarius, Caesar, 430
Tacitus 566.
Talmuth 171. 225.
Tambach, Dorf, 59. 103. 411. 605b.
Tambach(ius) s. Reynber, Johann.
Tawbenesser 282. 341.
Temerarius, Mönch, 74. 241.
Tertullian 574.
Thelasina, Geliebte des Morch, 66. 147.
Thelesphorus, Papst, 473.
Themariensis, Praepositus, 74. 125.
Theodorici, Jacobus — de Hoorn s. Ceratinus.
Thesaurarius von Georgenthal 94.
Thomas, Offizial, 364. 519. 549.
Thomas (von Aquino) 377. 574.
Thrina s. Spater, Katharina.
Thurius s. Marschalk, Nicolaus.
Tiburtius Cajanus? 182.
Ticinenses doctores 365.
Tilia levis 551.
Tilonin (Tilmannus Conradi de Göttingen, Philymnus) 58. 59. 95 (?) 245. 268. 272. 273. 277—281. 285. 287. 290. 293. 294. 296. 299. 300. 328. 409. 443. 493. 496—498. 502. 506.
Tile (Tilonius), Johann — de Gotha 547?
Tilus, Johann, von Eisenach 245. 268. 272. 300. 345. 547 (?)
Tiro, fingierter Dichtername, 636.
Titus Marius s. Diethmar.
Toletanus Cardinalis s. Croi, Wilh.
Torquatius 164.
Trapezuntius, Greg., 382. 537.
Traversarius, Ambrosius, 211. 324.
Trebelius, Hermann, 71. 72. 78—80. 248.
Trebellius Wigand, 1.
Trierer Rock 258.
Trithemius, Johannes, 2. 19. 20. 225. 295. 302. 306. 594.
Triumphus Capnionis 387. 393. 410. 419.
Triumphus Veneris 62.
Trophonii 320.
Truchses, Lorenz — von Pommersfelden 306. 326.
Trutfetter, Jodocus (Isiacus) 30. 33. 88. 222. 234. 277. 286. 387. 418 555.
Tuchhefter, Andreas, 365.
Tungern, Arnold von, 219. 226. 251. 260. 275. 277. 303. 320. 325. 554. Articuli sive propositiones 218. 219. 224. 226. 228. 275
Tunstallus, Chutbertus, 590. 602.
Turrecremata, Johannes de, 40.
Tyrannius, Rufinus 389.

Ubii, Kölner Theologen, 261.
Urban I., Papst, 36.
Urbanus Belunensis 124.
Urbanus, Conradus, 620d. 625b.
Urbanus, Henricus, (Henricus Fastnacht de Urba) 3—44. 46. 48 51. 53 - 59. 63—66. 68. 69. 71. 73—76. 78. 81 – 104. 106. 107. 110. 112. 120. 122. 122a. 124 – 126. 128. 129. 134. 136. 138 - 140. 142. 144. 147. 150 - 152. 154. 156. 161. 162. 164. 166. 167. 169—172. 176. 179. 185. 187. 191—210. 212—215. 218—224. 226. 228—231. 233 - 236. 238. 241—245. 247 – 259. 264 — 266. 268—274. 277—289. 291. 292. 297—300. 302 - 304. 306. 308 – 316 318. 320—331. 335—341. 345—358. 360—372. 374—388. 390—393. 393a. 394—398. 400 403 – 407. 409—411. 414. 415. 418—421. 423—425 427—431. 433. 435—441. 444. 446—449. 453 - 458. 461—468. 471. 472. 475. 479—481. 483. 487. 491. 491a. 492 493. 496. 500. 502—504. 506. 509—511. 515. 517—526 528. 531. 534—536. 538 – 546. 548. 564. 572. 580. 600. 604. 605a. 605b 613. 615. 617. 620. 620a. 620b. 620c. 621. 625. 625a.
Urbicus, Janus, 249—251. 269. 282. 283. 292. 316. 323. 331. 352—356. 374. 375. 393b. 395. 431. 446. 454. 474. 480. 536.
Urbinas Regulus s. Rovere.
Uriel, Erzbischof von Mainz, 191. 251. 348. 353.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/361

Urspergensis praeses s. Lichtenau, Konr. von.
Uschog, Hentz, 224.
Usingen, Bartholomaeus Arnoldi, 582.
Utisbergius (Sifridus) 372.

Vadianus (Joachim Watt) 180.
Valentin, Diener Mutians, 123. 331.
Valentin s. Jungermann 249.
Valentin, ein Wittenberger (?) 155.
Valla, Laurentius, 19. 32. 40. 60. 61. 101. 275. 285—287. 526.
Vanderviggius, 555.
Vegius, Maffeus, 382.
Velius, Ursinus — Suidnicensis 637.
Venator, (Venatorius), Johann, s. Crotus.
Venetus orator 159.
Vergilius, Commentarii, 117.
Vicarii Mariani (der Erfurter Marienkirche) 244. 253. 259. 269. 270. 273. 288. 289. 292. 304. 306. 309. 427. 456. 458. 462. 466. 471. 487. 505—507. 509. 510. 522.
Vigilantius 164. 190. 330.
Vincentius von Beauvais 221.
Vincentius 85.
Vindelici 242.
Vitalis s. Publius.
Vitruvius 62.
Volaterranus, Raffael Maffejus, 76. 165. 171. 570.
Voltzke, Simon (Fulcinus, Harpago) 65. 115. 222. 224. 249. 306. 314. 316. 455. 457. 462. 468. 481. 492. 500. 505. 506. 508—510. 522. 528. 530.
Vulcania villa 147.
Vulcanus Drusillus (Drusus) 374. 382. 388. 393. 393 b. 394. 395. 429. 449. 508. 518.

Wägelin, Georg, s. Achensis.
Wagner, Matthaeus, 89. 154(?). 256. 381. 471.
Walachii 605 b.
Walen 213. 237.
Waltershausen, Schloss, 24
Wangenheim, Schloss, 30.
Wangenheim, Bernhardinus von, 30
Watt, Joachim, s. Vadianus.
Weinmann, Sebastian, 143.
Weiss, Konrad, 248. 249. 400.
Weitershausen, Georg von, 372.
Werlich, Johann (Guerlich) 227. 234. 328. 418.
Wesel, Johann von (Ruckerath) 320.
Widelingk, Konrad, 366.
Wildenfels, Anarg (Regulus) 367. 625 b.
Wilhelm I., Landgraf von Hessen, 173.
Wilhelm II., Landgraf von Hessen 118. 158. 401. 431.
Wilhelm. (?) 61. 152.
Wisbach 249.
Wimpheling 9. 10.
Wolf, Amandus, 639 – 641.
Wolf, Thomas, 8. 9. 43. 46. 66. 86 153. 164. 185. 586. 639 641.
Wolf, Thomas, senior, 153.
Wolfgang von Anhalt 602.
Wolfgang, ein Wittenberger? 88.
Wyra, Pfarre, 620 a. 620 b.

Xenophon 25 a.
Xenophon, fingierter Dichtername, 636.
Xystus Pythagoricus s. Sixtus II.

Zabarella, Franciscus, 61. 221.
Zasius, Ulrich 46. 586. 587. 589. 590 594.
Zcink 539.
Zenobius 285. 296.
Zonaria 434.
Zonarius 142.
Zozinus s. Socinus, Marianus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/362

Berichtigungen des Brieftextes.

Band I.

Seite	1	Zeile	8	von oben	lies	tot Christianorum statt Christianorum.
„	14	„	2	„ „	„	valitudinem statt valetudinem.
„	25	„	13	„ „	„	Pagane statt Pagani.
„	28	„	4	„ „	„	Sic statt Sio.
„	29	„	9	„ „	„	amor et statt amoret.
„	33	„	6	„ „	„	expectacione statt exspectacione.
„	35	„	11	„ unten	„	rethoricari statt rhetoricari.
„	37	„	1	„ „	„	1506 statt anno 1506.
„	48	„	4	„ oben	„	diluculo statt diuculo.
„	51	„	4	„ „	„	tamen statt stamen.
„	51	„	3	„ unten	„	ut statt et.
„	52	„	7	„ oben	„	expecto statt exspecto.
„	54	„	23	„ „	„	eos principes statt eos.
„	60	„	3	„ unten	„	Carmelitae[1] statt Carmelitae[2].
„	60	„	3	„ „	„	Hessiaci[2] statt Hessiaci.
„	61	„	18	„ oben	„	continetur[c] statt continetur.
„	62	„	5	„ unten	„	$3^1/_2$ statt IV.
„	73	„	1	„ oben	„	eruditissimis statt eruditis.
„	11	„	74	„ „	„	tuos subsidiis statt tuo ssubsidiis.
„	14	„	78	„ „	„	Platina[3] statt Platina[4].
„	86	„	18	„ „	„	oblacio statt oblaico.
„	86	„	14	„ unten	„	omnis statt omnes.
„	88	„	8	„ oben	„	loquar statt toquar.
„	92	„	12	„ „	„	vor Plus: Quis sua committat tali furciféro?
„	93	„	2	„ unten	„	provintia statt provinciam.
„	97	„	3	„ „	„	erroris admonebo statt errorisadmonebo.
„	103	„	15	„ oben	„	quo statt quod.
„	103	„	18	„ „	„	susciperem statt suspicerem.
„	103	„	1	„ unten	„	ultorem statt ultorum.
„	105	„	17	„ oben	„	Urbima (?) statt Urbima?
„	117	„	11	„ „	„	raras statt rares.
„	128	„	3	„ unten	„	antistes[8] statt antistes.
„	128	„	1	„ „	„	Mattheus statt Mattheus[8].
„	137	„	4	„ „	„	loquaces statt oquaces.
„	138	„	11	„ oben	„	non[c] dementie statt non dementie[c].
„	140	„	1	„ „	„	ali = statt ali.
„	145	„	13	„ „	„	commentator ponit statt comentat orponit.
„	145	„	7	„ unten	„	Emylium statt Emilium.
„	155	„	10	„ „	„	docendi statt docend.
„	156	„	2	„ „	„	nubecula statt nubercula.
„	160	„	4	„ „	„	de statt dis.
„	160	„	3	„ „	„	tempore statt temporet.
„	163	„	7	„ „	„	ad = statt ad.
„	167	„	12	„ oben	„	uti statt ut.
„	175	„	10	„ „	„	loci statt locis.
„	176	„	7	„ „	„	μελάνουροι ... φιλόνεικοι st. μελανουροὶ ... φιλονεικοὶ.
„	183	„	5	„ „	„	iuventa statt inventa.
„	193	„	5	„ unten	„	casum statt casus.
„	194	„	3	„ oben	„	aris statt ars.
„	199	„	11	„ „	„	complectere statt amplectere.
„	209	„	1	„ „		fällt aus.
„	209	„	14	„ „	„	Quocirca statt Quocirco.
„	213	„	4	„ unten	„	Sestii statt Sextii.
„	215	„	11	„ oben	„	sacerdotes statt sacerdotet.
„	216	„	3	„ „	„	beatas statt beatos.
„	216	„	4	„ unten	„	addicta[a] statt addicta.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/363

Seite	224	Zeile	1	von	oben	lies	propheta[1] statt propheta[3].
„	224	„	8	„	„	„	filius[2] statt filius[4].
„	224	„	11	„	„	„	Vuolphii[3] statt Vuolphii[1].
„	224	„	5	„	unten	„	preceptori[4] statt preceptori[2].
„	278	„	11	„	„	„	reddendam tibi statt reddendam.
„	232	„	5	„	„	„	psalmographi[2] statt psalmographi.
„	232	„	4	„	„	„	ut statt uti.
„	241	„	9	„	oben	„	ideomate statt deomate.
„	242	„	1	„	„	„	reumatismo laborat statt reumatis molaborat.
„	247	„	12	„	„	„	fumus statt fumus.
„	248	„	1	„	„	„	Herebordo statt Herebord.
„	257	„	1	„	unten	„	fratrem statt fratrum.
„	261	„	4	„	oben	„	apophthegma statt apophtegma.
„	268	„	11	„	„	„	πυλωρὸς statt πυλοφὸς.
„	269	„	1	„	„	„	Plautinum[1] statt Plautinum.
„	269	„	2	„	„	„	anteeo statt anteo.
„	270	„	13	„	„	„	tibi liceat statt liceat.
„	276	„	6	„	unten	„	verbis vulgare statt verbi svulgare.
„	288	„	11	„	„	„	rithmi statt rythmi.
„	291	„	6	„	„	„	inprimis[b] ... Henrico statt inprimis ... Henrico[b].
„	292	„	6	„	oben	„	habebam statt habebatur.
„	294	„	14	„	unten	„	alumnus statt alummum.
„	294	„	13	„	„	„	proserpentem statt proserpentam.
„	296	„	1	„	oben	„	Divinissimo statt Divintissimo.
„	302	„	8	„	„	„	insidias inimici statt insidia sinimici.
„	314	„	5	„	unten	„	ille statt lle.
„	317	„	6	„	„	„	inprimis statt imprimis.
„	320	„	21	„	„	„	dummodo statt dommodo.
„	322	„	23	„	„	„	arroganncie statt arrigancie.
„	327	„	11	„	oben	„	blande statt blando.
„	330	„	6	„	unten	„	autoritas statt autoritatis.
„	332	„	2	„	oben	„	consimilium statt consilium.
„	332	„	15	„	„	„	atrociter statt atraciter.
„	332	„	6	„	unten	„	solum statt solum nostris.
„	333	„	16	„	oben	„	supplicii statt suplicii.
„	336	„	14	„	„	„	omittatur statt omattur.
„	339	„	16	„	„	„	epithaphium statt epitaphium.
„	347	„	13	„	unten	„	futurum ut statt futurum.
„	348	„	14	„	oben	„	gratuler statt gratulor.
„	352	„	13	„	unten	„	Bonifacii statt Bonfacii.
„	354	„	4	„	oben	„	cessans inferius statt cessans.
„	354	„	5	„	unten	„	titulus statt itulus.
„	355	„	10	„	„	„	medendo statt medundo.
„	359	„	5	„	„	„	immaculate statt immaculete.
„	359	„	3	„	„	„	scripsi statt scripi.
„	365	„	11	„	oben	„	x eclogas statt eclogas.
„	370	„	28	„	„	„	iuventuti statt inventuti.
„	370	„	13	„	„	„	atramentario statt atrumentario.
„	374	„	3	„	„	„	disserendi statt differendi.
„	374	„	16	„	„	„	iuvantibus statt iuvantibus.
„	378	„	10	„	„	„	affaniis statt affamiis.
„	391	„	1	„	„	„	verba[1] statt verba[b].
„	396	„	16	„	„	„	triumphus ille statt trinmphus.
„	936	„	7	„	„	„	favet statt favit.
„	396	„	14	„	unten	„	mille aliis statt aliis.
„	397	„	3	„	oben	„	illis statt illis viris.
„	401	„	5	„	„	„	quadrifariam statt quardcifariam.
„	403	„	5	„	„	„	quinquennio collocasti statt collocasti.
„	409	„	14	„	„	„	vivere. Valebis statt vivere valebis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/364

Seite 410 Zeile 3 von oben lies ignoro statt ignore.
„ 412 „ 11 „ unten „ protestacionem statt protastacionem.
„ 417 „ 7 „ „ „ remittenda suggerit statt remittendas uggerit.
„ 422 „ 13 „ „ Nach fidem fehlt: quod videbatur mihi miraculum portentosum.
„ 430 „ 4 „ „ oben lies appellavit statt appellant.

Band II.

Seite 15 Zeile 14 von unten lies ingenio statt genio.
„ 16 „ 15 „ „ „ carmen mysticum statt mysticum.
„ 18 „ 16 „ „ „ potius statt potuis.
„ 21 „ 10 „ „ „ pati et statt patiet.
„ 27 „ 8 „ „ „ plebecula statt pelbecula.
„ 33 „ 10 „ oben „ nummos statt uummos.
„ 37 „ 4 „ unten „ loquacitas statt loquacitus.
„ 41 „ 8 „ „ „ bibliothece statt bihliothece.
„ 44 „ 3 „ oben „ ac statt ct.
„ 44 „ 12 „ unten „ opinione statt opione.
„ 45 „ 6 „ oben „ ct viro statt viro.
„ 47 „ 1 „ unten „ celtem statt celten.
„ 57 „ 2 „ oben „ cenobium statt cenobiam.
„ 59 „ 11 „ „ „ accipies statt accipias.
„ 60 „ 13 „ „ „ gedechtnus statt gedechnuss.
„ 60 „ 17 „ „ „ ir statt r.
„ 68 „ 7 „ „ „ bone statt bene.
„ 68 „ 9 „ unten „ casu statt cosu.
„ 69 „ 5 „ oben „ Eobanum statt Eobunum.
„ 78 „ 9 „ unten „ potissimum statt potissionum.
„ 80 „ 1 „ oben „ sumpsi[a] statt sumpsi.
„ 80 „ 6 „ „ „ quod[b] statt quod.
„ 80 „ 7 „ „ „ octo[c] statt octo.
„ 80 „ 9 „ „ „ voto[d] statt voto.
„ 80 „ 9 „ „ „ poterit[e] statt poterit.
„ 80 „ 10 „ „ „ universus[f] statt universus.
„ 82 „ 5 „ „ „ egrotavit statt egratovit.
„ 88 „ 1 „ unten „ benevolencia statt benevoleucio.
„ 95 „ 16 „ „ „ primaria professione statt professione.
„ 102 „ 5 „ oben „ patrui statt patrii.
„ 107 „ 7 „ unten „ te[c] statt te[2].
„ 111 „ 11 „ „ „ didicisse statt didici.
„ 112 „ 7 „ „ „ tum in statt tum.
„ 127 „ 10 „ „ „ Cod. statt Codex.
„ 128 „ 6 „ „ „ pretrudatur statt pertrudatur.
„ 133 „ 10 „ oben „ et autoris nescia transtulit statt transtulit.
„ 147 „ 10 „ unten „ Rucker statt Ruckert.
„ 151 „ 10 „ „ „ eruditus statt erudi.
„ 153 „ 9 „ „ „ ego statt lego.
„ 155 „ 4 „ oben „ ades statt es.
„ 162 „ 11 „ „ „ concerptas igni statt concerpta signi.
„ 167 „ 12 „ „ „ Northusensis statt Nothusensis.
„ 192 „ 1 „ „ „ Pauliana[2] statt Pauliana.
„ 195 „ 9 „ „ „ suspicio statt suscipio.
„ 202 „ 14 „ „ „ fleyßvorkeufer statt fleyßverkeufer.
„ 208 „ 9 „ „ „ locupletissimas statt locuaspletissim.
„ 210 „ 5 „ „ „ potius statt potuis.
„ 218 „ 12 „ „ „ caussa statt ca ussa.
„ 224 „ 15 „ „ „ propositionum statt propositio num.
„ 218 „ 5 „ „ „ tidie statt fidie.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/365

Seite	225	Zeile	3	von unten	lies	conterraneo[b] statt conterraneo.
„	231	„	3	„ oben	„	habuisti statt habiusti.
„	236	„	14	„ unten	„	si statt se.
„	249	„	6	„ oben	„	tenebricosus statt tenebicosus.
„	252	„	1	„ „	„	Lipsis statt Lipss.
„	255	„	8	„ „	„	utputa statt ut puta.
„	262	„	11	„ „	„	preripuit statt precipuit.
„	271	„	12	„ „	„	collegii statt collegi.
„	276	„	17	„ „	„	cupidiores statt cupidores.
„	276	„	8	„ unten	„	munere statt muneri.
„	293	„	5	„ „	„	ἀνὴρ statt ἀνὴς.
„	296	„	10	„ oben	„	poete statt poeto.
„	299	„	19	„ „	„	aliud statt aluid.
„	299	„	21	„ „	„	quadam statt quodam.
„	300	„	2	„ unten	„	diligunt statt deligunt.

Berichtigungen und Nachträge zu den Beigaben des Brieftextes.

Band I.

Seite 1 Anmerkung 2 Zeile 3 von unten lies Empfängnis statt Empfängniss.

„ 2 „ 2 Nach einer freundlichen Mitteilung des Herrn Professor Crecelius aus Rom ist mit dem Cardinalis Alexandrinus der Jurist Johannes Antonius de S. Georgio aus Mailand gemeint, der vor seiner Berufung nach Rom in Pavia lehrte und schrieb. Vgl. Fasti Cardinalium Sanctae Romanae Ecclesiae Auctore Jo. Palatio. Venetiis 1701. Vol. II. col. 456.

„ 4 über Brief 3 lies (1505) statt 1505.

„ 4 Anmerkung 1. Urban erhielt erst 1510 die Magisterwürde. Vgl. C. Krause. Der Briefwechsel des Mutianus Rufus. Einltg. S. VIII. Ich vermutete, dass Urbans Name, vielleicht als „Henricus Fastnacht de Urba“ oder ähnlich sich in der Leipziger Magistermatrikel, um das Jahr 1509 herum, fände und richtete eine darauf bezügliche Anfrage nach Leipzig, wurde aber dahin benachrichtigt, dass weder in den Inscriptionslisten noch in den Matrikeln der philosophischen und theologischen Fakultät dieser Name erschiene.

„ 6 „ 2 Nach Br. 639 lässt sich genauer bestimmen, wann der hessische Kanzler gestorben ist.

„ 7 „ 3 Otho ist vielleicht identisch mit dem in Brief 177 genannten Oddo Caspar.

„ 11 über Brief 7 lies Gotha (Sommer 1505) statt (Gotha, Sommer 1505).

„ 12 Anmerkung 1. Vgl. über Thomas Wolf das Werk von Ch. Schmidt. Histoire littéraire de l'Alsace. Paris 1879. 2 Bände. Aus der Bologneser Matricula nobilissimi Germanorum collegii ergiebt sich, dass Th. Wolf 1499 in Bologna immatrikuliert ist als Thomas Vuol(f) iunior sanctorum Thomae et Petri ... Argentinensis ecclesiarum canonicus“ und das Jahr darauf sein Bruder Amandus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/366

Seite 16 Anmerkung 4. Ein „Johannes Richenbach de Homberch“ wurde Ostern 1491 von der Universität Erfurt aufgenommen; möglicherweise ist dies derselbe, den Mutian hier erwähnt.

„ 22 über Br. 15 setze „Gotha 1505. Nach 21. August“ in Klammern.

„ 27 „ „ 17 „ „Gotha 1505. September“ in Klammern.

„ 30 in der Quellenangabe zu Br. 19 lies Tritemius statt Tritemus.

„ 30 Anmerkung 1. Vielleicht ist nicht ein Werk von Laurentius Valla, sondern von dem in Br. 13 S. 19 Anm. 5 genannten Georgius Valla Placentinus gemeint.

„ 32 in der Quellenangabe zu Br. 21 muss „— 27 v“ ausfallen.

„ 35 Anmerkung 1. Auffallend ist es, dass Mutians Brief an Aldus von Urban nicht aufbewahrt worden ist. Aus einem Schreiben des Spalatin an Aldus vom 25. März 1512 (Weimarer Gesammtarchiv. Reg. O. pag. 166—168 VVV) ersieht man, dass er sowohl abgeschickt als auch von Aldus beantwortet worden. Es heisst daselbst: Non arbitror te oblitum superioribus annis respondisse Mutiano Rufo, preceptori meo, viro doctissimo et ntegerrimo, Henrico Urbano et mihi rogatum, ut per Foccarianos nobis libros transmitteres. Quod facturum fuisse omnes prospeximus. Ita humane respondisti. Ita gratias tibi acturos statim literis non tam alia impedierunt quam bellum paulo post secutum. Sed sumus tui omnes erimusque perpetuo.

„ 31 über Br. 21 setze „1505. Herbst“ in Klammern.

„ 36 Beilage 1. Urbans Brief wird in französischer Uebersetzung gegeben bei Firmin-Didot, Alde Manuce et l'hellenisme à Venise S. 290—292.

„ 37 Die Schlussworte in dem Briefe des Aldus an Urban werden in dem oben erwähnten Spalatinschen Schreiben vom 25. März wiederholt. Von Mutian und seinen beiden Freunden wurden sie dahin gedeutet, dass Aldus ein Epoche machendes Unternehmen vorhabe, weshalb denn auch alle drei den lebhaften Wunsch hatten, bald Genaueres darüber zu erfahren.

„ 47 über Br. 35 setze „1505“ in Klammern.

„ 55 Das in Br. 43 erwähnte Büchelchen, welches Thomas Wolf dem Mutian zugesandt ist wahrscheinlich „Joannes Garson. De miseria humana. Vgl. die Quellenangabe zu Br. 639.

„ 56 über Br. 45 setze „Gotha“ in Klammern.

„ 64 Anmerkung 4 Zeile 1 von oben lies „Ludwig Köteling“ statt Köteling. Nach C. Sagittarii historia Gothana ed. a Tenzelio S. 48 wird ein Gothaer Domherr Köteling (oder richtiger gesagt zwei, denn neben dem Vornamen Ludwig steht in Klammern Johannes) in der Zeit von 1483—1498 mehrfach erwähnt. Das Registrum subsidii clero Thuringiae a 1506 impositi führt drei Geistliche dieses Namens auf, nämlich Johannes (S. 20 „Canonicus Gothensis.“ 31. 40) Ludwig (26. 90) und Nicolaus (S. 62. 68. 77). Möller (Klöster in Gotha. Zeitschrift des Vereins für thüring. Geschichte und Alterthumskunde Bd. V. S. 58) weist Johann und Ludwig Köteling als Gothaer Kanoniker im Jahre 1487 nach. Laut Gothaer Codex chart. 456 (Kollektaneen Sagittars) kommt in den Urkunden der Jahre 1504. 1507. und 1515 ein „Ludwig Kötling, Thumherr zu Gotha“ vor. Die meiste Wahrscheinlichkeit spricht dafür, dass dies der in den Briefen Mutians so oft genannte Mutianfeind ist.

„ 69 in dem kritischen Apparate lies „εὐσχημοσύνην“ statt εὐχημοσύνην.

„ 70 in der Quellenangabe zu Br 53 lies „Tz S. 33 - 34“ statt Tz. S. 31—33.

„ 71 Anm. 3 lies „Apuleius Metamorphosen“ statt „Apuleius.“

„ 74 über Br. 58 lies „Gotha (1507)“ statt „(Gotha 1507)“

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/367

Seite 74 Anm. zu Br. 58. Nach Chr. Motschmann. Erfordia literata continuata S. 511 hat Göde die ihm als Kanonikus angewiesene Wohnung in Erfurt auf seine Kosten von Grund aus neu aufgebaut. Euricius Cordus hat in der Sammlung seiner Epigramme 2 auf dieses Haus bezügliche Gedichtchen.

„ 75 „ 1 Tilonin scheint nach 1515 einige Jahre in Wittenberg geblieben und dann nach Worms übergesiedelt zu sein. Melanchthon nämlich, der 1518 nach Wittenberg kam, muss ihn daselbst unter den akademischen Lehrern noch angetroffen und sich ihm freundschaftlich genähert haben. Am 24. April 1520 schreibt der Reformator an Johann Vigilius zu Speier (Karl u. Wilh. Krafft. Briefe und Dokumente aus der Zeit der Reformation S. 19): Gaudeo oblatum Tiloninum, egregie doctum utriusque linguae, candore summo virum, ad haec communem amicum. Is et studia nostra et rationes omnes academiae Saxonicae, qua est orationis felicitate, copiosissime describet et hanc epistolam feret. Am 22. Februar 1521 bestellt Melanchthon dem in Worms weilenden Freunde Grüsse durch Spalatin. 1522 erschien zu Worms folgende Schrift von ihm: Ad evangelice doctrine studium exhortatio nuper in Pauline lectionis exordio facta. A. d. Thilonio Chunrado iurisconsulto. (Corpus Reformatorum I. 360).

„ 75 Anmerkung 2. Nach dem Corpus Reformatorum I. 360 erschien von Tilonin 1507 zu Erfurt das Gedicht: Thielmanni Conradi de XVIII annunciationis diei insigniis.

„ 76 in der Quellenangabe zu Br. 59 lies „Tz S. 69“ statt „Tz“

„ 77 Anmerkung 3 Aus Br. 644 S. 340 Anm. 3 ergiebt sich, dass 1509 Crotus die Henneberger Grafen, seine Zöglinge, nach Arnstadt begleitete. Von dort kehrte er etwa in Jahresfrist nach Erfurt zurück, doch hielt er sich hier nur 6 Monate auf. Vgl. seinen Brief an U. Hutten in Hutteni opera ed. Böcking I. 20.

„ 80 in der Quellenangabe zu Br. 60 lies „Tz S. 104—106“ statt „Tz“.

„ 96 Anm. 4 lies „20 - 21“ statt „20“.

„ 97 „ 3 Dieser Johann Reinbot war 1532 kursächsischer Amtmann zu Tonndorf. Vgl. Zeitschr. des Vereins für thüringische Geschichte und Alterthumskunde Bd. V. S. 269.

„ 101 „ 8 Zeile 4 von unten lies „1511“ statt 1512.

„ 109 „ 4 Nach Krause. Der Briefw. des Mutianus Rufus S. 107 Anm. 1 wurde Urban im Sommer 1508 unter dem Rektorate des Heinrich Stromer immatrikuliert.

„ 112 in dem Regest zu Br. 77 lies „fernerhin“ statt ferner hin.

„ 139 Anm. 2 lies „alios“ statt aliquos.

„ 142 in dem Regest zu Br. 103 lies „von Aquino“ statt „Venator“.

„ 142 Anm. 5 von den Worten „zumal da Mutian“ an etc. zu streichen.

„ 143 „ 2 lies „Br. 65“ statt „Br. 73“.

„ 144 „ 3 „ „Astronomicon“ statt „Astromicon“.

„ 145 „ 3 Es will mir zweifelhaft erscheinen, ob wirklich Johann Reynber gemeint ist.

„ 145 5, streiche und lies dafür: Boetii de consolatione philosophiae liber cum optimo commento beati Thome erschien zu Köln 1502. Vgl. Pz. Ann. typ. VI. 350, 22.

„ 148 im kritischen Apparate zu Br. 106 lies „b) Tz. ex“ statt „b) Tz. e“.

„ 148 Anm. 3 Zeile 1 von oben lies „Abstemius“ statt „Absstemius“.

„ 151 „ „ Ein „Joannes Vindiseim Erffordensis“ ist Ostern 1494 in Erfurt immatrikuliert.

„ 170 in der Quellenangabe zu Br. 122 lies „63 v“ statt „63 r“.

„ 175 Anm. 2 letzte Zeile lies „Donabo“ statt „Donabi“.

„ 181 „ 5 lies „Verhältnis“ statt „Verhältniss“.

„ 182 über Br. 127 lies „1509“ statt „1508“.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/368

Seite 186 über Br. 130 lies („Gotha 1509. Anfang) statt „(Gotha) 1509 Juni." Aus Brief 643 ist ersichtlich, dass Eoban Hessus schon am 4. März im Besitze der Magisterwürde ist.

„ 188 Anm. 2. Aus Br. 643 und 644 erfahren wir Genaueres über den Streit zwischen Petrejus und Hessus. Danach fallen Br. 131 und 132 in die Zeit zwischen dem 8. März und dem 14. Juni 1509.

„ 188 „ 7 lies „obgelegen" statt „obelegen".

„ 190 „ 2 „ „37—39" statt „39" und „evehit" statt „evohit".

„ 192 in dem kritischen Apparate zu Br. 133 lies „113r" statt „133v".

„ 192 setzt „Gotha" über Br. 134 in Klammern.

„ 195 Anm. 3. Engelmann muss nach seiner 1516 erfolgten Abberufung aus der Stellung eines erzbischöflichen Küchenmeisters später zu dauerndem Aufenthalte nach Erfurt zurückgekehrt sein. Im Jahre 1524 nämlich erwähnt ihn daselbst sowohl Eoban Hessus (in einem Brief vom 1. April, Epist. fam., S. 233) als auch Urban (in einem Schreiben vom 20. November. Vgl. Beilage 3 zu Br. 620). Aus letzter Erwähnung ist ersichtlich, dass er der lutherischen Bewegung abhold war.

„ 196 „ 2 in der letzten Zeile lies „Förstemann" statt „Förster".

„ 198 „ 1. Nach Burkhardt. Das tolle Jahr zu Erfurt, S. 353 war Johann von der Sachsen auf den 14. Juli vom Kurfürsten Friedrich dem Weisen zu einer Beratung nach Gotha eingeladen worden.

„ 198 über Br. 141 ist „Juni 29" nicht in Klammern zu setzen.

„ 199 Anm. 1. Krause. Der Briefw. d. Mut. Ruf., S. 179, Anm. 6 nimmt an, mit den Deliramenta Jacobi sei Jakob Wimphlings masslose Streitschrift gegen Jakob Locher (Philomusus): Contra turpem libellum Philomusi defensio theologiae etc. 1510, gemeint. Wenn dies der Fall, so müsste der vorliegende Brief in das Jahr 1510 gesetzt werden.

„ 202. Der hier erwähnte Adelphus ist wahrscheinlich der Strassburger Arzt dieses Namens, dessen Facetiae 1508 erschienen.

„ 206 Anm. 1 Zeile 2 von oben lies „6" statt „3" und Zeile 6 v. o. „Klöster in Gotha" statt „Gotha".

„ 211 im kritischen Apparate Zeile 1 von oben lies „habilissimi" statt „habitissimi".

„ 224 Anm. 2. Streiche die Worte „Vgl. darüber Br. 168".

„ 224 „ 3. Krause. Der Briefw. d. Mut. Rufus, S. 167, teilt ein bis dahin ungedrucktes und mir nicht bekannt gewordenes Epigramm Mutians auf Wolfs Tod mit, welches sich auf der Rückseite eines Briefes von Petrejus an Vadian (5. Oktober 1511) befindet. Der Brief wird in der St. Gallener Vadiana, Manuscript 30 aufbewahrt. Das Epigramm lautet:

Impia fallacis patrui petulantia Thomam
Dum iugulat, Stygiae navita puppis ait:
Portitor invitus modo cepi, Thoma, trientem,
Quod facis obscurum non rediturus iter.
Hoc mihi divitiis inani deditus auro
Ipse senex superest pestis avara Lupus.
Mors dea cur rapuit invenem formosa disertum?
At patruus momus debuit ante mori.
Dura necis stabilem fixit Proserpina legem.
Hac trahit ad manes optima quaeque suos.
Invida si possent bene docto parcere fata,
Sparsisset canis tarda senecta caput.
Quod tibi vexato detraxit turba forensis,
Restituet duplici foenore summa dies.
Septeno vertens lustro quum defuit annus,
Occuluit corpus diva Minerva sinu.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/369

Acacus assurgit: „Quod tu, Germane sacerdos,
Psalmographi citharam tangis utraque manu,
Felix Elysiis donec spatiabere campis,
Vivet apud Christi candida fama chorum.“
Vivet honoratus mutuum flos et popa Thomas
Vuolphius insignis moribus atque stilo.

Humatus Romae in templo Praedicatorum. Si talem defles abi, viator. Bene quiescit, quisquis gloria fruitur.
Wie man sieht, wiederholt sich der Dichter: Die Verse 9—12, 15—16 und 19—20 kommen auch oben vor.

Seite 232 über Br. 161 lies 1510 statt 1509, ebenso in Anm. 1.
„ 237 Anm. 7. Aller Wahrscheinlichkeit nach ist unter Cerberus „Valentinus Iungermann ex Sczerbst, utriusque iuris doctor ac dive edis Severiane canonicus“ zu verstehen. Die Studentenmatrikel von Erfurt erwähnt ihn Ostern 1510 unter den Rektorwählern und Michaelis 1513 als erwählten Rektor. Vgl. auch Br. 249, S. 328. Anm. 2.
„ 239 „ 1 lies „17“ statt „5“.
„ 240 „ 1 „ „Pfeffinger“ statt „Pfefinger“,
„ 240 „ 3 „ „Kertzen“ statt „kretzen“.
„ 246 „ 1 „ in der 5ten Zeile von oben lies „Grossmütige“ statt „Grosse“.
„ 247 „ 3. In dem Registrum subsidii clero Thuringiae a. 1506 impositi S. 74 und 115 wird er als Hermannus Tudde, notarius curiae (archiepiscopi) bezeichnet.
„ 248 in den sachlichen Anmerkungen Zeile 3 von unten lies „3“ statt „1“ und Zeile 2 von unten „4“ statt „2“.
„ 249 Anm. 1. Die mit „Neminem“ beginnende Lex findet sich im Codex Justinianus I. 2. 11 und lautet: Neminem angariis vel angariis vel plaustris vel quolibet munere excusare praecipimus etc.
„ 254 „ 2. Petrejus schreibt am 5. Oktober 1511 an Vadian (Hutt. op. ed. Böcking I. p. 22): Mutianus meus et Spalatinus et Huttenus, si huius nuncii copiam habuissent, salutassent sui amantissimum Vadianum, ut, quoniam amicorum anima una esset, corpora tantum diversa, salutare te meis verbis iusserunt, ea tamen conditione, ut, nisi resalutes, apostata dicaris, in aerarios referare.
„ 257 „ 2 Martial XIV. 89. 2.
„ 260 in der Quellenangabe zu Br. 185 lies „169“ statt „170“ und in dem kritischen Apparate daselbst „decessisse“ statt „discessisse“.
„ 261 der in Br. 187 erwähnte C. Boneburgius ist wohl identisch mit dem bei Burkhardt. Das tolle Jahr zu Erfurt, S. 355, 361 und 413 erwähnten Caspar von Boineburg
„ 268 Anm. 2. Dieser Neffe Urbans wurde später Geistlicher und scheint sich als solcher zu dem Lutherischen Glauben bekannt zu haben. Sein Tod fiel ins Jahr 1524. Vgl. Beilage 1 zu Br. 620, S. 298.
„ 271 Anm. 7 lies „Poenulus“ statt „Poenulae“.
„ 276 „ 3 „ „Mutians Famulus“ statt „Paulus Myssener“.
„ 285 „ 2. An einen Johann Schindekopf aus Gotha, der Michaelis 1497 in Erfurt immatrikuliert und 1502 Bacularius wurde, ist hier nicht zu denken, da der Gothaer Kanonikus dieses Namens bereits 1498 als Inhaber dieser Stelle genannt wird.
„ 296 „ 2 Zeile 3 von oben lies „titulus“ statt „titulis“.
„ 297 im kritischen Apparate Zeile 3 von oben lies „d) Tz. Joh.“ statt „d) Joh“.
„ 299 Anm. 4. Ottra studierte, wie auch Mutian in Br. 232 bestätigt, eine Zeit lang in Bologna. Die Bologneser Matricula nobilissimi Germanorum collegii führt ihn zum Jahre 1499 als „Joannes Ottra, Magunt. dioec.“ auf.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/370

Seite 300 Anm. 7 lies „ex Ponto“ statt „Tristia“.
„ 301 „ 11. Nach Krause. der Briefw. d. Mut. Ruf. S. 267, Anm. 6, Andreas Tuchhaffter, Vierherr Erfurts 1513.
„ 303 „ 2. Da es sich hier offenbar um einen Juristen handelt, steht möglicherweise „Syfridus Utinsperg Erffordensis,“ wie ihn die Erfurter Studentenmatrikel Michaelis 1482 nennt, in Rede. Dieser promovierte 1489 in seiner Vaterstadt zum Magister artium und pilgerte noch in demselben Jahre nach Bologna, wo er als „Magister Seyfridus Utisperger de Erffordia“ immatrikuliert wurde. Nach Erfurt zurückgekehrt wurde er daselbst im Sommer 1494 Bacularius iuris (Liber rationum fol. 82v) und 1499 Doctor iuris utriusque (Mot-chmann. Erfordia literata continuata II. 165) eben-owie Rektor der Universität für das Sommersemester d. J. Nach Scheurls Briefbuch, S. 69, Anm. 141, war er 1510 Rektor der Universität Frankfurt a/O. und starb 1516 zu Berlin. Wenn letztere beiden Angaben richtig, was ich etwas bezweifele, so könnte er nur in der Zeit zwischen 1. Mai 1506 und 1511, an welchen Terminen er als Rektorwähler in Erfurt fungiert hat, in Frankfurt a/O. gelebt und frühestens Juni 1514 Thüringen wieder verlassen haben, weil er noch Ende Mai d. J. als dort lebend erwähnt wird. Vgl. Br. 372 S. 31.
„ 307 Anm. 7 Zeile 2 – 3 von oben lies „mit seinen jüngern Brüdern Wolfgang und Leo“ statt „mit seinem jüngern Bruder Wolfgang“.
„ 312 zu Brief 234. Anfang. Wie Spalatin auch von seinem Freundeskreise wegen der Stellung am Hofe glücklich gepriesen wurde, zeigt sich so recht in einem bisher unbekannten Schreiben des Crotus Rubianus an ihn aus dem Jahre 1510. Dasselbe lautet nach dem in der Baseler Universitätsbibliothek Cod. G. I 31. fol. 2 aufbewahrten Autograph:

Insigni magistro Georgio Spalatino, Joannis Friderichi inlustrissimi pueri pedagogo, amico sancto.

S. P. D. Nae bonus es, Spalatine, qui ista tua fortuna magnifica, quam erudicione et virtute singulari meruisti, apud principes illustrissimos amicorum sortis humilioris non oblivisceris. Nam reverenter salutavit me tuo nomine Christophorus Marscalcus, minister a divinis murmuribus Kirchbergii, caesarii oratoris septentrionali sua legatione heros tuos salutantis Vimarie. Addidit deinde memoriter, quam accurate, quam amice de me sciscitaveris longe plurima. Iucundus mihi semper fuit sermo Christophori, sed tum iucundissimus. Cur enim iucundus non foret, qui nunctium salutacionis tulerit ab amico amicissimo amplissimoque. Rara laus est, Spalatine, versari in aula, charissimum haberi proceribus, precipuum locum tenere inter purpuratos, gratiosum esse maximis ducibus et simul servare modestiam, ne animo elatiore relinquas e memoria, quos diu condicione status minoris habueris familiares. Multi propterea aulis se accommodant sectanturque curias principum, ut aliqua fortuna elati vitam sibi parent ambitiosiorem amicosque gloriosiores. Tu, qui re et nomine magnificus es surgesque cottidie magis in altum, nihil preclarius ducis quam animi servare constantiam, ut idem videaris esse aulicus, qui eras in agrestibus vallibus apud cenobium Georgianum. Laudo ergo te et iterum atque iterum amo, quod tui Croti minus sis oblitus. Cuius rei ergo plures ad te dabo literas summe mee erga te observantie et amoris testes, quia sermo est communis, aliquandin te isthic apud Isennacensem cum inlustri puero moraturum, quod si verum est, nullus labor erit missitare

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/371

literas, quibus quam brevissimis si semel saltem me affatus eris, magno gaudio me adficies. Sunt isthic magistelli familiariter mihi noti onus mittendi meo nomine sua sponte subituri.

Datum Vulde apud sodales Bonifacii inter veteres fagos.

Crotus Rubianus.

Seite 313 Anm. 4. Cotius ist wahrscheinlich für Cotio (Johann Sömmering) gesagt.
„ 314 in dem Regest zu Br. 236 Zeile 2 von oben lies „jemand“ statt „einem Manne“.
„ 314 Zeile 9 von Br. 236. Das hier angezogene Sprichwort aus den Adagien des Erasmus (p. 350) lautet: Podex lotionem vincit.
„ 316 über Br. 237 lies „Januar 5“ nicht „Januar 6“.
„ 318 „ „ 242 setze nur „Gotha“ in Klammern.
„ 319 in dem Regest zu Br. 343 lies „Hauses“ statt „Huuses“.
„ 325 Anm. 3 lies „II. 1. 101“ statt „1. 101“.
„ 328. Der Zeile 4 von unten im Brieftexte erwähnte clarus miles Wisbach ist wohl identisch mit dem bei Burkhardt. Das tolle Jahr zu Erfurt, S. 375. 407. 417 u. 425 erwähnten Wolf von Weissenbach. Derselbe wird auch unter dem Hofgesinde des Herzogs Johann von Sachsen auf dem Wormser Reichstage 1521 als „Er Wolf von Weyspach“ angeführt Vgl. Zeitschrift des Vereins für thür. Geschichte und Altertumskunde Bd. IV. S. 143.

Seite 331 Anm. 7. Die Verse des Ortvin Gratius sowie die des Magdalius stehen auf der Titelrückseite der Articuli. Auf der Vorderseite findet sich des Hermannus Buchius Pasiphilus in Indeorum amatores preposteros elogium.
„ 332 im kritischen Apparat lies „pervertat“ statt vertat.
„ 335. Der Brief 254 gehört nicht in das Jahr 1513, wie ich ursprünglich, in Missdeutung seines Inhaltes, angenommen, sondern in das nächstfolgende. Mutian spricht darin von einem Herculesbilde, das er neben seinem Gothaer Hause zum Ärger seiner Nachbarn aufstellen will. Dasselbe wird auch u. a. in Br. 393 und 394 erwähnt, zwischen welchen der vorliegende anzusetzen ist. Das Regest muss dementsprechend umgestaltet werden.
„ 336 im kritischen Apparat zu Br. 255 lies „c) F. Germania, Tz. Germanice“ statt c) Tz. Germanice.
„ 336 in der Quellenangabe zu Br. 259 lies „96“ statt „90“.
„ 353 in Br. 267 Zeile 9 von oben ist „Coroebo“ statt „Chorebro“ zu lesen. Über Coroebo stultior vgl. Erasmus, Adagia p. 606.
„ 356 über Br. 271 lies „Juli“ statt „Juni“.
„ 363 in der Quellenangabe zu Brief 375 lies „fol. 18r—19v statt „fol. 18“.
„ 367 in dem Regest zu Br. 380 Zeile 3 von oben lies „Bobeczan“ statt „Bubezan“.
„ 372 Anm. 3 lies „224“ statt „225“.
„ 374 „ 4. Nach Krause. Der Briefw. d. Mut. Ruf., S. 328, Anm. 7 war Zenobius Acciaioli Bibliothekar im Vatikan, übersetzte den Eusebius und verfasste mehrere Reden. Er starb 1519.
„ 381 „ 7. Nach Panzer, Annales typographici VI. 44 erschien von Glarean 1509 zu Strassburg, „Globus mundi“.
„ 383. Zu dem in Zeile 13 des Brieftextes genannten Felliflus vgl. Br. 502, S. 163, Anm. 10 und 11.
„ 385 Anm. 2. Über den Aufenthalt des Aestikampian zu Bologna, der nur kurze Zeit gewährt haben kann, erfährt man aus der Matricola della nazione Germana soviel, dass er 1499 daselbst immatrikuliert wurde.
„ 392 „ 1 lies „κοψάμενοι“ statt „καψάμενοι“.
„ 391 in der Seitenüberschrift lies „303“ statt „304“.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/372

Seite 405. Zum Verständnis des Schlusses von Br. 311 trägt vielleicht der weiter unten mitgeteilte Brief des Eobanus Hessus an Spalatin vom 12. April 1512 bei.

„ 405 Anm. 2. Über Eobanus Hessus in den Jahren 1512 und 1513 geben zwei auf der Baseler Universitätsbibliothek aufbewahrte und bisher unbekannt gebliebene Briefe von ihm an Spalatin einigen Aufschluss. Eine Abschrift dieser Autographe verdanke ich der Freundlichkeit des Herrn Professor Crecelius in Elberfeld. Das erstere der beiden Schreiben, G. I. 31. fol. 4—7, lautet im Auszuge:

Riesenburg 1512. April 12.

Utriusque humanitatis consultissimo Georgio Spalatino, oratori poeteque ducali, amico summo.

Foelicitatem optat. Annus est, Spalatine, postquam literas tuas suavissimas accepi necdum respondi; tantum vero abest, ut culpam hanc mihi adscribendam putem, ut etiamnum excusare me audeam. Mirum quantum tuis literis delectatus, magis mirum quantum rescribere semper percupuerim. Cuius desyderii mei cum nullam occasionem vel tanto tempore nanciscerer, querebam tamen semper et ab officio meo (Deum testor) nunquam ne transversum quidem digitum recessi. Scripsi ea de re ad Typelium nostrum sepe, ut, si posset, idem meas ad te literas promoveret, sed nihil profoeci. Mira enim raritas tabellionum isthac ad vos concedentium. Qui, ut scis, in extrema orbis nostri parte constituti ita raro ad interiorem Germaniam respicimus. — Dices „scio“ et obiicies statim: „Hem, audatiam! hem, ignaviam! hem, negligentiam. Eobane! Paucos ante dies ipse non procul a nobis aberas.“ Lypsi, fateor, mi Spalatine, et verum est. Lypsim concoessi cum principe meo. Quibus in rebus, credo te non latere. Neque hic me excusat festinatio itineris Complures enim istic dies preter spem meam remoram mihi foecit importuna egritudo. Que cuiusmodi fuerit, non pigebit tibi, amicissimo homini, (ad excusationem enim nostram pertinet) describere. In dextro crure punctim in genu pustula excrevit supra modum virulenta et informis, que contracta conceptaque sanie totum crus ex utraque parte ita infoecit, ut non iam crus, sed unum tuberculum videretur. In qua molestia abiicienda cum et tempus et pecuniam consumpsissem et iam ad proximam salutem respirarem, ecce inopinato peius illo malum accidit. Credo vel Furias omneis vel Gratias ipsas in me coniuravisse. Ita statim postquam prior desiit, sequens accessit calamitas. Ambarum aurium meatus pestilens quedam graviorum humorum derivatio (fluxum vocavi) occupavit, ut brevi ne excellens quidem hoc sensu sensile percipere potuerim. Quam rem cum ad medicos retulissem, inter reliqua pharmaca hoc etiam loco salutaris antidoti additum est prescriptum, ne caput multis humoribus infirmum quoquo modo remotioribus contemplationibus (speculationes vocant) gravarem, quod tamen scis, Spalatine, in scribendis literis caveri non posse. Ea re factum, ut non solum non Spalatino meo charissimo, sed ne cuipiam ex amicissimis ex Lypsi scripserim. — Nunc vero ad rem, Spalatine. Breviter dicam, quod tamen postea latius exprimam. Respiro ad vos amicos meos, scis quos appellem literatissimos homines. Tedium mihi afferunt hec Prussiatice nebule. Evadere tandem ex hac barbaria cupio nec solum cupio, sed desydero. Princeps mihi est (cui et a cancellis et a secretis sum) bonus, per Deum, sed non satis liberalis, puto, apud quem nunc pene triennium non amplius triginta nummum auri signati stipendio annuatim mereo. Vilis mehercle et abiecta conditio, que sine politioribus literis pro consequenda barbaria vix etiam tantillum elargitur. Pro qua devitanda multo maius foret etiam ultro exolvendum. Utitur me princeps meus in negociis et multis et magnis; sed preter spem nihil video reliquum. Sed neque satis quid sperem invenio. Teutonice militiai principes beneficia (ut dicunt) pinguia non possident, qualia tamen ego adhuc nec volo nec desydero, et hic ordo iam in angustum coactus non unde

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/373

quaque longe lateque (ut quondam) in Prussia dominatur. Quamvis bona spes est in manibus de reducendo ad ordinem amisso iamque in optatum finem incumbere videtur ista longa inter regem Polonie et ordinem dissidentia. Cracovie quid nuperrime actum sit, in secretis est nec scribi potest. Ad proximum divi Joannis alium conventum ibidem videbimus, cui et me interesse necesse erit. Hic finis malorum, hic exitus erit. Tum sese ipsa, que nunc secreta sunt, prodent possetque, si ita cesserit, (ut nihil dubito) melior pro homine libero in Prussia status aut condicio offerri. Sed ego non tam barbariam horum hominum (ut sunt ad literas quasi ὄνοι πρὸς λύραν) quam mores et consuetudinem ferre possum Quocirca summa diligentia incumbere apud principem meum non desisto, ut istam mihi desyderatam permutationem admittat faveatque. Quamvis difficile, id nunc consequor. Consequar tamen sine dubio. Nolo enim istam viridem iuventam ita misere perdere, ut et paucillum id, (si modo aliquid est) quod in literis unquam consequutus, infoeliciter amittam. Non enim adeo penitus me ipsum exosus sum, ut negligere velim, si possim servare. Nunc tuum erit, Spalatine, talem te Eobano tuo exhibere, qualem consuevisti semper, et iuvare, quantum potes, tuam operam advocantem. Magnus es et auditus apud Regulum tuum ducem Federicum p. p. Moecenatemque nostrorum temporum. Incumbe diligenter, si posset aliqua mihi prelectio publica destinari. Ad gymnasium enim, non ad aulam aspiro. Adiutorem, puto, habebis Mutianum Rufum, patronum utriusque nostrum optumum maxumumque, hominem non nisi summa cum reverentia mihi nominandum. Favet is ingenio meo, favet studio, favet etati. Nihil pretermittet, scio, ubi audierit vestra me indigere opera. Scribet ad principem, accedet etiam, si licebit per occasionem, rogabitque Eobanum olim de se non postremissime benemeritum aliquatenus gratiose respiciat. Rogabis et tu (quantum in te erit) Spalatine humanissime, optime maximeque, principem, aliquod mihi stipendium istic apud scholasticos labores assignet. Habes preterea rerum nostrarum fautorem imo (ut spero) promotorem doctorem Birmosium, virum optimum, integerrimum, doctissimum, qui si Spalatinum in promovendo Eobano (quod nihil dubito eum facturum) adiuverit, habebit sibi perpetuo beneficio devinctum poetam vestratem, quem tu quanti facias, testis tibi ipse proximus es. Parvo contentus ero, modo detur ad litteratiores literas reditus. Sunt hic, qui me multo pluris sibi quasi coemere cupiant. Sed non acquiesco, quia barbari isti. Cracovie in academice sodalitatis collegium adscitus subterfugi, non sprevi oblatam condicionem. Quare? Cum barbaris vivere iamdudum dediscere cupio. Istas enim exterioris Germanie partes iam non puto esse barbaras, quia te, qnia Mutianum, imo quia Spalatinos, quia Mutianos gignunt. Transmisissem cum presentibus amicicie nostre testimonium, encomium videlicet, quod, cum essem Cracovie in nuptiis regiis versu heroico lusi. Sed ipse, spero, afferam tibi et hoc ipsum et alia multa. Jam tres anni sunt, dum in scribendis Epistulis Heroidibus, videlicet Christianis, occupatus sum simiam, puto, Ovidii referens. Probabis tu hoc opus nostrum, ubi videris plus quam alia omnia hactenus a me excussa. Ita a me diversum multiplex et laboriose etiam effingitur summo certe studio, mediocri tamen (que mea infoelicitas est) ingenio. Mi Spalatine, non omnino in hiis nebulis cecutio, non penitus in hac nocte dormio. Adsis modo, Germanice poeseos nomen nobis vendicabimus. Tecum loquor. Apud propolas enim istiusmodi nequaquam predicarem. Egregiam vero laudem et spolia ampla immortalitatis reportabis, si hac in re pro virili tua me adiuveris. Scio vobis amicis meis, hominibus magnorum nominum, apud istos semideos nihil esse impossibile. Reducite ad vos Eobanum vestrum. Habebitis expeditiorem quam antea et laudum vestrarum precorem indesidem. Age, cura, enitere summa ope, et in quamcumque partem cesserit, rescribe, quamprimum potes, ut sciam. Ad Penthecosten adibit nos civis Lypsensis (ad quem has perferendas tibique reddendas curavi) nomine Ludovicus Summerschauen, sarctor habitans in platea vulgo Heustrass. Cum eo, si potes, vel hiis

responde pro tua sententia. Tantillo enim tempore ad effectum mee petitionis pertingere non potes. Potes vero ex Lypsi frequentes ad me proficiscentes habere tabelliones et apud Miritium nostrum et alios. Scribe etiam ad Mutianum, scribe ad alios, quos fidos nobis noris, ut tibi in restituendo Hesso tuo adsint, faveant, patrocinentur. Tibi uni hanc provinciam iniungimus, hanc sarcinam humeris tuis imponimus, quam pro amico subiturum te lubenter nihil diffido. Scripsissem multo plura et ad te et etiam ad Mutianum, nisi pericula viarum timuissem. Mutiano enim in presentia nihil scribo contentus ad te scripsisse me ei nihil scribere. Ceterum omnibus numeris bene valeo. Hoc uno infoelix sum, quod a sodalitate vestra iucundissima et politioribus literis absum longius. Scripsi hec ad vesperum, quo mane abiturus erat tabellio. Quocirca nihil est, mi Spalatine, quod latinum speres Hessum tuum in hiis pedestribus scriptionibus, qui cum Polonicis ructationibus iampridem omnem caste et vere latinitatis splendorem permutavit. Ignosce igitur, ut debes, ineptiis nostris et amiciciam nostram attende, non dicendi elegantiam. Vale, mi Spalatine, meque, ut facis, ama et aliquando respice.

Ex Riselburgo Prussiatico altera die Christiani Paschatis anno Christi MDXII.

Eobanus Hessus.

Der letztere Brief lautet:

Frankfurt a/O. 1513. Mai 2.

Spalatino homini . . . literas bene docto, optimo maximo suo, apud divum Fridericum, ducem Saxonie etc.

S. d. Si vales, bene est, ego quidem perbelle valeo. Quod rarius ex me literas, quam amico debes, accipis, charissime Spalatine, non mea negligentia, sed tabellionum ad te cuntium raritas facit. Nunc vero cum ex Prussia secesserim, (non enim decessi) frequentiores ad te literas dabo et id more nostro, mi Spalatine. Rudis enim apud te, hominem boni iudicii, esse non vereor, tametsi latine nihil possum. Permutavi tamen Riseburgum cum Francophurdio ea tamen permutatione, que nisi temporanea esse non debet. Et ut rem apertius accipias, liberalitate principis mei hic sub iuridice miliciei imperatoribus mereor accepturus Deo favente biennio probate miliciei pulcherrimam mercedem: rubram tiaram. Dii bene vertant. Iacta est alea. In omnes Fortune lusus expositus sum. Vuitteburgum concessissem, nisi tu, (quod amice et officiose facis) me absterruisses. Nunc primum huc appuli. Omnia adhuc ex sententia cedunt. Quid futurum sit, augurari non possum, scribam tamen diligenter et hoc et alia. Literas tuas, quas in Prussia accepi, omnes non secus ac deorum communium reliquias veneror et sancte custodio. Presentium lator, cesaree maiestatis nuncius, omnia tibi exponet. Homo enim est bone fidei, iucunde consuetudinis, qui et suis equis ex Posnania hucusque me advexit. Hunc rogo propter me honorifice (ut potes tantus aulicus) tractes. Scribe, oro, quamprimum, placeatne me honorifice (ut potes tantus aulicus) tractes. Scribe, oro, quamprimum, placeatne tibi institutum meum. Iudicio enim tuo quantum tribuam, nunquam satis creditum est. De fratre meo quid et ubi agat, si potes, certiorem me facito. Literas tuas omni de re nostra copiosas desyderatissime expecto. Vale, mi Spalatine, meque, quod facis ama.

Ex Francophurdio ad Oderam. Ad vigiliam invente Crucis MDXIII.

Tuus Eobanus Hessus.

Seite 409 Anm. 2 lies Heautontimorumenos statt Heauton timorumenos.
„ 417 „ 4. Die in Rede stehende Schrift ist der Dialogus de opportunitate temporis. Neapoli 1507. Nach Panzer, Ann. typ. VII. 426. 8.
„ 420 „ 6. In der Erfurter Studentenmatrikel (Ostern 1514) heisst Stolon als Rektorwähler „Henricus Dyppachius, bonarum artium magister facundissimus.“
„ 425 über Br. 332 lies „M. an Urban“ statt „M. an Herebord von der Marthen“.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/375

Band II.

Seite 4 im kritischen Apparat zu Br. 343 Zeile 4 von oben lies „Eba/ni“ statt „Eba/ni“.

„ 6 in der Quellenangabe zu Br. 345 lies „109 v“ statt „109 v—110 r“.

„ 9. Die Crucifixio Christi als feststehendes Datum fällt nach Brinckmeyer, Praktisches Handbuch der historischen Chronologie, zwar auf den 25. März, ich wagte jedoch nicht das handschriftliche „decimo Calendas Apriles“ in „octavo Calendas Apriles“ zu verwandeln.

„ 11 im kritischen Apparat zu Br. 351 lies „fol. 178v“ statt „178v—179r“.

„ 16. Das Datum von Br. 356 lässt sich genau fixieren. Sitientes nämlich am Ende desselben ist der Introitus zu Samstag vor Judica. So fällt demnach der Brief auf den 1. April.

„ 23 Anm. 3 Zeile 3 von oben lies „Volkspartei“ statt „Volksparte“.

„ 28 im kritischen Apparate zu Br. 368 lies „a) F und Tz“ statt „a) Tz“.

„ 29. Der in Br. 369 erwähnte Vater des Johann Reinbot ist wahrscheinlich derselbe, welcher von Falckenstein, Historie von Erffurth etc. S. 488 als „Friedrich Reinboth, zum Schwan-Ring auff dem Fischmarckt“ unter den geflüchteten Erfurter Patriziern und von Burkhardt. Das tolle Jahr zu Erfurt, S. 348 ebenfalls als „Friedrich Reinboth“ unter den Erfurter Ratsmitgliedern genannt wird.

Seite 38 Anm. 7. Hermann von dem Busche gehört zu den Schülern der Universität Bologna, wo er 1495 als „Hermannus Bussius de Uuestphalia“ immatrikuliert wurde. Doch kann er sich dort nur kurze Zeit aufgehalten haben, weil er bereits am 8. Oktober 1495 in die Matrikel von Köln eingetragen wurde.

„ 39 im kritischen Apparat zu Br. 367 lies „Tz. exautorandi“ statt „Tz, exauctorandi“.

„ 41 Anm. 1 Zeile 1 von oben lies „vom Stein“ statt „von Stein“. Eitelwolf vom Stein begann seine Studien in Bologna 1489, zu welchem Jahre sein Name in der Matricula nobilissimi Germanorum collegii sich vermerkt findet.

„ 46 „ 5 Leonardus wird auch in der Beilage 2 zu Br. 620 S. 219 erwähnt.

„ 56. Die Briefe 396 und 397 sind irrtümlicherweise von mir in das Jahr 1514 gesetzt, während sie beide in das Jahr vorher gehören und die in der Frankfurter Handschrift zu Br. 396 gegebene Jahreszahl 1513 doch die richtige. Sie muss deshalb wieder hergestellt werden.

„ 60 in der Quellenangabe ist nachzutragen, dass der Text des Briefes 401 mir erst durch das Krausesche Werk bekannt geworden ist.

„ 67 Anm. 3. Der hier erwähnte Brief des Eoban Hessus an Spalatin lautet:

Leipzig 1514. Juni 22.

P. S. Conquerebar proximis apud te literis, mi Spalatine, meas tibi literas ab Sebastiano nostro non fuisse redditas, sed, ut video, vel potius, ut suspicor, nec illę quidem tibi sunt reddite, in quibus sic conquerebar. Esse quid hoc dicam, si frustra semper mihi scribendum ad te est. Excusavi me, quare Nobilitatem videlicet nondum perfectam nondum transmitterem. Dixi rem excrevisse ita, ut iusti libelli formam postulare videretur. Et sic est, mi Spalatine. Non potui esse contentus limitibus mihi a te prescriptis: ita mihi lascivum potius quam exactum est ingenium. Primo impetu acriter quidem institi et ad medium usque rem perduxi. Languit is furor, ut verum fatear. Quem cum semper in crastinum reiicerem, accessit Heroidum mearum labor anxius et sollicitus, quę nunc in officina elaborantur exiturę in lucem statim fere post duas dierum hebdomadas. Tanto negocio occupatus nihil facere possum; nosti enim, quam diligenter in hanc rem incumbi oporteat. Sed, mi charissime

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/376

Spalatine, tribue tantum Eobano tuo. Expecta, donec molestas has Puellas emisero. Futurum tibi polliceor, ut simul cum Heroidibus Nobilitatem veram accipias. Accipies autem, quamprimum absolvero. Absolvam Deo spirante propediem. Tantum oro, ne rem hanc mihi male vertas, quandoquidem et tuus sum et tui nominis studiosissimus, id quod vel ex ipsa Nobilitate magis apparebit. Ut vero de officio meo aliquid dicam, mi Spalatine, ego satis diligenter ad te scripsi cum Myricio hinc abeunti in Prussiam. Quam ob rem meas tibi litteras non reddiderit, miror. Quas cum ex tuis literis ad me datis tibi non fuisse redditas intelligerem, dedi ex hiis nundinis Lypsensibus alteras ad te videlicet cum Engentino nostro. Quarum summa erat (si recte memini) non esse perfectam Nobilitatem et item malo animo me ferre Myricium tibi non reddidisse, quas ad te acceperat literas, tum etiam mansionem meam permutasse et ex collegio in urbem, a philosophis ad cives transisse manereque nunc in diversorio Schobeliano propter forum publicum. Quocirca opus in posterum non erit obsignare ad me literas ad collegium principis, sed potius ad domum Christophori Schobelii. Rogare te non audeo, ut exemplum literarum Aldi ad te mihi transmittas. Profiteri audeo vehementer me desyderare. Ego hiis diebus a Mutiano literas accepi. Brevi (ut spero) et Mutianum et Ephordienses amicos coram salutabo. Vos quoque istic hac estate (si modo vivam) videbo. Saluta Lucam, pictorem Germanie principem, nostri autem ordinis amicum dignumque, qui a nobis eternus efficiatur. Tu vale et Eobanum tuum, quod facis, ama. Cursim.

Ex Lypsi X Kalendas Iulias MDXIIII.

Scripsi etiam et in prioribus et ultimis literis Sebastianum Myricium Lypsi sic abiisse, ut rediturus non sit. Collegiature (ut vocant) quam hic habuit, renunciavit. Audio in ordinem Crucesignatorum Prussie esse adscriptum agereque iam Teutonice miliciei commilitonem. Nihil igitur est, quod eum hic sanctitare (?) cupias Ego homini indignor pene, quod literas meas tibi non reddidit: Vale iterum.

Tuus Hessus.

Die Abschrift dieses Autographs verdanke ich Herrn Professor Crecelius in Elberfeld.

Seite 67 Anm. 8 Zeile 2 von oben lies „Heroiden“ statt „Herioden“.

„ 90 zu Br. 432 und 433. Die Erfurter Partei, welche die Wahl des Herebord von der Marthen zum Grosssyndicus durchsetzte, nannte sich die schwarze Rotte. Vgl. Burkhardt, Das tolle Jahr zu Erfurt, S. 415.

„ 114 Anm. 1 Zeile 4 von oben lies „Gratii“ statt „Grati“.

„ 117 im kritischen Apparat zu Br. 459 lies „a) Tz. illis“ statt „illius“ und „fehlen bei Tz“ statt „fehlen“.

„ 117 Anm. 8 Zeile 1 von oben lies „Sunthausen“ statt „Sunthusen“.

„ 117 „ 9. Nach Burkhardt. Das tolle Jahr zu Erfurt, entfaltete dieser erzbischöfliche Sekretair „Griegker“ eine ausserordentlich rührige Thätigkeit als Abgesandter seines Herrn zu Erfurt in den dortigen Wirren. Seine Spuren daselbst lassen sich schon vom 26. Oktober 1509 an verfolgen. S. 364. 371. 373. 375.

„ 127 „ 2 lies „Prozess schwebte“ statt „Prozessschwebte“.

„ in der Quellenangabe zu Br, 471 lies „274r—275v“ statt „273r—274v“.

„ 136 Anm. zu Br. 473 Zeile 4 von unten. In der Bologneser Matrikel findet sich sein Name zum Jahre 1499 als „Valentinus Sunthusen dioec. Moguntinensis“ eingetragen.

„ 141 im kritischen Apparat streiche „F“ in „F und Tz“.

„ 155. Die hier mitgeteilten Verse des Sbrulius mit der richtigen Lesart im Pentameter „Quisquis ades“ finden sich auf dem Titelblatte seiner 1521 erschienenen Theocharis wieder als Unterschrift zu einem Bilde, welches den Gekreuzigten nebst Maria und Johannes darstellt. Vgl. Hutt. op ed. Böcking III. S. 68.

„ 181 in der Quellenangabe zu Br. 517 lies „312v“ statt „314v“.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/377

Seite 189 Anm. 3. Die hier angedeuteten traurigen Zustände beklagt auch Petrejus in einem Briefe an Michael Hummelberg vom 26 Nov. 1515 (Cod. Mon. Nr. 4007, fol. 78): Apud nos etiam bello quam paci cuncta similiora. Ut enim continua latrocinia merciumque direptiones taceam, nemini ad arma ferenda apto in tota principum Saxonie ditione a pago suo longinquius abire licet, quam ut aere ecclesiastico, quas campanas vocant, revocari valeat. Ad hec tam in urbe quam foris continue armorum lustrationes habentur. Episcopus Maguntiacus cupit intrare Erphurdiam, duces Saxonie prohibere.

„ 210 im kritischen Apparat zu Br. 546 lies „adventu“ statt „advertu“.

„ 216 Anm. 1 lies „Henning“ statt „Heinrich“.

„ 229 über Br. 564 setze „Gotha 1516“ in Klammern.

„ 230 über Br. 566 schliesse auch „Gotha 1516“ in die Klammer ein.

„ 246 Anm 4 lies „586“ statt „587“.

„ 282 über Beilage 2 zu Br. 605 lies „(Erfurt)“ statt „Erfurt“.

„ 283 über Brief 606 lies „1521“ statt „1512“.

„ 286 Anm. 2 und 3. Immermehr bewies Wittenberg seine Anziehungskraft und zog die hervorragendsten Geister von überall, besonders aber von Erfurt an sich. Bei den Zurückbleibenden wird laute Klage darüber erhoben. So schreibt Eoban Hessus in einem bisher nicht gedruckten Briefe an Spalatin 1521: (Autograph aus dem Codex der Baseler Universitätsbibliothek G. I. 31. fol. 59. für mich abgeschrieben von Herrn Professor Crecelius in Elberfeld).

S Vehementer Erphurdia nostra Vuittembergae vestrae irata est, quae ceu ferrum magnes aliquis ita trahit ad se ex hac schola doctiores humanioresque fere omnes. Iam olim quod te nobis ademit, ferre fortasse poteramus, nisi et Jonam et Joachimum, Hacum, Pectium, Damum aliosque complures abstulisset. Nec adhuc ut video, saturata hunc etiam Blasium, optimae spei iuvenem, rapit me quoque tractura, nisi obsistam totis viribus. Ita blanditur, sic demulcet aures nostras illa Siren ad Albim fluvium, opinor, e coelo delapsa atque isthic habitare iussa, ut ex omni Germania nobilissimum quemque ad sese istis suis illecebris illectum teneat nec dimittat.

Seite 293 Anm. 4 lies „ἀνδρῶν“ statt „ἀνδζῶν“.

„ 303 „ 2 lies „Burcard“ statt „Bnrcard“.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/378

Der Briefwechsel

des

CONRADUS MUTIANUS.

Gesammelt und bearbeitet

von

DR. KARL GILLERT,

weiland Gymnasiallehrer in Barmen.

Herausgegeben

von der

Historischen Commission der Provinz Sachsen.

HALLE,

Druck und Verlag von Otto Hendel.

1890.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/379

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/380

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/381

Geschichtsquellen

der

PROVINZ SACHSEN

und

angrenzender Gebiete.

Herausgegeben

von der

Historischen Commission der Provinz Sachsen.

ACHTZEHNTER BAND.

Der Briefwechsel des Conradus Mutianus

von

Dr. Karl Gillert.

HALLE,

Druck und Verlag von Otto Hendel.

1890.

17 DEC. 90

Epistol.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id378874780/382

OTTO & LEHMANN
Buchbinderei
DRESDEN N.

Ephor 769 m

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/383

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id378874780/384